



Caja  
1 A-47



In hoc volumine hec continentur:

Marci Antonii Sabellici annotationes veteres et recen-  
centes: Ex Plinio: Livio: et pluribus authoribus.

Philippi Beroaldi annotationes centum.

Et iusdem contra Seruium gramaticum libellus.

Et iusdem castigationes in Plinium.

Et iusdem etiam appendix annotamentorum.

Joannis Baptiste pii Bononiensis annotationes.

Angeli Politiani Miscellaneorum Centuria una.

Domitii Calderini Observationes quedam.

Et iusdem Politiani Panepistemon.

Et iusdem prelectio in Aristotelē: cui titulus est Lamia

Joā. Baptiste Egnatii Veneti Racemationes

*Notene q. sup. el libro J*  
L. G. A. O.

DE LA LIBRERIA  
DEL REAL COLEGIO MAYOR  
Reunido de Santa Cruz, y  
Santa Catalina.  
E. 1.º C. 1.º N. 11.



Ioannes Bembus Venetus Andreae Anixi Corcyraeo. S.P.D.

Post meam profecti onem nullas ad te litteras scripsi: tum quia nullus mihi nuncius fuit certus qui re-  
cta istuc ueniret: tum quia in peregrinatione quum essem: litteras ad te Corcyram mittere nolui: ne  
propter hanc Italiae bella in suspicionem aliquam inciderem. nunc uero quum in patria sim: & mul-  
ti Corcyraei occurrant: has ad te dare uolui: ut tu quem summopere diligo ppter tua excellentem  
doctrinam me hic esse intelligeres. Etsi quado tibi opus esset mea opa uti posses. Et qm bonarum lit-  
terarum studiosissimum te semper cognoui: omniuq Corcyraeorum doctissimum: iccirco tibi mit-  
to Marci Antonii Sabellici. Ioanis Baptistae Pii: Philippiq Beroaldi Annotationes: Angeli Poli-  
tiani Miscellaneorum Centuriam: Panepistemon: Lamiq: cum his etiam sunt obseruationes Do-  
mitii Calderini: & Baptistae Egnatii Veneti Racemationes: opus quide nouum: & quod ante hunc  
diem lucē non uidit. Ambō enim discipuli fuerūt Benedicti Brugnoli Veronēsis: alter qdem olim  
alter autem his proximis anis: qui certe graeca latinaq peritia hos urbis Venetae professores iam  
superat. Sed ille qui hos erudit: etiam nos docuit: & in hac ciuitate publicus fuit horum studioru  
doctor: & uir quidem omni memoria dignus: cum ea sapiētia quae ad mores pertinet: atq faciētia:  
tum omnium liberalium artium in utraq lingua scientia: sanctorumq morum grauitate: qui no-  
nagenarius hoc anno perit cū maximo urbis Venetae detrimento. horum igit libellos ad te mitto  
ut quando negotiis forensibus uacuis interdum eris: id ocii in his legendis consumas. Quorū scri-  
ptores his nostris temporibus doctissimi multa emendant: quae in antiquis codicibus librorum  
in scitia deprauata reperiuntur: loca obscura clarissime aperiant: uocabula multa declarant: q pluri-  
mas fabulas & historias accuratissime exponunt: Neq modo de his reb tractant quae ad studia hu-  
manitatis pertinent. Sed etiam de illis quae sunt iuris ciuilib: ac pontificii. theologiae: & ut breui-  
ter absoluam nulla artium aut operosarum aut liberalium ab his intacta relinquitur: quae omnia tu  
plenus poteris apud hos uidere: q Ego epistola tibi comemorare. Hoc tamen te scire uelim Mar-  
cum Antonium Sabellicum primis annotationibus suis modo multas addidisse: Quae omnia la-  
cobus Leuconensis maxima cura & diligentia torculari aereq scripsit. Tu igitur perleges hanc ope-  
ra & his qui bonis artibus delectantur utilia: & his qui a studiis humanitatis non abhorret necessa-  
ria. Quia nonnulla horum quae ab his tradunt: a quibusdam latinis autoribus tantum fuerunt degu-  
stata: quaedam penitus praetermissa. Spero igitur horum uariam lectionem non solum uoluptatem  
sed etiam fructum magnum tibi allaturam. Noui nihil est quod ad te scribam: nisi nobis praclaris-  
simum Ducem esse Leonardum Lauredanum: cui summum est ingenium summaq uirtus: & ea  
quae in perfecto Principe esse debent. Nam omnibus Reipu. Negotiis studiose praest: omnia dili-  
genter curat: neq solum forti animo: sed etiam libenti. Deinde quicquid a patribus in senatu quis  
magnum arduumue proponitur: is magnitudine consilii: celeritate iudicii q primum expedit. q si  
quis hunc uellet cum caeteris Ducibus conferre: qui aut his nostris temporibus fuerint: aut ab hinc  
usq ad urbis Venetae primordium: hic facile intelliget hunc singularem (quod illorum uenia dictū  
uelim) ingenio: splendore ac prudentia: illis omnibus antecellere. His igitur uirtutibus & Reipu.  
plurimum prodest: & magnopere principatus ornat dignitatem. Quae certe ab eo integritate &  
clementia sic amplificata est: ut ei nihil addi posse uideatur. Quod quum ita sit: tibi habeo pollice-  
ri: quod caeteri quoq non dubitant: eo sospite Remp. tranquillam felicissimāq futuram. Quare q  
hunc Ducem habeamus: qui tanta sit sapientia animiq magnitudine ornatus: mirifica prudentis-  
simo senatui gratia est habenda: cuius iudicio hic praestantissimus nobis est electus. Hanc ego pau-  
ca tibi exposui: ut tanti Principis comemoratio: his libellis quos dono ad te mitto aliquid afferat de  
coris. Plura tu ex multorum litteris: & nunciis cognosces. Vale Venetiis. M. DII. xi. Kal. Februarii.



M. Antonius Sabellicus Dominico Grimano philosopho & equiti clarissimo. S.

Facis quod & nostrorum hominum pauci ac nescio an uerius nemo dixerim Dominice eques splendissime: qui philosophiæ studia cõplexus: nostratia hæc oratoria quæ uestris illis tum natura: tum consuetudine olim artissime cohæserunt: non ut leuia & parum sapienti uiro necessaria: quod plerique faciunt: aspemaris: longaque per intervalla respicis: sed utriusque rei curas tecum ex æquo partitus sedulo das operam: ut tam tibi in hac parte quàm in illa succedat studiorum profectus. Sisque per hæc iam pridem facile consecutus ut iam orator non minus eminentes quàm philosophus habearis. Rara mehercule laus: ac quo rarior eo certe pulchrior. Sed in tuo isto præclaro instituto nihil perinde aiunt te ac historia delectari: nec immerito: alit illa ut Fabius scribit molli quodam & dulci succo oratione. Sed cum hæc quoque uarie tractare dicaris: quæ te diutius in sui admiratione detineat: præ naturali illa: quam Plynius sex & triginta complexus est uoluminibus audio esse nullam. Verum quo maiori illius studio teneris: eo te iniquius ferre certum habeo: quod ex uberrima hac recentiorum hominum fruge nemo ad hunc extiterit: qui lectionem ipsam a uitio partim temporum iniquitate: partim librariorum inscitia contracto sit uindicare adortus. At fuerunt qui spatium paucissima quædam uelut in transcurso subnotarent: fuitque illud intra hostium ualidum iaculare: non statariam conserere pugnam. Nos uero non quia plus uirium quàm illi haberemus: sed maiore quadam fiducia freti: tertio ab hinc anno Plynium eo consilio interpretandum suscepimus: ut non rerum solum: sed quantum in me esset omnis etiam uerborum explicaretur ratio: fuit fateor certamen illud longe acerbius quàm ab initio conceperam. Ita ut non ubique nobis immota steterit acies: sed turbatus interdum aut pedem retuli: aut magnitudine rei deterritus terga pene dedi: uici tamen uicique constantia magis quàm uiribus: ex longaque & uaria obseruationum serie locos quosdam in amicorum conspectum constantem mehercule & cum rubore nonnunquam dedi. Sed adolescentes plerique qui tum nobis forte operam dabant: imoderatius id facere: uulgoque talia uelut mancipia bello capta in aperto proponere: quæ res effecit ut amicorum quidam: & in his Antonius Moretus homo ut nosti nostratium litterarum perbelle eruditus: studiorumque fautor maximus: nunquam postea efflagitare a me destiterint: ut Plynianas eiusmodi annotationes quæ pressissime possem in ordinem redigerem: redactas in apertum referrem. Quod ipsum ne magis sua causa noluisse me quàm non potuisse crederent: ex omni numero qui sane ingens fuit: pauca admodum atque illa ipsa nuda nulloque uerborum apparatu breuiter collegi. Et in his nonnulla: quæ quoniam utrinque in auctoritate laborarent: censui in medio relinquenda. Sed cum duas ferme ex eodem genere centurias scripserim: essetque altera adhuc semiplena: impetus cepit eam ex extraneo quodam & quasi euocatorum numero spatium hinc inde locis accersitis explere: quod ipsum ex sententia adeptus: cum iam prospicere cepissem cui potissimum hanc obseruationis formam cognoscendam traderem: Tu unus omnium uir præstantissime maxime dignus mihi uisus es: quem imprimis tali munere impartiremus. Sciebam enim ita fore ut in tua ornatissima bibliotheca emendanda: quanquam nihil sit illa emendatius nostram industriam non modo aspemareris: sed etiam daturus es operam: ut duæ hæc nostræ Centuriæ a me tumultuose compositæ: si non multa ut apparatu saltem aliquanto honestiore per te essent in medium processuræ: quod ipsum ut præstes rogo te uacillanter: & hortor.

Vale.

A ii

Ex secundo libro. Capite primo.



Ne ociose nimis Plynium adiremus: in ipso pene uestibulo obicitur locus ad aduersione dignus: alios inquit rursus occasione hinc sumpta: aut his data innumerabiles tradidisse mundos: ut totidem rerum naturas credi oporteret: aut si una omnes incubarent totidem tamen soles: sic & uetera & recentia Plynii: de his duntaxat loquor quae adhuc uidimus: habent exemplaria at tu uide ne uni sit potius legendum: ut ad naturam referat: nam si una innumeros mundos incubare intelligas: frigide nimis ac parum ut sic dicam considerare a Plynio id dictum nemo non alius singula rimatus dixerit.

Capite. 7.

Potest & in dubium uenire: quid sit quod ad aedem Iarium Orbonae deae Plynius dicat aram fuisse: sed Macrobius auctor est pro familiarum incolumitate olim pueros Maniae Iarium matri sacrificari solitos: nimirum sublato diro sacrorum ritu: quod ipse auctor affirmat a Bruto factum. Matronae ad arcem orbitatem hic orbonam propitiarunt: ubi infando sacrorum instituto orbari consueuerunt. Eodem sane capite: dicitur inquit Augustus prodidit sibi calceum prepostere indutum: quo die seditione militari prope afflictus est caeterum Traquillus Augustum scriptum reliquisse ait si mane sibi sinister calceus pro dextro induceretur: qua Traquilli lectione datur intelligi inductum esse potius legendum: quam inductum: nec eo infici as sepius id uerbum ab eodem usurpari: quale est illud calciamentum dextri pedis antequam induatur uerum hoc loco inductum eo citius legerim: quo propius uero est utrumque Augusti uerba libentius quam sua posuisse.

Capite. 8.

Nec omnino inepte aliquis quaesierit quid sit quod Plynius dicat tertium a Saturno sydus: quod idem est quod & Martis a quibusdam Herculis uocari: & mox proximo loco Mercurii stellam Apollinis: at Macrobius subtili admodum disertatione Herculem & Martem solem esse demonstrat Apollinem: & mercurium eundem id ego in causa esse crediderim potius: quam illud quod Iginus ait Mercurium perpetuo signis quattuor nonnunquam cum sole esse.

Capite. x.

Neque Iunae excedat latitudinem: Verborum credo similitudo effecit: ut librarii latitudinem scripserint: quam altitudinem scribi oportuisset. quod Plynii uerba: quae proxime subiiciuntur perspicue demonstrant Umbra inquit terrae lunaris orbis altitudinem non transcendere: idque argumento esse quod reliqua sidera: quae sunt supra lunam terrestri umbram interuentu non obscurantur: sed solis ut alibi prospicue ostendit appropinquatione.

Capite. 41.

Iginus inter huius Tauri inquit finitionem & caudam arietis stelle sunt: quas nostri uergilias: graeci pleiadas dixerunt: estque tauri figuratio in eo talis ut caudam arietis spectet tauri caput. Gellius ex hyadibus siue succulis credidit tauri caput figurati reliquas corporis partes Vergiliis: quas graeci pleiadas dicunt: Plynius in tauri cauda esse ait septem: quas appellauere uergilias in fronte succulas: usque adeo diuersi in eadem re explicanda abeunt auctores.

Capite. 59.

Inoleuit mendum Plynianis codicibus librarioque incuria ni fallor ortum in quibus a Mamertinis & tudertibus legitur pro amerinis: sunt etenim ameria & tudertum umbriae urbes haud multum inter se distantes: Mamertini campani fuerunt: qui Messanam in Sicilia ut Polibius scribit occuparunt: Plutarchi ad haec lectio nobis astipulaturis de eodem prodigio: Ex ameria inquit & ex Tuderto italiae urbibus renunciatum est noctu per caelum hastas ardente & scuta in principio errantia fuisse uisa: Deinde inuicem irruentia more hominum pugnantium acies impetusque faciebant: quibus Plutarchi uerbis utra sit uerior. lectio facile potest colligi.

Capite. 65.

Affirmabam ego constanter omni libraria fide aduersus reclamante tam uulgo quam mendose loco haud multum inde diuerso eruditur legi: pro truditur: aut quod libentius dixerim eluditur: proximo inde capite multo maxime pro uulgo maxime. Item unde septuagesimo Africani: pro affranii: & longa inde iter capedine septimo supra ceteris capite fons calidus tamen fluit: pro tamen uere fluit. Ego haec rimabundus antea sepius ad disquisitionem uocabam. Verustioris inde codicis testimonio confirmatus seueriori ceteris surae subiicere sum ausus.

Capite. III.

In nullam Plynianae historiae partem licentiosius grassata est librario in scitia: quam in ea: quae numeros contineret. cuius cladis argumenta toto opere consparsa lectoris oculos quantumuis cecutiens crebra latinam occurratione etenim quid tam a uero diuersum dici potest: quam quod uulgo legitur: octogintaque millia: & sexaginta octo millia terrae longitudinem patere. At sic habent omnia in quae incidimus exemplaria. ex Macrobio tamen & Ptolemaeo colligitur: stadiorum illam esse non passuum millia: ut emendata lectio octoginta quinque stadiorum millia: & sexaginta octo eritque sensus terrae longitudinem quinque & octoginta habere millia stadiorum: ac supra eum numerum octo & sexaginta ut Arthemidoro placuit: ut autem Isidoro stadiorum millia nonaginta octo: duoque de uiginti.

Eodem capite.

Pari quidem deprauatione. sed errore adhuc magis pudendo eodem capite legere est a gange ad urbem syriae Myriandrum in issico sinu Positam: quinquagintaque millia passuum decem & nouem esse quasi uno die a gange in syriam decurri possit: quod ne philonides quidem alexandri cursor: per multos dies ne menses dicam: uerum confecisset iter. Scribendum igitur quinquaginta quinque millia stadiorum: cui numero si mille adiiciantur stadia septuagies centum millia passuum id spacium habere reperies.

Auger

## Eodem capite.

Auget ad hæc lectoris sollicitudinē locus: ab eo quem dixi numero quidem diuersus: sed offensa per q̄ simili in eo quidē est mēsurā. ab eo mari efficit nonaginta octo millia passuum: ubi nisi stadiorū pro passuum legas: neq; mensurā: neq; numerus constabit. Et nisi id ipsum feceris in iis quæ ex eodem capi. subiectā ridicula erit lectio alia inquit: quæ certior itinere terreno maxime patet a Gange ad Euphratē. l. millia passuum. 19. ubi stadiorum millia illa esse non passuum: nemo est nisi & geographiæ sit idem expers: qui non plane intelligat.

## Eodem capite.

Grauarer ego plura huiusmodi errata ex eodē fonte manātia unū in locū congerere. Satis enim ex iis quæ diximus poterat diligens lector monitus uideri: ut reliqua per se prospiceret: nisi illud Thucydidis succurreret ἀτλατω̄ρος τοῖς πολλοῖς ἡγήθησιν τοῦ ἀδελφίου. Ne igitur aliis: qui id laboris suscipere fortassis recusabant in medio relinquatur: pauca ex eodem capite subnectam. Quæ mensura inq̄ Artemidori nonaginta efficit & sexaginta nouem. ubi nisi post nonaginta continuo stadiorū millia adiciā nihil sequitur. Sed huiusmodi error tam frequens inde credo est quod Plynius nunc per millia passuum mensuras colligit mox diuersa ratione per stadia.

## Eodem capite.

Isidorus adiecit inquit. 12. M. & L. usq; ad tylen: est fateor mensura parum ob incognita terrarū & pelagi interualla illustris: quia tamen ex Herodoto discimus quindecim dieꝝ itinere sarmatas supra meotidem habitare: haud ita iudicii sumus expertes: ut nō perspicue intelligamus mēdose. 12. M. legi: quin. 12. potius stadi. millia esse legendum: quæ lectio si nō omnino sit uera: uidebit tamen uero similior: ea quæ Plynianis inoleuit codicibus.

## Ex tertio libro.

## Capite. 2.

Habent in bethicæ descriptione omnia Plynii exemplaria sexabdera dictionem coniunctim notatam: Ptolemæus tamē duo esse nomina perbelle demonstrat. ex illius secūdo uerba subieci: ut magis p̄spicius esset error: manoba inquit: sex: selambina abdera: Strabo exinator: inquit ciuitas est a qua falsamentaria præcipuū sunt nomen adepta: Dein abdera: quibus uerbis plane colligi potest abderam legi oportere: non sexabderā: ubi illud iterim monebo Persuasum me habere: sexitanorū ex græco uerti oportuisse: non exitanorū: etenim ex eo quod illi εἶξ debent: nostri quidem sex non aliter uertere consueuerunt.

## Eodem Capite.

Ille ocior refugit Scipionis rogam: hæc Plynius: sed nos sollicite querebamus quis esset hic in hispania locus quē ille Scipionis rogam dixisset. At Liuius auctor est. Gn. & P. Scipiones paucis diebus in hispania secūdo bello punico oppressos: publiūq; post fratris interitum ab hostibus in turri quadā circumuentum flāma a barbaris iniecta cum paucis in ea concrematum uide igitur an hic sit locus quem rogam Plynius appellauit.

## Eodem Capite.

Scio ad hæc plura exemplaria inueniri: quæ mauritania habeant pro manentauia. Deitania pro editania: pelleodeones pro pelendones: Ptolemæus: & Plynii uetustior ob idq; emendatior codex lectore uere lectionis admonent.

## Eodem capite.

Oppidum laurentum locus solis indigetis. Sic in Plynianis exemplaribus uulgo reperio: uerum ego Dionysii uerba secutus: lucum libentius legerim. Latini inquit ei quum de Ænea interim loqueret: templum construxerunt in inscriptione tali præditum: patris diui terrestris qui fluiui numici undas gubernat: inde hæc subiicit: est enim ager exiguus: circumq; arbores consistæ ordine spectatu digne: quibus Dionysii uerbis locum ipsum Æneæ cōsecratum nil aliud q̄ lacum fuisse demonstratur: nec uideo quid frigidius dici potuisset: q̄ Ionum scribere: quum aut templum aut locum: aut sepulchrū: aut aliud simile exprimi opotuisset: quod æneam Iouem latii incolæ dixerint. Liuius est auctor. Situs est inquit quemcumq; cum dici ius fasq; est supra numicum flumen Iouem indigetem appellant: Iouem dixit nō solem: ut Plynius: nisi diuersum potius locum eum fuisse intelligas. Sed res auctoritate caret.

## Capite. 5.

Vbi inquit a medio discursu Cynthos uocat: Polybius Cocynthon nō Cynthon locū appellat. Verba ex secūdo illius sunt quæ subiecimur. Hæc ait latera inuicem capulata apicem trianguli faciunt propositum italiæ promontorium: quod Cocynthon incolæ uocant.

## Eodem Capite.

Quærebamus quid esset miliarium in capite romani fori: cuius Plynius eodem capite meminuit: eoq; impensius in ea occupati eramus indagine: quo plures eiusdē rei auctores meminissent: nec expedirent miliarium quid esset: Tranquillus: & Tacitus Cornelius præterq̄ quod in romano foro uterq; statuit: aureum etiam miliarium appellauit. Sed Plutarchus homo in explicanda hystoria supra q̄ dici possit diligens: perspicue docuit: per ædes inquit: quæ Tyberii uocabantur gradiebatur in forum: ubi steterat colūna aurea: in qua incise omnes italiæ uia: finiunt: quibus uerbis quid miliarium esset haud obscure demonstratur.

## Capite. xi.

Diomedes ita deleuit gentes nomadōꝝ dardorūq; & urbes duas: quæ in prouerbii ludicrum uertere apinam metaicrā: Sic uulgo Plynianis exemplaribus notatum reperies. Sed apinam & tricam legendū esse contēderim Martialis urbanissimi poetæ carmen ueræ lectionis admonet: Sunt inq̄ apinæ tricæq; & si quid uilius istis: quibus uerbis haud dubiæ colligitur per tricam & apinam id quod pene nihil esset olim significati solitum.

## Capite. 13.

Qui Plynianæ historiæ libros in capita diuidere primū adorti sunt: fecerunt hi quidē rē tumultuario lectori nō ingratam: fecissentq; proculdubio & aliis haud parum utile: si paulo accuratiore usi essent partitione: plarīsq; enim locis incuria credo potiusq; rerū ignoratiōe id accidit: ut dimidiata periodus i duo membratim abierit capita: quale illud: lam tamen Colonia diui Claudii Sabaria & oppida Carambia iulia: ubi haud dubie ostenditur hæc omnia cum uerbo quod in fronte est alterius capitis ordinari oportere oppida enim non siluas & glandifera dicuntur loca inhabitari: nec est cur in iis: quæ sequuntur quicq; desideres: quum possit id substantiuum uerbum præstare.

Ex libro. 4. Capite. 3.

Infedit perq; multis Plynianis codicibus mendum: ut Taulis pro daulis legeretur: in qua sane emendatione illud succurrit esse apud eundem Plynium in thraciæ relatiōes intus bizia arx regum thraciæ a the rei nefasto crimine inuisa hirundinibus: quum Thucidides tradat: Thereum dauliā terræ phocidos tunc a thracibus habitam tenuisse: ubi fœminæ circa ithim notissimum facinus patrauerit: ait ad hæc thereum quædam sitalcis patrem magnum odrysarum: in thracia regnū tenuisse. Sed nihil huic necessitudinis cū thereo fuisse hæc in transcurso attigisse uolui: quia non potui non mirari Plynii uanam uulgi persuasio nem: potiusq; grauissimi auctoris opinionem sequi uoluissē: præsertim quum Thucididis opinionem in phocensium rerum relatione non obscure repræsentet.

Capite. xi.

Mons Serium & zonetum: hæc Plynius: si Plynii & non librariorum: potius sunt uerba existimanda: Pomponius inibi Seriphion & zonæ distinctis refert dictionibus: promontoriū inquit seriphion: ex quo canentem orphea secuta enarrantur nemora: zonæ: tum schœnos: hæc posui ut in utram lector magis inclinauerit uerioresq; duxerit: sequatur lectionem: nos quando utrinque auctoritate laboratur in medio relinquimus.

Ex libro. 5. Capite. 4.

Adeo quædam librariorū: uel incuria: uel inscitia Plynianis libris iuuerit: ut ne ipse quidem historiæ auctor si ad superos reuocari possit ualeat interpretari: quale est illud in africæ descriptionē libere clupea in promontorio Mercurii. Item libera curubis ne Apollinis: sic omnia Plynii: quæ uidimus habent exemplaria: sed nos Strabonis & Ptolemæi auctoritate freti neapolis pro Apollinis legimus ut sic lectio curubis: neapolis: apparet enim unius syllabæ mutatione locum deprauari contigisse.

Eodem Capite.

Nec in eo minus ille de quo loquor offendisset: si sua recognoscēs hæc quæ subiicimur perlegisset: in de sic enim apud plures legere est: thena Auesinacon madesia cape: Sed nos Ptolemæi uetustiq; exemplaris lectione adducti ita emēdauius: Theene: Macomada: Tacapa: uel ut quidam habent: Auesma: coma de stacape.

Capite. 5.

Terminatur ait Ptolemæus Marmarica ab oriente ab Anthedone usq; est & paretoniū haud multum idem diuersum: quid sit igitur quod Plyniana lectione pharedonem habet uiderint alii. Accolunt inqt ille marmarica a pharedoni ferme regione. Cætera ex illo si libent require.

Capite. 5.

Non essent quædam obseruanda: si eruditorum tm rationem haberemus: sed ea est quorundam uel inscitia: uel inertia: ut ne ea quidem in quibus insigniter est alioquin erratum aduertant: quo sit ut uelut alia pieraq; catabathmum mendose haud pauci legant: unum Catabathynum sit legendum. Salustius ab ortu solis decliuem latitudinem: quem locum catabathynon incolæ appellant βαθρον enim græci pro fundum dicunt.

Capite. 14.

Arabia uero & ægypto proxima per ea asperis dispersa montibus: hæc Plynius. Ptolemæus. his finibus petream celebrat arabiam & in ea petram urbem. unde terræ uideri potest nomen inditum.

Capite. 24

Ita naturæ dimicatio illa ait Plynius æquatur hoc eunte quo uult illo prohibete ire: qua uelit: qua Plynii uerba nisi altius fuerint inspecta credantur sibi aperte repugnare: ita ut alterum oporteat esse falsum: sed sic sane ut ille ait esse dephendas si nō omnia ad euentum referas.

Capite. 27.

Nunc sunt montana gage Corydola. Strabo non gagen: sed Cracum uocat. Ptolemæus cogrā: uerū non tam hoc me mouet q̄ illud. quod proxime capite indum flu. in cibaritæ iugis ortum. lx. dicat perē nes fluuios recipere torrentes amplius centum. Sed indum in his terris: quod scia: nemo posuit: nec de orientali illo potest intelligi. Quare uide ne sit dorus legēdum

Capite. 29.

Caricæ minus quod primo condidisse Ione narratur athenis profecti. At Mius non minus legendum contenderim. Miuntem Iones duce Cydrelo Codri filio. Strabo tradidit in ionia condiderūt.

Capite. 32.

Telostobogor: pismnis. sic mēdosi quidā Plyniani codices habēt. Alii complusculi pismus. Strabo Tectofages inquit phrygiam maiorem uersus iuxta pisinuntē. & mox paulo: Pisinus emporiū: est eorū qui in hac regione sunt: & templum maximū habet magnæ uenerationis matris deus: quibus strabonis uerbis apparet pisinus dici qua & Selinus. forma.

Eodem capite

Nunc reliqua in ora a rio: sic plura exemplaria. Sed unum cōclamata propemodum fidei atio: quasi una sit dictio. Ptolemæus in ora bithiniæ heraclea inquit post pslilium: Tion: q̄ dita sane esse Plynii quoq; uerba demonstrat. in ora inquit a Tio & non a rio. diuisimq; non coniunctum.

Eodem capite.

Nullā

Nullā Plynianæ historiæ partē magis libratorum lancinavit iniuria: quā hanc: quæ ad geographiæ attinet rationem: ecce uel uno capite plura occurrunt: tam aut inuersa: aut mutilata: ut somnulentissimū possit lectiorem excitare: & enim quid iēmēdatus scribi potuit galedon pro calcedon: & non multū infra galedonis: quod nusquā terrarum quod sciam reperire sit pro calcedonis: Plynius: Strabo & Ptolemæus Calcedonē in thracii bosphori angustiis statuerūt: galedonem: neque ibi neque alibi scriptorū quispiā: quod sciam me legisse retulit.

Eodem capite

Sed quo propinquitate uocis pronius in uitiū fuit hoc quod dicam eo maiore est studio ab iniuria uindictandū: Postea inquit græcorū oppidum: ubi contra oēm librariam fidē Cæcorum non græcorū legendum contenderim Strabonis auctoritatem secutus. qui uno atque altero loco haud dubie demonstrat calcedonis peditores cæcos ab Apolline iudicatos: quia quū urbē ipsam cōderent locū eligere nesciissent: Astipulanturque nostræ opinioni ipsius Plynii uerba: quæ cōtinuo sequuntur: Cæcorum ait oppidum: quia locum eligere nesciissent: quod si græcorum legas nil certe sequatur. Ex libro. 6.

Gens Macrocephali oppidum Cæsarum portus: Sic uulgo. Sed Cerasus legendum docet Ptolemæus Isopolis cerasus pharnacia. Seruius Cerasus urbs potestatis: quā quum Lucullus deleisset genus hoc pomi inde auexit. & a ciuitate cerasum appellauit: illud iterum succurrit mirari: quod quum emendatius exemplar nec fidei ob ipsam uetustatem cōtemnendæ Cerasus haberet quidā ceraspōntū fecin quasi unum esset: nomen. Ptolemæus Cerasus ait pharnacia issi portus. trapesos: quibus aperte ille demonstrat diuisa esse hæc non coniuncta.

Capite primo.

Ad hellepontum inquit octingentorū. 25. millium passuum: qua sane lectione haud unū deprehenditur mēdum: etenim helleponti latitudo septem habet stadia: cæterū idem Plynius alibi hellepontus septem ut diximus stadiis europam ab asia diuidens: Herodotus iunxit Xerxes Seston abydo spatium mēdium est. 7. stadiorū. Septem stadia passus habent octingentos. 75. emendata igitur erit lectio octingentorū. 75. passuum: idque non solum auctoritate sed ratione etiā probat. Capite. 17.

Age uero quæ ridicula: quā uoce ipsa ueritati proxima est deprauatio illa Alexandri inquit comites eo tractu indice: quem subegerat scripserūt. 15. oppidorū fuisse nullum. cominus gētium nouem: quæ sane lectione Plynio quidem ipsi si sic scripsisset sensu & ordine cōstare potuisset: Siquidē cominus distinguas oportet legasque cominus id Strabonis demonstrat auctoritatis: de Alexandri uictoria locutus. Ciuitates ait quinque millia nō minores eo meropide: quæ profecto multitudo per excessum nouem nationes dicunt: quinque millium igitur oppidorū: corrige nullum cominus. est enim eos oppidum ut Plynius docet in calimna insula a carpato haud multum distans: est & insula ut idem auctor alibi Hippocrates genitus in insula Co.

Eodem Capite.

Quid sit præterea non uideo: quod eodem capite a libero patre ad magnum Alexandrum indos ait reges. c. liii. & annorū. vi. ac supra eum numerū. cccc. duos colligere quod fieri nō potest. si ad Semeles filium id referas: sed haud in numero erratum dixeris: haud quod magis credo ad uetustissimū illum: quæ ægyptii ab initio sunt cōmenti allusit: Herodotus auctor est græcos bacchi nomen ab ægyptiis audiuisse: ut neptuni a lybibus. Cæterum si ad annum solsticialē eum numerum referas tempora parum cōuenient cum iis quæ diuinæ litteræ de mūdi origine cōtinent.

Capite. 18.

Sunt fateor hæc quæ uno loco colligā. aut magni alicuius momēti: sed quibus lectorem minus solem facile hallucinatē uideas: quale est illud in extremo capite de gangis altitudine nusquā. minus. xx. milliū passuū. quasi ad ima tartara sit unus ille fluuiorū uado depressus. sed. xx. passuum qui non uidet legi oportere: & in proximo ab eo capite: dardæ leguntur pro herdæ: & pacale insula pro pactale: Si uera utrobique est Strabonis lectio.

Capite. 23. Et. 25.

Patet oppidum stad. xxx. multoque pulchrius sicut actacinus ait arta cabane uerum uetus codex antiquus pro actacinus habet cæterum Varro atracinus a Plynio citatur quod ex ipsius epitomes haud dubie percipitur. sic in eo capite quod uno interiecto est huic proximum parthitas & elymas: pro parthitas & elymax legere est præterire ego hæc ut dixi: nisi errores apud imperitos errorum genitores essent.

Capite. 27.

Mox uasto alueo profusus dextra caracis oppidi infertur mati persico decimo ore: Pomponius auctor est tigrim eo modo quo oritur in mare uolui. Herodotus & Plynius aiunt singulari eū alueo fluere Superest ut non ad numerum sed magnitudinem id referas: obseruatum: est enim decimum quæque fluctū decimum quodque ouum precipua esse magnitudie unde & decimanus pro magno accipitur. & decimana porta quæ in castris maxima fuit. Vide igitur ne decimanos sit potius legendum siue decumano.

Capite. 28.

Est & barum insulam legere pro bathum in exemplaribus complusculis: & stellæ pro stelæ: est enī græce Σηλη columna hoc haud sane attigissem nisi uulgo fere alteram dictionem duplici liquida libratorū inscitia notatam offendissem.

Capite. 29

Caspium mōtes longe absunt ab Ægypto & arabia: quippe qui & mari: quod alioquin hyrcanū dicitur nomen fecerunt: mēdosus: igitur illud apud Plynium. Alterū duobus milliū passuū ultra caspiū montē: uide igitur ne cassium sit potius legendum: est is mons in ægypti: & Arabiæ cōfinio: quidā in deserta arabia statuunt: in qua nihil

præter ipsum sit memoria dignum: Linius Strabo Polybius & Appianus meminerunt: quod cassium sit legendum. Plynii uerba pene arguunt: ultra inquit caspium montem quod a. xl. millibus passuum redit in pellusiacam uiam.

Capite. 30.

Operæ prætium est breuiter referre quod modis locū: quem proxime subiiciemus librariis deprauarit incitiam usq; adeo licentia: temere corrumpendi sapius incūbit in iis: quæ haud ita uulgo sunt nota: quasi tutius sit in tenebris q̄ in aperto mēdaciū locare: habent Plyniana quædā exemplaria. quo Sāneti quū fugerent distinctis dictionibus alii ipsa meticum fugerint: atq; aliter alii: uerum quæ emendata sit lectio Herodotus docet: quo inquit psamneticum fugerent: fuit is ægyptiorū rex. ob cuius sæuam regni administrationem. cc. & octo milia hominum ex ægypto in athiopiam migrarunt.

Ex libro. 7.

Capite. 12

Eiusdē inq; familiae Scipioni post. Gn. cognomen salutominus dedit: si Tranquillum quāq; legissent: aut Plutarchum: qui ex duabus uocibus unam fecere: facile a lapsu seruari potuissent: uterq; illi salutioni cognomen uiro fuisse tradidit. Salutio igitur minus: non salutominus legendum contenderim: minus dico quando alia uox magis propositæ materiæ conueniat nulla.

Eodem capite.

Sed qualis desultoria illa in elemētorū syllabarumq; in uno nomine redendo deprauatio: quod Vibius quidam e plæbe perq; similis Pompeio fuisse a Plynio dicitur: si uibius ille scriptus reliquit Valerius enim bis eūdem iunium non uibium appellat. nisi forte nomen potius hoc fuisse aliquis dixerit: illud uero cognomen.

Capite. 20.

Ideo. M. Varro: uix in huiusmodi leues & ociosas obseruationes descenderē nisi adeo multi ita somnolenta inertiq; lectione ueterum scripta uersarent: ut quoquo modo sit aliquid scriptum: tanq; nefas sit id mutare indifferenter arriperent: cuius genus est illud: quod in fronte posuit: in quo omnia Plynii exemplaria pro idem habent ideo: atq; ita esse si quis altiuscule Plynii uerba attenderit. facile depræhēdat.

Capite. 23.

Armodium & Aristogitonem tyrannicidas: Thucidides in primo historiarum æque indigenas exterosq; arguit scriptores: quod ueri inquirendi desidia: Armodium & Aristogitonem tyrannicidas appellauerint quippe qui non Hippium tyrannum: sed Hipparchum eius fratrem adhuc priuatum ad leocorium in panatenaica pompa ornanda obruncarunt.

Capite. 23.

Credar: q; nō uidet inepte facere: si Plynii scripta mihi ex professo asserenda oppugnare incipiam: sed lectorem admonere hoc est ne omnibus temere assentiat: nō quicq; corrigere: aut mutare. Anaxarchides inquit ille qui simili de causa præciderit: an Anaxarchides in quæstione coniurationis in tyrannum in itæ sibi linguam præciderit haud facile dixerim: Illud cōpertum habeo Anaxarchum abderitē a Nicocreōte cypriorum tyranno quem apud Alexandrum in discrimen capitis adduxerat post illius obitum in potestatem redactum. in pilamq; coniectum: quum ferreis malleis tunderetur: Tundite pilam Anaxarchi dixisse. Anaxarchum non tunditis: qua hominis constantia commotus tyrannus: quum præcidi illi linguam iussisset: ultro mordicus sibi abscissam in tyranni sinum conspuisse.

Capite. 24.

Adiciam nūc translatitium unum: simonide medico: pro melico in Plynianis esse exemplaribus: fuit Simonides lyrici carminis scriptor. Cuius Cicero: Fabius: & Papinius in siluis meminerunt: græci a sua uitate carminis παρατομελη ήτόμελος. melicum dixerunt.

Capite. 26.

Magniq; nomine inde capto Tranquillus auctor est: Casarem quū subito accessu pharnacis regis copias fudisset ii sunt qui te magnum fecere Pompei Exclamasse: quibus ille uerbis significasse uidetur nō ex africa: sed ex ponto magni cognomē Pompeium reportasse. Plutarchus ex sicilia reuersus a Sylla eū magnum ait appellatum: nec supprimit tamen fuisse: qui illum eam in africa appellationem adeptū tradiderint: posui ego hæc nequis Tranquillo temere accedēs Plynio hoc nomine calumniam intenderet.

Capite. 43.

Mulionem castrēsem suffranium: sic habent compluscula Plynii exemplaria: alia nō pauca suffraneū sed uide ne sufferaneum sit potius legēdum: a suffero suppono. Plautus intro ad uxorem ut tergum sufferam ob iniuriam. i. supponam: Sed propius uero est sufforaneum reliquisse Plynium scriptum ut quem admodū circūforaneum dicimus ita pari ratiōe sufforaneum: eritq; in hoc semiplenus sensus in illo plenior: sed hæc omnia coniectum magis q̄ ratione constant.

Eodem capite

Ex quibusdam felicitatis inductus argumentis: nullo modo adduci possem: ut tam leuia obseruarem: nisi uiderem huiusmodi errata nō minus legentium: q̄ librariorum incuria inolescere: quis enim tam expertus est iudicii: qui accuratius hæc intuitus nō uideat quibusnam esse legendum: non quibusdam: etenim inficiatio illa est: & cum stomacho per parēthesim legēda ut sit sensus. Sylla unus ad hoc æui sibi felicitis nomen adoptauit: ecquibusnam felicitatis argumentis. q. d. dii boni q̄ turpibus & ab omni felicitate alienis: an quia tot ciuium. millia p̄scribere potuisset.

Capite. 44.

Et hoc

Et hoc dicebat iam balearicis & creticis diadematis iam Macedonicus erat quum hæc in ordinem redigeremus forte apud me Palladius niger homo Plyniane lectionis perq̄ studiosus: tum ille quoniam in hunc locum tanq̄ scopulum impacti hæseramus obseruasse se aiebat apud Plutarchum in coriolano Metellorum quendam quia diutius fontem uitta obligatus ob diuturnum ulcus in medium processisset uittati cognomen adeptum: uerum quia diadematis insignæ uitta constare non ignorabamus suspicari occepimus ne diadematus sit potius legendum q̄ diadematis. nec ita multo post. ex Cicerone propemodum sum adeptus quod coniectura indagabamus: in ea oratione quam ad populum habuit nõ ut pro Qu Metello ait uiro clarissimo iam spectata ætate filius. no. L. diadematus consularis summa auctoritate non. Qu. Metellus Censorius: Verum quum diadematus reliqua exemplaria haberent unum duntaxat satis spectatæ fidei diademater habuit. Cæterum ille quem Plynius diadematum appellasse uidetur. Qu. non Lucii prænomen habuit facilis uariatio.

## Capite. 45.

In summa ille deus cœlumq; nescio adeptus magis an meritis hærede hostis suæ filio excessit: ridiculum est: ne propudium dicam uulgo ita receptum. ut suæ hostis filio hærede Augustum decessisse scripserint ad hunc diem omnes: uelut Liuiæ Augusti fuerit hostis: cum quo an ad exitum usq; uitæ coniunctis sine uixerit Tranquilli uerba perspicue demonstrant: repente inquit in osculis Liuiæ & hac uoce defecit: Liuiæ nostri coniugii memor uiue & uale: Quin meminisse oportuit Tiberii patrem aduersus augustum L. Antonii patres olim secutum. atq; unum omnium post perusinum bellum pertinacissime in partibus perstitisse hostis: itaq; sui non suæ si pudor est legere incipiant. Cæterum si non uere: melius tamen fecere illi: qui quum uiderent id non recte ad Liuiam referri posse uerbis & ordine inuersis hærede non suo filio excessit: scripsere.

## Capite. 60.

Faceré ego adhuc plus inuidiæ nostri sæculi hoibus nisi codices facie satis uetusta: & ob id forte fidei cõclamatore sepiuscule & ipsi claudicarent: nam quid a prisca illa scribendi diligentia magis alienum dici potest quã græcos thasim diuisis dictioibus scripsisse: pro greco thasim: id certe in causa fuit ut minus ægte tulerim in aliis qui argeos sit thesim: Sed quis ille Romæ aut ubi locus esset Varro docet.

## Ex libro. 8. Capite. x.

Hæc ubi in ipso amne canali se fixit in tollerando afficit dolore: sic in multis uetustior tamen codex ipso amne canali. Sed animæ canali melius: id est per quem meat anima: id est spiritus. nam quum duæ sint quasi canaliculæ: seu fistulæ ab oris faucibus deorsum tendentes: per earum unam Plato & philistion locrus: Dioxippus hippocraticus humores pulmonem rigando fouendoq; necessarios defluere crediderunt: hanc eandem esse τρᾶχίαια ἀρτερίαν. id est asperam arteriam uocant: per quam spiritus a summo ore in pulmonem: atq; inde rursus in os & in naris commeet: q̄q̄ Herasistratus medicus negauerit per asperam arteriam quicquam potus aut cibi defluere: sed illi aliter ut dixi statuerunt ut sine cunctatione asfirmare possis animæ canali esse legendum: qua spiritus & potus commeet. Altera canalicula ea est: per quam esculenta omnia & ut soli Herasistrato placuit. item & poculenta ad stomachum defluunt.

## Capite. 7.

Pugnauere & Cæsari dictatori tertio consulatu eius. xx. contra pedites quingentos Tranquillus quinquagenis peditibus ait pugnatum elephantis uicenis: tricenis uero equitibus: in hoc igitur aut illo numero erratum esse oportet: Sed ppius uero est Tranquilli numero: parum fideliter a librariis redditum: qui quum scriptum quingenis inuenissent: syllaba interposita quinquagenis fecerint: etenim. quingenos dicimus: & quingentenos: ut sexcenos: & sexcentenos. cæterum utroq; uersu potuit uitium inclinare locum in medio relinquimus.

## Capit. 17.

Magnitudini factorum accepta ferri æquius q̄ ferarum naturæ arbitror: sic uulgo notatum reperio: uerum qui non ignorant quid inter fero & refero acceptum intersit: referri ut elegantius ita libentius legerint.

## Capit. 36.

Miror adiectum numidicos urfos. quum in aphytica urfos non gigni constet: Hæc Plynius: uerum si in numidia tñ urfos non generari dixisset: fuisse eius sententia adhuc æquius ferenda: at tota africa feræ genituram exclusit. quod an uerum sit alii uiderint illud non dissimulabo Herodotum rerum africanarum auctorem diligentissimum tradere lybiam inter multa & uaria animalia urfos quoq; alere.

## Capite. 44.

Nec pontes transeant per raritatem plantarum translucentibus fluuiis. tu uide ne plançarum sit potius legendum. sunt enim palancæ tabule planæ planiciæ dicte q̄q̄ nõ eo inficias & palangas legi pro certibus sustibus qua ite materia. solent pontes inferni palangarum auctot est Festus.

## Ex libro. 9. Capite. 18

Nullum. lxxx. librarum in mari rubro captum licinius Mutianus pdidit: quãta mercatura cū luxuria sub urbanis littoribus inuentum est: & hæc natura ut alii alibi pisces principatum optineant: Sic uulgo lege re est: Ex qua lectione non urbis solum: Sed periodis quoq; inuersis nullus qdē rectus pot̄ elici sensus: tu uero quãti legito pro quãta: & est pro cū: uerbūq; substatiuū cū sequētib? iungito: erit itaq; emendata lectio: quãti luxuria mercatura. i. luxuriosis hoibus mercaturis eum captum suburbanis littoribus. id est ut

bi propinquus: est & hæc natura ut alii alibi pisces principatum obrineant. q. d. Comparatum est natura ut alii pisces alibi suauiores iudicentur: ac per hoc maiore pretio digni: ut nullus qui si suburbano sit mari captus melior sit gustu q̄ alibi: estq; ni fallor nullus: quem indigena: magis: q̄ exotica lingua Veneti barbaronem: Romani triliam uocant.

Capite. 25.

Estq; admodum paruus piscis assuetus petris Echeneis appellatus: præterissim hunc locum silentio: utpote parum necessarium: nisi uiderem quendam nostri temporis singulari alioquin doctrina: præstantiq; ingenio uirum incuria credo. aut certe uocum similitudine deceptum echinum pro: Echeneide accepisse simul: ut & locum in Anneo lucano deprauatum corrigere: ita est enim ferme receptum: ut carmen in eo legatur. In mediis echinnus aquis: quum uel metri necessitate sit echeneis legendum: prima enim in echinno breuis est: quod Martialis carmen demonstrat: Cortice deposito mollis echinnus erit: echeneis ad hæc non echinnus carinæ inhæret: quod Plynii uerba haud dubie declarant. Hoc carinis inqt adhærente naues tardius ire credunt: & rursus Caligulæ imperatoris ab astura antium remigantis quinquagem quadrigentis remigibus aduersum nitentibus retentam scribit captamq; ab urinatoribus gubernaculo hærentem magnæ limacis similitudinem præcipis & aliorum oculis subiecisse quod echinnus & echeneis re & uoce differant eiusdem Plynii auctoritas demonstrat: Scorpio inquit lædit dum manu tollitur Erythimus: echeneis: echinus.

Ex libro. x.

Capite. 3.

Homerus inquit & percnon uocat: alii & placum quidam codices habent & placum: sed περικνον græci nigrum dicunt: & πλακκόν τε errantem quare percnon libentius: & placumta legerim.

Capite. 6.

Umbritius aruspicum in nostro æuo peritissimus parere tradit oua tredecim: sic uulgo notatum reperias: sed q̄ sit emendata lectio Aristotelis uerba demonstrat: qui bina ait oua uulturem parere: tria igitur legas: non tredecim: ut uno abiecto quæ admodum umbritius credidit duo foeturam impleant: quod & Aristoteli uidetur placuisse.

Capite. 23.

Pithonosconam uocant: in asia patentibus campis ubi congregatæ inter sese cõmurmurant sic uetus ille noster codex: recentiores alii pithonis comem Strabo ex phritio locrésii uenisse ait: qui locum nõ longe a Caistro condiderunt Cumen nomine: quibus apparet phritionis cumen legendum non pithonis.

Capite. 64.

Ex omnibus: quæ perfectos fetus uel tãtos & numerosos edunt: Siquis non uerba solum: Sed uerborum sensum altius attendat contuleritq; cum iis quæ sunt in alterius capitis fronte haud dubie iudicabit hinc non aliunde caput ipsum inchoari oportuisse.

Ex libro. 11. Capite. 24.

Non ad hoc uidetur pertinere crebra tapexitas: in pluribus exemplaribus sic reperio: in quibusdam uero crebrate pexit: ascile sed neutrum meo iudicio conuenit coniectura igitur magis quã auctoritate fretus cribrata pexitas libentius legerim: ut demonstrare uoluerit ex araneorum textura crebri rationem: & formam imitari. Cæterum uidebitur fortasse aliqui pexitas tam dura q̄ noua forma dictum sed a Plyniana uerborum figura non multum abhorret: sit tamen cuiq; uolenti integrum si poterit in hunc & reliquos locos meliora comminisci.

Capite. 29.

Quod maxime miremur famem quoq; quapropter hesternæ pabula præterq; sciunt: imineret nos perantq; emendauimus astipulaturq; nobis propemodum uetustiores codicis lectio: in qua multo post in-cidi qui petere habet pro præter: nisi tu quoq; petere malis legere: ut sit ordo miremur: quod sciunt imineret famem q̄ propter & petere externa pabula: Sed prior lectio ut uerior ita tutior.

Capite. 37.

Diuo Augusto equoq; modo glauci fuere: supraq; hoïem albicantis magnitudinis quã ob causam diligentius spectari eos iracunde ferebat: hæc Plynius Tranquillus contra: oculos inqt habuit claros ac nitidos: quibus existimari uolebat inesse quidã diuini uigoris gaudebat siquis sibi acrius cõtuētis: quasi ad fulgorem solis uultu submittere: quid magis diuersum uterq; ab altero tradere potuisset: in re ob temporum propinquitatem prope oculis admota: Cæterum uter illa uerius tradiderit uidebunt alii.

Capite. 37.

Scio ego quãtas in se his paucis annis cõcuerint pcellas: duo haud obscuri nominis uiri dum hæc Plynii uerba. quæ subiiciã diuerso sensu distraheret: Antiqui abdomen uocabant priusq; callere id sciētes occidere nõ assueti: ubi calere nõ ad hoïes puto referendum. sed ad abdomen ipsum: ut sit callere callum habere: quæ admodum rubere: & pallere: dicimus: pallore ruboreq; esse præditum. id ego admonui quia illi aliter omnino sensisse uidetur.

Capite. 43.

Tracio enim studioso in. c. cæsaris ludo notum est dexteram fuisse prociorem: Sed tu thraci potius legas quid thrax in gladiatorio sit certamine notus est: fauet huic lectioi spectate fidei codex in quo thraci est non thracio.

Capite. 45.

Camelo tali similes bisulcis se maiores paulo est eni bisulio discrimie exigue pessimis uestigio carnosus: ut urfi: qua de causa in longiore itinere sine calciatus fatiscunt de qua uerborum forma nullus quod uideam elici potest sensus: si pessimis legas: quare uerior nam fauor erit lectio: aut certe uero similior: si distinctis uocibus per Simiis pro pessimis legatur.

Capite. 46.



Sues ex utroq; genere existimantur: ideo foetus eaq; hoïem existimant hēre facile conuicti: sed uide ne omen potius: q̄ hoïem Plinius scripserit & tertio ab hoc capite ne trederico sit mendose p̄ treuerico notatum.

Ex libro. xiiii. Capite. iiii.

Folia cultrato mucrone lateribus in sese biffidatis bellas primū monstauere gēmas: posset uideo, in dubiū uenire quid sit quod Plinius dicat bellas gēmas a palmis mōstrari solitas: sed ad illud credo allusum quod ex palmis scopæ fieri olim cōsueuerit: id Martialis carmen haud obscure demonstrat. In pretio scopas testat palma fuisse. Scopis igit diuitum pauimēta uerrunt: quæ an luxurioso illo sæculo pretiosæ fuerint instrata Papinius docet: labor est inquit memorare figuras: aut ebur: aut dignas digitos cōstringere gēmas: & rursus Dum uagor aspectu imprudensq; per oïa duco Calcabam nec opinus opes.

Capite. xxiiii.

Frutex est & cithifus ab Antimacho Atheniēsi miris laudibus p̄dicatus pabulo oïum: tu uide ne ouiu sit legēdum: nam si animalium subintelligas falsum est: si minus: quadrupedū addēdū fuit: q̄ sic quoq; uix crediderim omnibus indifferenter quadrupedibus ex una herba optatissimum quæsitum pabulum quū aliæ aliis delectent. Sed fac ita esse quadrupedū: aut pecudū: aut aliud id genus addi oportuit: quū supra nullius generis animantium: aut speciei meminisset: nec obstat quod non multo post iumenta dicat eo pabulo pinguescere. potest enim ita natura comparatum uideri: ut alia Plæraq; animalia eo pabulo pinguescant: sed ut omnibus sit q̄ commodatissimum.

Ex libro. xiiii. Capite primo.

Vt uindemiator auctoratus rogū ac tumultū excipiat: id sane dicere uoluit tantā esse ulmore p̄ceritatem: ut is qui ad eā uindemiā cōducatur præter diurnā mercedē rogum etiā & tumultū excipiat. q. d. si taz emineti arbore lapsus extingueret: is cui locata erat opera rogi ac funeris p̄solueret imp̄sam: aut certe funus & rogum mortuo representaret.

Eodem capite.

Atq; indelictis etiam p̄enam honorat: quid esset quod Plinius p̄enam indelictis uitam honorare dixisset petierunt a me apud moretum bibliopolam sedente patritii quidam adolescentes. Sed siue serio: siue tentandi gratia id illi facerent: breuiter occurri: qm̄ uitis centurionis esset: non carnificis: aut licitoris gestamen: subieciq; continuo illud Iuuenalis. Nodosam post hæc frangebat uertice uitam: Silentus pigra muniret castra dolabra: mox & Martialis alteruz Vare parethonias lata modo uite per urbes: honorificentior enim p̄ena quæ a centurione quanq; a licitore esset illata iudicari.

Capite quarto.

Magna phama fuit uetuleno egialo perinde libertino hoc in campaniæ rure ueliterno maiorq; etiā fauore hoïum: qm̄ ipm̄ africani colebat exilium. Sed liternino non ueliterno legēdū: hoc a uelitris est illud a literno oppido: ubi africanus exulauit: Liuius & Valerius sunt auctores. Distat liternum a relitris plura millia passuum: uocum tñ similitudo in causa fuit: ut error semel receptus lectoꝝ incuria ad hunc diem inoleuerit.

Eodem capite.

Pudet me maiorē negligentia. qui tñ librarioꝝ uel incuria uel iscitia indulserint: ut quæcūq; illi scripserint: uel misteria quædam aut corrigere aut mutare nefas duxerint: Sed plus oïno nostroꝝ hominum recentiorum dico qui eiusmodi uitia turpiter recepta aliquanto turpius adhuc diem fouerint: neq; enim ingenium his: aut eruditio. sed uoluntas defuit: adde quod plæraq; adeo nuda occurrūt: ut nemo tam hebeti sit ingenio: cui sub primum occursum nō ipsa innotescant uitia quorum genus est hoc qd̄ dicam anno inquit fuit oïum generum bonitas. I. opinio consule: quum. C. Gracchus. Tri. pl. seditionibus: agitatis interemptus est ea cœli temperies fulsit: quam cocturā uocant solis opere natali urbis. De xxxiiii. duratq; adhuc uinea ducentis fere annis in speciem redacta melis asperi: durat non durat legendum est: non uinea: quod ita esse: uel ex eo percipi potest: quia in mellis speciem dixit uinea redacta: quasi similitudinem aliquam cum melle uinea haberet: q̄ si sic esset: quod dicere ridiculum est cur una potius uinea q̄ aliæ asseruata: si omnium generum fuit bonitas: At sic habet ut dicis prona omnia in lapsum reuocatu uero difficilia.

Capite. 6.

Liuius augusta octogintaduos annos uitæ punico uino rettulit acceptos: Sed pucino nō punico legēdū esse Ptolemæus docet pucinū inquit: pinguedū: forum iulium concordia: aquileia & Plinius ipse castellum inquit nobile uino pucinum: id ego pucinum eē crediderim: quod hodie i maritima istriæ ora carnis finitima porsecum corrupto nomine uocant: est inibi græci miris laudibus pictanum appellaue- runt: tu uide ne pithanum sit potius legendum τῶ τῶ græci probabile appellant.

Ex libro. xv. Capite. iiii.

Notū est magistratus honori eius octingenis sestertiis strimēta olei uēdidisse: Ego honorariis libēti q̄ honori eius: unde nihil sequitur: legeri erāt honorarii ludis: sic enim Festus appellat: quorū spectaculis plures dies impendebant. Traquillus ne qd̄ maleficiū; negociū ue ipunitate uel mora elaboretur triginta amplius dies: qui honoratis seu honorariis occupabant ludis actui rerum accommodauit: qd̄ ea quæ ludis superessent uendi cōsueuerat: idē auctor demonstrat auctione inquit: p̄posita reliquias oïum spectaculozū hastæ subiecit & uēditauit exquirens p̄ se pretia: & rursus inibi nec dicēdi finē factū quoad tredecim

gladiatores sefertium non agies ignorantia addicerent: erit igitur sensus: notum est magistratus honorariis ludis uendidisse strigmenta oleum. s. quo athleta stringunt octogenis sefertis. Scio ego non defuturos: qui non ita facile nostrae huic opinioni: accedant: uerum meminerint illi nos non legere scribere: Sed quae sit integrum cuique uel probare: uel si minus probanda duxerint aperte: repudiare nitimur enim in plerisque coniectura non ratione.

## Ex libro. 16. Capite. 2.

Ulua & palustri iunco funes neunt ad pretexenda piscibus retia: captumque manibus lutum uentis magis quam sole siccantes: at lotum emendatior erit lectio: ut ad piscem captum lotum id participium referas. ut enim nimius aestus ita frigus nimium arefacit omnia. Alii lutulentis manibus habent: qui cesset: quod non placet & lutum efficari solitum interpretari aliquis. Sed quae primo rettulimus loco: aut uera sunt: aut certe a uero non multum distantia.

## Capite. 12

Epicea resina feruentibus coacta lapidibus in alueis ualidi roboris: aut si aluei non sint struis coegeriae uelut in carbonis usu: sed usu ut uerius ita liberius legerim non usu: ex qua lectione nihil sequitur ut sit uelut quum carbones fiunt tunc enim ligna incongeriem quandam strunt: ut diligentius urantur: qui usu legunt ipsi quid sibi Plinius uelit si possunt dicant.

## Capite. 35.

Sed tria maxime insignia genera herbacea ac uirens: quae plurima est: altera candido folio: tertia uersicolor quae thracia uocatur etiam num herbacea tenuiora folia in ordinem digesta desioraque in alio genere diuersa omnia haec iualuit lectio Sed si tria genera: quo pacto alio dixit quum de secundo genere loqueretur. praeterea ad utrum reliquorum generum id referri oportere dixeris: id certe intelligi non potest. In albo igitur non alio legendum esse contenderim quod candido folio supra secundo loco rettulit haec ueram esse lectionem is recte iudicabit: quisquis elocutionis legem diligenter fuerat rimatus.

## Capite. 45.

Durant a ueliterno Africani prioris manu satra oliuae. Item myrtus conspicuae magnitudinis subest specus in quo manes eius custodire draco traditur hoc quoque loco error haud dubie corrigendus ubi ueliterno pro litemino est: qualis sit emendationis ratio supra ostendimus.

## Capite. 45

Vicine luco est ilex & ipsa nobilis. 35. pedum ambitu Caudicis. 10. arbores metiens singulas magnitudinis uisende siluamque sola facit: sic plures habent alii uero. 10. arbores amiciens: Sed neutrum probo nam si 10. arbores unius magnitudine amicerentur: haud utique uisende fuissent magnitudinis: nec si metiens legas quicquam propterea sequatur: mentiens igitur legendum contenderim: ut ilex sua magnitudine: & ramalium euagatione. 10. arborum specie procul spectatibus exhiberet: quas ipsius ilcis praeterea lateque diffusa cacumina mentirentur: quod ne mirum quidem auditu fuerit huic qui illius caudicem se & 30. ambitu collegisse pedes: non ignorauerit.

## Eodem capite.

Quid illud suspicandum ne est aliud quam uocis similitudinem librarios in ridiculum errorem traxisse ut quum tempore thessalica scribere debuissent: templa pro tempore mendose scripserit: quod uitiu ita Pliniana codicibus tenaciter haesit: ut uulgo hodie in illis ita non alter sit legere: quid tempore sint satis quidem notum est: ac omnino notius quam ut de ea re maior nunc sermo habeatur.

## Ex libro. 17. Capite. 4.

Punica uina in saxo coquantur cecubae uites in pontinis paludibus madent: qui punica uina pro pucinis hoc quoque loco fecerunt: hebetiore quam lacerae fuisse memoria arguunt: Plinii uerba: quae ex quarto illius alio loco recitauit: debuissent eos admonere pucina non punica scribi oportere: castellum dixerat uino nobile pucinum: quod uinum nobile ex africa sit quandoque delatum: ipsi si possunt dicant.

## Capite. 5.

Homerus in armis ab eo calata dixit: addiditque miraculum incrementis: sed a deo uerius emendatiusque scripserunt: ut a pulcane intelligas: qui Achilles arma fabricatus dicitur: Homerus est auctor: si ab eo legas ad quem id potissimum referatur: quum nullius interim meminerit non erit.

## Capite. 22.

Pedamenta optima: quae diximus aut radice robur oleaque: quo minus uox est nota: eo maiore uidentur multi fuisse uenia digni: illi qui radice scripserunt pro radice: est enim radica ut Varro ait pedamenti genustei uerba ut omnia magis perspicua essent subieci: Padamentum inquit quattuor generum robustum: quod optimum solet afferri in uineam e quercu aut iunipero: & uocatur radica. Idem mendum rursus in eodem capite corrigendum.

## Eodem capite.

Si uinea ab uite caluata erit sulcos interponito: ubique uinum radicem serito quasi duae sint dictiones: ita uetera quam recentia exemplaria diuisas utraque ab altera uoces habent. Sed uiui radix dicitur uitis: quae iam pridem humi defixa radicitur: quod ex ipsius Plinii lectione haud uno potest loco intelligi.

## Capite. xxiii.

Æmiliz

*Æmilia* uia in radices atiniarum ambitur frondem earum fugiens: hæc quidam habet Plyniani codices alii uero complures in radice satinarum ambif: sed in radices ut semel atque iterum monuimus emendatior erit lectio: est quidem radica furca ad uites sustinendas: ut sit sensus in æmilia regione: qua uia nobilis ab urbe Bononiam ducit ea ratione uinea putantur: ut uites in radice suspendantur circa atinias ulmos quæ adeo frondosæ sunt: ut si uitem applicatam habeant umbratili completu.

Ex libro. 18.

Augurio coronario augendo dies constituatur: Dion & tranquillus auctores sunt: Augurium salutis longo tempore intermissum ab Augusto Paie terra marique parta restitutum: Augurii ratio fuit: ut si deus permisisset salus populo a diis deposceretur: obseruabatur ad idipsum dies una quot annis: qua nullus ad bellum exercitus mitteretur: nemo se ad pugnam expediret: nemo pugnaret: hinc certe fuit: ut quum in longa tam externorumque civilium bellorum serie talis dies haud facile obseruari potuisset: Sit uetus illa augurii ipsius cerimonia celebrari desita.

Eodem capite.

Minutius Augur qui spiritum melium coarguerat: farris precium intimis nundinis ad assem rediit undecimus præbis tribunus: qua de causa statua ei extra portam trigeminam a populo stipe collata statua est: hæc Plynius: in quo illud primum quærebamus: quid esset: quod farris precium dixerit: & non tritici: cui quæstioni occurritur trecentis post urbem conditam annis populum roma. farre tantum ut uerritus flaccus prodidit usum: Veniebat & illud in dubium quare undecimus tribunus præbis quum a nullo is tribunorum numerus tradatur: Sed liuius per cooptationem id semel euenisse uidetur innuere: Quod ad statuam attinet idem auctor auratam bouem extra portam trigeminam minutio positam a populo prodidit.

Capite. lxxx.

Aut quum cõtemptus ignis e se fauillam discutit: scintillam ue emittit. Ego contectus libentius legem nam quid frigidus dici potuisset quæ semiextinctum. ignem sopitumque contemptum appellare: at contectus: quod sæpius euenire solet: ut subito & inopinato crepitu ex eo scintillatio erumpat: meo iudicio uerior erit lectio: Sed ego ut præterque alia hoc quoque in medio relinquo.

Ex libro. 99. Capite primo.

Stupuerunt littora flatu uersicoloria splendente: tu uide ne impellente sit potius legendum: flatus enim impellit nec sub oculorum sensum uenit.

Eodem capite.

Mox cæsar dictator totum forum romanum intexit: uiaque sacram ab domo sua ad cliuum usque in capitolium non attigisset hunc locum: nisi omnia Plynii exemplaria sic haberent: dure nimis ne inepte dicam rem sane perspicuam Plynii tradidisset: si ad cliuum usque in capitolium dixisset: quum cliuus nil aliud sit: nisi ipse capitolii ascensus: & non locus a colle diuersus: Sed capitolinum cliuum uideo ab omnibus uulgo appellatum: aut igitur ad cliuum usque capitolinum emendata erit lectio: aut quod magis placet: quodque uetus habet codex uiam sacram & cliuum usque in capitolium: Sicque pro iouis templo capitolium positum intelligas.

Capite. 4.

In medio satyrica signa: quæque hortos tutelæ ueneriis assignantes Plauto: & ad nomen: & ad naturam satyrorum allusum uideri potest: & enim ueteres græci. τῆος δόμο uirile membrum dixerunt: unde satyros dictos arbitrati sunt quidam: quod sit pronum in libidinem id animal.

Capite. 5.

Sunt qui & alium & ulpicum inter compitalia ac saturnalia feri aptissime putent: at compitalia ferie erant ut Macrobius ait conceptiue: quæ a magistratibus uel sacerdotibus concipiebantur in dies certos uel incertos: ut & latinæ ferie sementinæ: Sic paganalia & compitalia haud igitur certum statuisset Plynius tempus: Si per dies compitalibus proximos alium & ulpicum feri iussisset: Sed locus ut præterque alii uocis est similitudine deprauatus: legendumque non compitalia: Sed opalia: quæ ferie statæ erant ac tertio die post saturnalia celebrari solita: auctor est Varro.

Capite. 7.

Quæ obrem appositas non memini degustare religio est: Sic uulgo illud Plynii legitur: nos non memini. alicui emendatius credo legimus.

Capite eodem.

Menthæ nomen suauitas odoris apud græcos mutauit: quum alioquin mintha uocaretur: ad illud: ni fallor: alkusit: quod ἄλκυσθαι mentha est: οὐ μινθός stercus: quare uide ne minthos sit legendum: potius quæ mirtha: uel si ita sit legendum: aduerte ne quasi ἀπὸ τῶν ὀνδραίων: mintha esset litteram in dictione mutari contegisse.

Ex libro. 20. Capite. 4.

Praxagoras & illois dandos censet plistonis & colicis: alii phistonis habent: neutrum tamen emendate dicitur: at Phistonis uera erit lectio: ut sit auctoris nomen: id ex Plyniana epitome facile cõdiscitur

Capite.9.

Quin & urinam eius: q̄ brassicam potandā aestimauerit labefactāq̄: nemis remedio esse: Sic oīs uulgo Plyniana hēt lectio. ex qua utpote iuerfa: nullus iteger elicif sensus: Catonis uerba unde hęc ille mutua tus est haud dubie demonstrant. nō aestimauerit esse legendum: sed estauerit: ex illius re rustica hęc sūt Lorium inquit conseruato eius qui brassicam estauerit: hoc est comederit.

Ex libro. 21. Capite. 19.

Contra flos albæ suppurata aperit ipsa discutit: quid sibi ipsa illic uelit haud uideo: Scio tamē ἰχίπος .i. ipsi ipos uermis speciem esse: quare uide ne ipa sit citius legendum.

Capite. 34.

Hemina: quam nostri minam uocant: pendet dracmas atticas centum: pudet me negligentia quorū dam: qui quum in emendandis codicibus suam operam adhuc diem locarint tam somnulēte depraua menta quaedam admiserint: ut propemodum appareat nō tā nesciuisse eos: aut nō potuisse locos quos dam a mendo uindicare: q̄ noluisse. Irasceret ego adhuc magis illis hoc loco: nisi uiderē spectatā quoq̄ fidei codices illorum incuria ne inscitia dicam astipulatos: & enim tā uetera q̄ recentia exemplaria: quæ uidimus hemina habent: pro eo qd̄ mna scribi oportuit: quasi uero id pueri ignorēt: quæ a græcis mna dicatur. Latinos minā dicere: Priscianus libra inquit uel mna graia drachmas habet nonagintasex & qd̄ rursus ad nomen attinet: Accipe præterea inquit patrio: quā nomine graii Mnam uocitant: nostriq̄ minā dixere priores: quibus perspicue colligitur mnam esse legēdum nō heminam: quæ est mēsure genus sextariiq̄ dimidium.

Ex libro. 22. Capite. 17.

Cuius effigies ex ære fusa: & nobilis ille sparginoptis: Sed σπαρταγίζω fascia inuoluo καίοντιω uideo: sparganioptis credo non sparginoptis ducitur.

Capite. 22.

Vt quem theseo apud calimachum apponat hecate. Plutarchus ī theseo: At quæ de hecale iquit: de q̄ eius hospitio fabulant: aut oīno a ueritate abhorrere uident hecalesiūq̄ ab hecalo: & mox paulo: hecale nam per diminutionem uocantes quod: quū iuuenis admodum hospitio inuitasset theseum: quare hecale uera erit lectio: & nequis in translaticū putet: Veneta academia ubi tertio abhinc anno hęc publice interpretabamur: emendata a me lectionis deferet testimonium.

Eodem Capite.

Quorundam ex his facile noscuntur uenena diluto rubore rancido aspectū liuido intus colore rimosastrī pallidoq̄ p̄ ambitū labro: q̄rebamus quid Plynius cum rimosastrī inaudito pene uerbo sibi uellet cæterum parū rei: quæ tractabatur accōmodato: Sed quū uerbi nouitate p̄motus ad uetus exemplar cō fugissem: rimosastrī scriptum inueniteo & si paḡe integro cōiectare cœpi ea quæ nā uerior uideri posset lectio ut nō rimosastrī scripserit Plynius sed rimosaastro potius hoc est labro rimosum aliqd̄ imitatē: nisi disunctim rimosastrīa quasi politie aliquis malit legere: qd̄ nō placet siquidē & striatas colūnas & striatas conchas legimus & ab eo quod striare polire est: sed striam pro politie ipsa non memini me legisse.

Capite. 25.

Tremulis pane ex aqua esse ieiunis statim a balneis demonstrat: quis hęc demonstrat nō dicif: nec est ad quē referre possit: Sed ex epitome ipsa intelligi potest nū error sit ortus: est inibi damio medicus quare cōiectura haud inepta adducimur scriptum a Plynio fuisse damio monstrat librariorum tamen incuria: aut inscitia potius demonstrat auctoris nomine magna ex parte detrito esse factum: sed qui in emendatoria incident exemplaria: accuratius fortasse locum illustrabunt.

Ex libro. 24.

Spissatur succus ex folliculis celesti aqua perfusis: mox in pila tuis exprimitur origanis. Ego organis potius legerim instrumentis: ab organorum similitudine maiora pondera molientium: dictis.

Ex libro. 25.

Herbas certe ægyptias ab regis uxore traditas suæ Helenæ plurimas narrat: ac nobile illud nepenthes obliuione tristitiæ: Veniāq̄ afferes: & ab helena utiq̄ oībus mortalibus propinandū: Medicamentū id fuisse plane constat: qd̄ Helenæ apud homerum thelemacho ad leniendos animi affectus propinat: Sed ne quale id ipsum esset ignoraretur: poetæ carmen subieci: αὐτικὰρ εἰς οἶνον βαλε φαρμακὸν ἐνθεν ἐπιπὺν ὑπενθεσ τὰχολόντε κακῶν ἐπιλεθεσ ἀπαντων: & paulo post: τοῖα λῖος θυτὰ τρεχε φαρμάκα μητιοεντὰ εδῶσ λὰ τὰ οἰπολυδάμνα πορέν θωνός ἄραχοισισ αἰτυπτιήτη πλεισα φε. ρεῖζαδῶσ ἀρούρα. Sequuntur & alia plura quæ si quis cupiat cognoscere: ex quarto odyssæ poterit.

Capite. 7.

Est & alia nympha in thessalia amne peonio: radice alba: At peneio potius q̄ peonio legēdū cōtende rim: in thessali enī peoniū qd̄ sciā amne adhuc diē nō legi. quid qd̄ eodem capite getuli etiā pro getuli in quibusdā reperio codicibus scriptum: Sed tam hoc q̄ illud: meo iudicio uitio nō caret. Capite. 9.

Si uerum est ubi sata sit nihil nocere mala medicamenta amuletum uocent: amuletum remedium cōtra ueneficia: ab amoliēdo dictum: abii a uase: quo cōderetur: quod non ita probō: appellatū credidere.

Ex libro. 28. Capite primo.

At uulgera

At uulnera nodo Herculis prælibare: quærebamus qualis esset Herculis nodus: qui uulneribus utilis esse diceretur: breui is esse cõstitit: quem dracones in Mercurii caduceo complicati suo nexu imitent.

Capite. 8.

Dextra pars proboscidis cuti lemna rubricata alligata impetus libidinum stimulat: Vetum non læna: Sed lemnia legendum: est enim ut Dioscorides ait terra esiccandi uim habens: in eaq; caprinum sanguinem misceri & idcirco rubricam appellari: quidã lemniam recte dici: & lemniam arbitrati sunt: Eodẽ capite codices quidã a pipe asio habent: pro lapide: est asius lapis: ut idem auctor ait medicæ opis: candidi coloris: & ut pumex præcipue leuitatis: & rursus mendose inibi ruptæ: pro tubetæ: in exemplaribus quibusdam scriptum reperio.

Capite. 9.

Proxima in cõmunib<sup>9</sup> laus est adipi sed maxime suillo apud antiquos etiã religiosus erat: certe nouæ nuptæ intrantes etiã nõ solemne habet postes eo attingere iure mirari possis Plynii hæc affirmare: quõ nõ multum infra ex Massurii auctoritatẽ lupinam dicat axúgiam: idcirco principatũ apud maiores optinuisse: quia nuptæ ea postes iniungerent: atq; id ipsum ne quid mali medicamento inferretur: sed siue hoc siue illo sint usæ satis constat: ab ea ungenti ratione uxores quasi uxores esse dictas.

Capite. 10.

Lardum quoq; pingue: pingue Plynius dixit: quasi & macrũ dici possit: quo colligi põt lardũ a ueteribus pro suilla carne quoquo modo salita usurpatũ: id ipsum & satyri carnẽ uidetur significare. & natalitium cognatis ponere lardum: credibile est solemnibus cœnis maiores nõ tantũ pinguem carnẽ salitã: sed & macram apponere solitos: Iulius capitulinus & ipsum lardum & poscam inter cibos refert militares. hæc collegi: quia uideo uulgo persuasum lardũ tantũ pingue esse: quum ex his & macrũ eẽ appareat.

Eodem capite.

Quæsiuimus a plerisq; physica professionis uiris multæ quidẽ celebritatis: quid morbi genus esset opisthion: unde & opisthionici: nec reatus est: qui fateret se id uspiã legisse: uerũ Plynius uno dũtaxat loco: quõ sapius alioquin eius morbi meminerit: opisthion esse ait dolorẽ inflexibilem: hæc ille tantũ.

Ex libro. 30. Capite. 5.

Tyria uero mactato corpore potat: Sed phytia potius legerim: est enim φαιππος pediculus: ut sit sensus pediculi occisi si potui dens: aut certe pediculi mactati corporis: ex corpore. s. peremptæ sumpti.

Capite. 10.

Podagricis in balneis uti folia nitri prodest: ex qua uerborum salebra nihil quod uideam sane potest elici: Tu uide ne uerior sit lectio. si ungi pro uti: & folia pro folia legatur: ut sit ordo. prodest podagricis ungi folia nitro in balneis: sed alii uiderint. possit ne aliqua lectio uerior accommodari.

Ex libro. 33. Capite primo.

Et qui primus instituit cunctanter id fecit: leuisq; manibus ac latẽtibus induit: quum si honos secutus fuisset dextra fuerit ostentãdus: hæc Plynius: Gellius quia a corde ad medicum leuæ manus digitum uena quædam decurrere credat: eum honorẽ ab initio datum tradidit: Macrobius ut gẽmarum delitiæ tutiores essent: non dexteræ: quæ magis operaria est: sed leuæ anulum a maioribus inductum: opinionũ earum unam tantum ueram esse oportet: quum singulæ ueræ esse possint.

Eodem capite.

Inter scipionẽq; & drusum ex annulo in auctione inimiciæ cœpere: Tu uide ne Cepionem sit legendum quippe q cũ druso inimicias exercuit nõ Scipio. Ci. in ea oratione: quã ad pontifices habuit. M. inquit drusus clarissimus tribunus. pl. pontifex fuit: ergo si is. Qu. Cepionis inimici sui postem ædium tenuisset: & pauca uerba fecisset ædes cepionis essent dedicate uir: quibus uerbis apparet cepionem eum fuisse cum quo drusus inimicias exercuit non scipionem ut omnes Plynii codices quos uidimus habent.

Capite. 3.

Libræ autem pondus æris imminutum bello punico primo cum impensis res publica non sufficeret cõstitutũq; ut asses sextantario pondere ferirentur: ita quinta parte facta lucri dissolutũ æs alienũ: sextantario pondere uulgo Plynianis exẽplaribus legere est. quid si sic esset: nõ quita pars lucri facta esset. Sed ex sex partibus quinque lucre factæ: nec imminutũ dixisse: sed pene ad nihilum redactum: si quum libralis antea feriretur. duarum unciarum percussus fuisset: uidendum igitur ne uerior sit lectio. Dextantario pondere decem uidelicet uncia: ut duæ sint uncia: in nouo asse lucre factæ.

Eodem capite.

Vt pote quõ sapius Claudius. C. Gracchi familiaris auro repẽsum caput eius excisum ad Opimiũ tulit: hæc inualuit lectio quõ septumuleius pro sapi<sup>9</sup> scribi oporteat: Appianus & Plutarchus sunt auctores.

Ex libro. 34. Capite. 4.

Sed illi cælatas tm̄ dicabant in sacris uictores Celatas tamen nõ celata uera est lectio: græci κελητας equos desultorios uocant. sunt q desultorios equos uocent: quia nudi agitent: & expediti ab habiliq; seforis desultus: alii ut in tranquilli paraphrasi diximus: quia duo equi nudi simul agitarẽtur: ac medio cursu mira celeritate agitantes ipsi: nunc huius nũc illius inuaderent tergum nobis. Manillii & liuii auctoritas stipulatur.

Capite. 6.

ANNOTATIONES

Equeſtrem ſtatuaſi cōtra iouis ſtatoris ædem in ueſtibus ſuperiore domus ualeriæ fuiſſe publice cōſulis filia. Et ſi omnis libraria fides ſtet contra: quia ueritas eſt oculis admota: miror locum nō prius ani maduerſum ab iis: qui ſuam impreſſoribus mercenariam locant operam: quis non uidet publicolæ: conſulis. non publice eſſe legendum: fuit Valeria publicolæ filia quo conſule quo obſes data eſſet porſenæ: ob clarum facinus in obſidibus ſeruandis patratum: equeſtris illi ſtatua: ut Dionyſius & Plutarchus. ſcri bunt: publice eſt decreta.

Capite. 8.

Sequens philoſophus coclites fecitalii cœlites habent: ſed uide ne ſit celetas potius legendum:

Ex libro. 35. Capite. 9.

Sunt in eis exemplaribus nobiles paluſtri accēſſu uillæ ſub collium ſponſione mulieres labentes: tripi dæq; ferentur plurimæ: in oluit ſatis ſuperq; hæc lectio: ſed ex qua nullus redundet ſenſus: nos uetuſti co dicis collatione ſuccollantibus ſponſione mulieribus correximus: ut ſit ſenſus: fuiſſe circa uillam figura tas ſcœminas ſe ſponſione quadam paluſtri traiectu ſuccollantes: quæ geſtandi ratio: tam portantibus: q̄ iis quæ portarentur eſſet formidolofa.

Ex libro. 36. Capite. 16.

Et macedonia conterminat bonatam locatū petentibus dextraſic plariq; codices habent: alii bobnea neutrum tamen mendo caret: Ego boebeida locum legendū crediderim Plynium in theſſalica relatione Fons neſſeis beboeis lacus: eodem auctore correximus apud Lucanū locum in quo boetida pro boebei da fuerat notatum.

Ex libro. 37. Capite. 2.

Licet æſtimare ex multitudine: quæ tanta fuit: ut auferente liberis eius Nerone Domitio theatrū pecu liare tranſtyberim hortis expoſita occuparent: hoc a populo impleri canentes: & dū Pompeianus pludit etiā Neroni ſatis erat: hæc Plyniana habet lectio: Sed eā mēdoſe qdē & corruptæ: ut neq; ordo: neq; ſen ſus ullus lectori conſtare poſſit: Nos uero ita diggerimus: ut canente: ſep canētes legatur. & Pompeianus: pro Pompeianus: ut ſit ordo: Murrini unius fragmenta tā multa fuerunt: ut illa filiis Conſularis uiri: qui id uas poſſederat: Nerone adempta impleuerint eius hortos: ubi ſibi theatrū compararat: quū publice ca uere capiffet: eius rei Tranquillus eſt auctor theatrum dico non paruum: Sed tam amplum: ut ſatis fue rit Neroni: q̄q̄ in ea laude ambitioſiſſimo idipſum impleri a populo ſe canēte quum dico maxime place re cuperet popeiæ amoribus addictus: quod popeiam Nero perdit amarit: prius q̄ uxorem duxerit Tran quillus: & cornelius ſunt auctores. Haſtenus noſtra: Nunc pauca tranſlaticia ſparſim ab aliis obſeruata ſubiiciam: ut Plynium recognoſcentibus non ſit opus ea aliunde quærere.

In tertio Plinii.

Vbi carne erat: Beroaldus Bononiēſis Varronis Liuii & Seruii teſtimonio: potuiſſet & Ciceronē ci tate Carnem emendatius reſpoſuit.

Tabracham pro tachabracam: Iuuenale. Pomponio. & Solino auctoꝝibus.	Libro. 5.	Libro. 7.
Ithiocollam pro iithocollam: Plynio: & Celſo.	Libro.	
Aueis pro habenas: Plutarcho: & Solino.	In eodem.	
Viueris pro interris:	Libro. 10.	
Phalanga pro phalanges: Plynio & Celſo.	Libro. 14.	
Cerretano & cœretano: Mar. Trab. & Columella.	Libro. 18.	
Aes pro aras: Plutarcho.	Libro. 19.	
Hæredium pro ædium: Feſto auctoꝝe: & Columella.	Libro eodem.	
Saccis pro ſuccis: Plynio: Varrone. Oratio.	Libro 25.	
In uenatu pro Venenato.	In eodem.	
Pyram pro Epirum Theophrasto.	Libro eodem.	
Sanguine anatum ponticarum: pro anatum ponticarum. Gellio.	Libro. 28.	
Pityocampes pro phitocampes: Columella. & Diodoro.	Libro. 33.	
Græcoſtaſim pro gratotaſium. Cicerone & Varrone.	In eodem.	
Marcipores & lucipores pro Marſifere: & lociferes.	Libro. 35:	
Pauſiæ pro pauſiani: & Plynio: & Oratio.	Ex Politiani commentariis.	Libro. 28.

Adorare poppoꝝymis conſenſus: pro adorare conſenſus: Ariſtophane: Sophocle: Polluce: Deſippo. Libro. 25.

Pyoetidas pro parotidas: Dioſcoride.

Cicutam eſſe homini uenenum Cicutæ uinum: pro uinum eſſe homini uenenum: ſicuti cicutam: Ply nio: Dioſcoride: Plutarcho auctoꝝibus.

Et hi quidē pauci manipuli Dominice uir Clariffime ex igenti deſertoꝝ numero iſigni ai aduerſione di gni ſunt a me iudicatis: Cæteram multitudinem in qua minus Plyniana offeſa eſſet maieſtas: ſatis habui cum ignauia exprobratione ad ſigna reuocare: ſuper eſt ut de iis uir Clariffime: quos ad tuum tribunal conſtitui boni conſulas: in qua animaduerſionis forma nequit reformides: duorum illuſtrium uirorum in eadē cauſa preiudicia tibi cognoſcenda ſubtexui: Præſtiti ego id libenter: quum ob id quod dixi: tum

ne te

ne te lateret: quid ad hūc diem in pliniana milicia corrigēda profecerit romana lingua nunc sparsim ex non uno auctore paucas admodum obseruationes tibi subiiciam exūt equidē scitu ni fallor satis digna & quod tute facile iudicabis relatu omnibus iucundissimā.

Ex primo Liuii.

Per humane ut solet a me quāsiuit Lodouicus Reginus iuuenis nostratiū litterarum studiosus nec a Musis ut dicitur & Gratiis alienus: qd esset qd Ro. historiae auctor grauissimus Liui<sup>9</sup> eo Libro unde res quiritium scribere est orsus Neptunno solennes cōsualia dixerit appellatos: Cui id ego ī causa fuisse me arbitrari dixi: quia ut Seruius & Plutarchus scribunt aequēstrem Neptūnum eundem & consum ueteres credere & si non mihi excidisset Dionisium nusquā Gentium credere neptunno terrā domitori aram poni consuesse. quum imperte urbis conso genio alioquin ueteri religione dicata ostenderetur: Quib<sup>9</sup> ille uerbis inuere mihi uideret consum a neptunno aequēstri genium fuisse omnino diuersum. Sed neq; temere me illi accederes: idētidem prāfatus Strabonis & Macrobiū testimonium celebrabam quorū hic circa corynthiacum isthmum nobile neptūni templum illi in delo aram fuisse memoriā pdidisset: Nisi aliquis ita occurreret alium neptūnum Marinum esse alium aequēstrē quod Aristophanis carmen signficare uideatur  $\nu\eta\tau\omicron\upsilon\ \pi\omicron\omicron\epsilon\iota\lambda\omega\ \tau\omicron\upsilon\tau\omicron\upsilon\ \tau\omicron\upsilon\ \iota\tau\iota\omicron\upsilon\ \nu$  per neptunnum hunc aequēstrem siue equorum domitorem & rursus  $\tau\omicron\upsilon\ \sigma\alpha\lambda\alpha\iota\kappa\omicron\upsilon\ \pi\omicron\sigma\phi\sigma\omega\iota$ . Marinum neptunnum quo fieri potest ut in Delo & isthmo alterius neptuni: fuerit hic ara: illic templum sic propria uero uideri possint quā Dionisius q̄ quā Seruius & Plutarchus tradidere.

Eodem libro.

Conscēderamus forte Cānaculū domus ego & Marosticanus hospes meus. ut inde Pisauranas aedes magnifico apparatu ex propinquo constructas cōtemplaremur: quum Liuii decadas ea cōnaculi parte quā adibus obuersa est a puero temere relictas ille intuitus confestim arripuit uero hic liuii locus illi p̄ q̄ abstrusus tanq̄ ita euenire noluisse est oblat<sup>9</sup>: uerba ex historiārum primo fuere Intercalares: quū ille de numā Rege interim loqueretur: mensibus interponendis ita dispēsauit ut uicesimo anno ad metam eandem solis unde orsi essent plenis annorum spatii dies cōgruerent: Tum ille ad me conuersus qd sibi fabellice hoc Liuius uelit loco: ut īgenue loquar: haud sane itelligo. tu uero si qd habes: quo scriptū hūc possis exsoluere: fac ne diu desideremus: Tum ego quāris inquā rem hospes minime ut sentio uulgata; & quā si quis quod multi temere faciūt p̄senti acquiescas lectioni: nullo modo lectori constare possit: & enim grāci quos Numa haud dubie imitatus est: octauo quoq; anno tris menses itercalandos cōstituerunt: hoc est nonaginta dies qui ex numero. xi. Dieꝝ & quadrantis octies multiplicato superabant: nam quū annū illi ex. xii. Lunæ cursibus statuendum putassent: Superessentq; ad solstitialē annū: Dies. xi. & sex horā quarta. s. diei. pars eū dierum numerum octauo quoq; ut dixi anno placuit itercalari: quare grācos numā imitatus uideri: nō pōt. Quin illud uide potius: qd subtilissima Macrobius disertatione demōstrat: ne nō uicesimo liuius scripserit: Sed uicesimo quarto quoq; anno idq; ex numā constitutione comparatum: nam quū ad eum numerum dieꝝ quem ad lunā cursum grāci constituerant: erant enim treccēti. Liuiorū in impari numeri diem numā adieciſſet: Romani simpliciter grācorū itercalationē secuti ob diē unū cuius obliuī erāt nō ea quā & grācis cōstare potuit itercallandi rō quo postea errore cognito: Numa ne adhuc regnante parum compertum habeo: satis constat huiusmodi emendationē in ductā ut in tertio quoq; octēnio. i. quarto & uicesimo quoq; anno nō nonaginta: Sed sex & sexaginta dies intercalarent: Siquidē nonagerium numerū explebant quattuor illi & .xx. dies q̄ quot annus singuli ī honorē impari numeri adieciēbant & enī ille dies ut dixi neq; lunari rōni ascribi potuit: neq; grācorū itercalationi erat infertus Sed Superuacuu nec intellectus aliquādin romani fluxerat: erit igitur ni fallor uera liuii emendataq; lectio uicesimo quarto anno nec obstat quod liuius itercalatiōis illius numā auctorem dixerit: Quum macrobius emēdatione illam quādam fuisse inuauit: Siquidem talis itercalādi ratio ab eo profecta est: sed siue numā siue alii postea emendarint iure id totū auctori referas acceptū.

Eodem libro.

Inter celebres & illustres familias quā ex diruta Alba tullii hostilii regis temporibus romam cōmigrarunt apud liuium tullios relatos reperio. Dionisius in earum relatione nō tullios: sed iulios memorat cuius lectio eo mihi uerior uidetur quo magis constat iuliam gentem tulliam longa alba fuisse oriundā.

Eodem libro.

Tullius inquit liuius ad Feroniā fanum mercatu frequēti negotiatores romanos cōprāhēſos a fabinis querebat: Quibus liuii uerbis haud dubie apparet in fabinorū potestate feroniā fanum ea tempeſtate fuisse: nec defunt q̄ scribāt circa ſoracte mōtem & urbem feroniā & deā templū religiosissimū fuisse: ipsamq; a ferendis arborib<sup>9</sup> ita appellatā: Sed Dionisius in latio haud procul circeis in Pometinis cāpis feroniā tēplum a spartani cōditū tradidit: nomenq; datum genio ab æquorea latione Maroq; uetustaris peritissimus circeiq; iugum: Quis Iuppiter anxuris aruis præsideret: & uiridi gaudens feronia luco. uide igitur ne utrobique deā templū fuisse dicendum sit cui opinioni si quis grauate accedat perbelle fateatur necesse est alteram opinionem esse falsam: accedit & his tertia quādam quod ptolemeus iter lucam & pistoria feroniā lucum: in hetruria retulit de quo nunc loco an itelligi possit uiderint alii.

Eodem libro

Videbam ex liuianæ historiae studiosis sollicitè quosdã requirere quæ esset Murtia dea ad cuius aedem priscis latinis Romã traductis sedes ab Anco rege datas liuius tradidisset: Horum curiosæ indagini Plyniã opitulatum auctoritas: Ara inquit ille fuit ueneris Myrtæ nunc Murtiã uocant: quibus uerbis nemo non plane colligit: ea appellatione quæ a myrto facta esset uenerem in parte urbis quãdoq; cultam sed res omnino notior q̄ ut de ea proluxior habeatur sermo idcirco quæ de murtia alii tradidere cõsulto missa fecimus.

Eodem libro.

Inoleuit incuria magis q̄ inscitia mēdū ut Aruns tarquinius legatur & tullia minor prope continuis funeribus quum domos uacuas nouo matrimōio fecissent: quæ lectio si uera eslet & fratrum & sororum minores natu periisse oporteret: Vir. f. & uxor siquidem aruns qd̄ liuius haud obscure demonstrat. l. Tarquinio fratre minor natu fuit cui & iuniorem Tulliam matrimonio locatam credere æquum est: q̄q̄ eiusdem uerba id perspicue demonstrant. Si uir igitur cū coniuge extinctus esset haud quã nouo opus fuisset connubio uerum sic habet ut maior tullia & Aruns tarquiniorum fratrum minor: paucis diebus uita decesserint: quorum interitu sceleratæ sunt postea superstitionibus nuptiæ conciliatæ maior igitur tullia non minor ut omnia quæ uidimus habent exemplaria uera emaculataq; erit lectio.

Eodem libro.

Dionisius qd̄ ad præsentem locum attinet ualide eorū refutat opinionē qui. l. & Arutē tarq̄nios prisci fuisse tarquini filios p̄didere: in his est & liuius romanos secutus scriptores: Sed dionisius nō auctoritate solum uerum a coniecturis & rōne nititur q̄q̄ huiusmodi historiae uariationes plurifariã apud ueteres est obseruare: cuius & genus & enim pauca subiiciã: dici potest qd̄ de tartheso longe diuersa rōne Plynus & strabo scripserunt: sub corona uenire aliter festus aliter Gellius: Dionisius currit Romulū triumphasse. p̄didit Plutarchus pedibus: de muliebri saltatione diuersa Seruius & Macrobius senserunt: Apianus calphurniam cæsaris a cladio adulteratam: tanaquilli Pompeiã dixit tanaquil Prisci tarquini uxora liuius & aliis traditur Anci Martii a ualerio: liuius ob cannensem cladem cereris sacrum intermissum tradidit: Valerius ait ne intermitteretur ante tricesimum diem omnem lustū publico decreto abstersum: mitto reliqua quæ si numero exequeremur maius ex ea re tedium q̄ gratia scribenti oriretur.

Eodem libro.

Itaq; Pontinæ manubiæ quæ perducendo ad culmē operi destinatæ erant: sic omnia quæ uidimus: liuii habent exemplaria sed locorum situm librarii secuti particulam deprauarunt: nã & pōtina palus eo latii tracto est: unde manubiæ quæ sitæ uerum pometinæ liuium scripsisse uel ex eo admoneri potuerūt quod proximo ille loco dixerat suessam pometiam ex his ui cœpit ubi quum diuideda' præda. xl. talēta argenti auriq; cœpisset: cœcepit animo eam amplitudinem iouis templi. mitto reliqua Dionisius & ipse suessam pometram appellatam scribit a pometia pometinum duci non pontinum uel triualibus imbuti litteris intelligunt.

Libro. ii.

Monebant consulem hæc sed tergiuersari res cogebat adeo i alterã causam nō colega solum præceperat sed omnis factio nobiliū frigide nimis ac nescio qd̄ diuersū ab eo de quo iteri agebat dixisset liuius si credibile est ita eum scriptum reliquisset: admonendus proinde lector uideat ne præceps erat aut qd̄ magis placet præceps uerat liuius potius scripserit: quas duas particulas in unam uerterit librorum inscitia.

Eodem libro.

Tito iquit latino de plæbe homini somnium fuit: Plutarchus Dionisius & ualerius in relatione nominis liuius astipulantur: lactantius tiberium atinium fuisse tradit. Sed in eo haud magnū uertitur discrimen: illud interim haud retinendum duxi ludos quos liuius inibi magnos appellauit: ualerius nunc circenses nunc plæbeios uocat: lactantius & ipse circenses fuisse ait uñ colligit circenses plæbeios & magnos eosdem fuisse: Peditanus post exactos reges pro libertate plæbis ne reconciliatione istitutos tradidit Dionisius significare mihi uidetur circenses fuisse eos quos Romulus in sabinarū assimulauit raptus: adicio illud quod ad loci emendationem attinet acronio uel ut alii aiunt atronio patri familiæ nomen fuisse q̄ seruum sub furca ludorum die ceciderat.

Eodem libro.

Est in plærisq; rerū scriptoribus quædã obseruare: quæ inter se oïno sint cõtraria maximeq; repugnare uideatur. quale est illud ut uno cõtēti simus loco apud liuium: Ad duo inquit bella exercitus scribitur ducendus: Fabio in ueientes in equos spurio datur: in equis nihil dignū memoria gestum est: Fabio aliquanto plus negocii cum ciuib; q̄ cum hostibus fuit: quibus perspicue uerbis potest intelligi: Fabium in ueientes contendisse proditūq; a suis in acie: uerum non multo post consensu ait exercitus tradita; uiro uictoriã uictis equis. Signa deserta: imperatorē in acie relictū & rursus nec ueiens hostis Hetruscæq; legiones detrectant: prope certa spes erat nō magis secum pugnatuos q̄ pugnauerint cū equis: ecquid magis repugnans dici potuit q̄ fabio ueientes puinciam datam scribere cui maius fuerit cum ciuib; negociū q̄ cū hostiæ: & in equis nihil memoria dignum actū: & mox paulo & in publico concilio & in prociñctu hetruscum proclamare in equis rem romana a militibus propitam: quid præter memoriæ lapsus possit excusare si liuius citatus adsit habebit ut opinor nihil: alii ubi i utrãq; partem recte omnia rimati fuerint boni consulant liuiumq; si possunt a calūnia uindictent.

id plubicum



## Eodem libro.

Id publicum consilium fuerit: an muliebris timor: parum inuenio. Hæc Liuius at Dionysius Valeriam publicolæ sororem auctorem eius consilii fuisse monstrat: Plutarchus ad hæc non uolumniam: quæ ad narrationem illam de qua nuper diximus attinet: Sed uergilium tradidit coriolani coniugem appellatam.

## Eodem libro.

Consules inde Posthumius albus. Sp. furius fufios furios fabios scripsere: Sic ille: si Liuium credibile est scripsisse ea quæ ne ipse quidem si ad superos reuocari possit ualeat interpretari: sed uideat lector: nã coniectura sæpe agimus ne emendatio uerior: sit lectio. Posthumius albinus spurius furius seu fufios: mus ut Dionysius ait fuit scriptor cui sane opinioni Fabii Quintiliani uerba aliquid omnino fidei adiu- ciunt ualesii inquit & fufii in ualerios furiosq; uenerunt in fabiis eam mutationem factã nec ille nec quæ seiam alius prodidit quisquam.

## Eodem libro.

Age uero quod illud inde ait ad multitudinem oratione cõuersa si uos urbisq; si uestri nulla cura tangit. At uos ueremini deos: nemo est lectionis structuræq; latinæ tam imperitus & expers: qui non ultro intelligat illud: si uos urbisq; si uestri nulla cura tangit parum emendate lectitari. quis eni locus post ut bis coniunctiue dari possit particulæ haud sane perspicio: quum neq; ordo id pati uideatur neq; sensus: uidebunt itaq; alii an recte aliquis: dixerit Liuium si uos urbis quirites si uestri nulla cura tangit scripsisse potiusquam urbisq; sed siue incitia siue incuria qui: quir. paucioribus elementis dictionem notatam offenderant: quæ pro quirites fecerunt: erroreq; semet recepto mendum Liuianis exemplaribus tenacius hæsisse credere æquum est.

## Ex libro primo.

Sunt uelut minores in alto scopuli qui eo nauigantibus habentur infestiores: quo & minus puideri possunt: sic & offensacula haud parum crebra: similitudine quadam uerborum Liuiana lectione latitantia: pro sinceris & emaculatis recepta: incautius currentem tam sæpe q̃ turpiter fallunt: ut illud in primo ab urbe condita. Lex erat inquit horrendi criminis dum uiri perduellionem iudicentia dum uiris pro- uocari pronocatione certato si uincant caput obnubito infelici arbori recte suspendito uerum carminis non criminis Liuium scripsisse quum pleraq; alia tum imprimis Ciceronis uerba plane arguunt: Tar- quinii inquit superbissimi atq; crudelissimi Regis ista sunt cruciatus carmina caput obnubito infelici ar- bori suspendito mitto reliqua.

## Eodem libro.

Obscure nimis ne frigide dicam Liuius locum in primo perstrinxit in quem si quis pendiculantibus ut dicitur oculis incidat aut hallucinabundus inibi hæreat oportet: aut manifesta ignorationis confessio- ne uictus ab eat: In censu enim quem Seruius tullus egit referendo cum suffragiorum explicaret ratio- nem non inquit ut ab Romulo traditum ceteri seruauerunt Reges uiritim suffragium eadẽ ui codẽq; iure promiscue omnibus datum: Sed gradus facti ut neq; exclusus quisquam suffragio uideretur: & uis omnis penes primores ciuitatis esse: Equites enim uocabantur primi: octoginta inde primæ classis cen- turia: peditum uocabantur: ibi si uariaret quod raro incidebat ut secundæ classis uocarent nec fere nunq̃ infra. ita descenderent ut ad infirmos peruenirẽt ex quibus uerbis quæ suffragiorum esset ratio haud in- telligi potest etenim demonstrari oportuit qua ratione comparatus esset ut suffragium primæ classis ita polleret ut si nihil in illis uariaretur non esset opus ad reliquos ordines peruenire. At centum nonagita- tres centuriæ ut Dionysius demonstrat Iuniorum seniorumq; tamen scriptæ sunt quo apparet octogin- ta centurias non potuisse id præstare quum centuriarum dimidium non expleret: non modo superaret: nec si centuriarum numerus aliquanto minor fuerit ut Liuius placere uideo id accidere potuisset. Sed cer- te sic habet ut ex Dionysii lectione discitur a scripserat Tullus decem & octo equitum centurias pri- mæ classi copulauit dico illorum suffragia: ita ut octo & nouagita essent centuriæ in primo ordine qui- bus si inferendo suffragio conuenisset: quia supra dimidium suffragiorum contineret non erat opus ad inferiores classes deuenire: hæc eadem Liuius sed concise ut dixi & obscure nimis.

## Libro secundo.

Ne quæso grauentur docti aliqua his obseruationibus a nobis conspargi quorum paulo prouectio- res ne admoneri quidem uelint: nam ut in missilibus spargẽdis nulla principis largitio populo grata eẽ potuit si in orchestram aut intra equestria tantum non in popularia Cõcidissent. Sic litteratorum uul- gus in me reclamabit ex hac nostra lucubratione ad se nihil peruenisse: nec dubitabit in ambitionis suspi- tionem nostrum deuocare officium quasi peritioribus ostentare id sit non in mediũ scribere. Quanq̃ certo scio non defuturos ut delicato sunt pleriq; stomacho qui hæc in publicum proiecta indigna iudi- cent: quæ non modo non digniores ordines sed ne ipsum quidem cupiat uulgus colligere: adeo i locan- do magis quam parando nobis laborandum fuit officio: At sint rutrabilia hæc: Marræ: sarcula & alia id genus uiliora pandant ad eorum casum pagani & rupices sinum uideantq; num emendata sit lectio apud Liuium tulit ad populũ ut Plæbei magistratus tribunitis comitiis fierent an uerius tributis co-

mitiis pro tribunitiis sit legendum:& mox paulo insignem annum comitia tribunitia efficiunt pro tribu-  
ta Lelius felix Gellio auctore tria comitorum genera fuisse tradidit curiata quum ex generibus omniū  
suffragium ferretur:Centuriata quum ex censu & ætate:quum uero ex regionibus & locis tributa: quib⁹  
Lælii uerbis utra sit emendacior lectio facile est legentibus iudicare.

Eodem libro.

Est eodem libro ita scriptum hos ignominiosa fuga domum se recipientes.Ro.Consul in algiolo cō  
secutus ad unum omnes occidit:Victor ad columē id loco nomē est exercitu relicto castra locat ubi ne-  
mo nō intelligit relicto nullo modo incolumi sensu stare posse.Quare uidebunt alii ne reducto:aut qđ  
æque placet reliquo sit potius legendum.

Ex libro.xxi.

Vellem ego librariorum incitiam ueternosumq; illud hominū genus quod nostram proxime æta-  
tem præcessit:ut post flebilem iacturam illam quā Gothica tempestate latina lingua in Liuiana fecerat  
historia:fragmenta hæc teterrimi illius naufragii posteris incorrupta tradidisse:nihil sane iniuria illa ue-  
tus nobis reliquum fecit quod non hominum socordia uitiarit:ut nullibi fere sit Liuianam altius rimari  
historiam ubi non domestica iniuria sua altius impresserit uestigia:sed quo in primis illis uoluminibus:  
quia omnia ibi magis ab hominū memoria remota:maior errori uenia dari potuit:eo hæc quæ subii-  
ciam acerbiorē accusatiōe digna : lapsus in lubrico & in obscuro hallucinatio haud tam turpis q̄ in pla-  
no & aperto.En quis in nobilissima maximeq; celebri historiae parte crederet:tam multa inuersa:lacera:  
mutilata legentibus occurrura:ut non dubitem in uniuersum opus affirmare nullum esse in tam spatio  
sis uoluminibus folium:in quo non unum atq; alterum sit acrius intuentibus mendam deprehendere:  
etenim quis est tam ueteris historiae expertus:qui quum in secūdi belli punici primo legerit quatuor & ui-  
ginti peditum Romanum millia sunt scripta & octingenta equites : non intelligat legitimum equitum  
num legionibus non esse redditum quum ea potissimum tempestate terna millia peditum legionē ex-  
plerent:perspicue apparet habuisse eum delectum sex legiones quibus singulis quia ducenti ut Polibius  
scribit equites ascriberentur necessum est fateri ita Liuium aliter scriptum reliquisse:cui opinioni præter  
rationem Palybii quoq; ut dixi astipulatur auctoritas.

Eodem libro.

Quod inscite somniculoseq; illi locum cuius modo memini uitiarunt tam certe segniter nec minus  
hunc quem proxime subiiciam quadringentos inquit quinquaginta sociorum peditum pro quattuor-  
decim millia & continuo post mille equites socios pro mille & quingentos quinquaginta equites eadē  
ratio & auctoritas præsentem locum ab iniuria uindicant.

Eodem Libro.

Receptum semel proximo loco uirum tam tenaciter hæsit ut uulgo liuiana habeant exemplaria illa  
dumtaxat dico quæ ad hūc diem uidere contingit lybii phenices duabus diuissim dictionibus pro lybo  
phenices tam polybii auctoritas q̄ Liuii uerba quæ sequuntur licet ærupta id arguunt lybii phœnices in-  
quit mixtum punicum afris genus.

Eodem libro.

Vbi uerborum affinitas librariorum uulgus semel in errorem traxit ita ferme euenire solet ut mēda-  
cii uestigium tenacis impressum facilis eruditorum non reformidet sequela:est apud eundem Hannonē  
Amilcharis.Filium uigilia prima noctis cum parte copiarum maxime hispanis aduerso fluuio ire iter  
unius diei iubet.Sed Hāno Amilcharis filius qui idem erat & Hānibalis frater quod paulo solerriorem  
potuit lectorem mendacii admonere in Hispania fuerat ab Hannibale fratre relictus:At Bomilcharis fi-  
lius non amilcharis scripsit Liuius quod Polibii lectio quem ille in historia sequitur haud obscure de-  
monstrat.

Eodem libro.

Cælius inquit per cremonis iugum dicit transisse:hæc Liuius : si ea Liuius scripsit uerum quia id iugi  
nomen apud eos qui de ratione terræ scriptum reliquere non reperio:suspicari libet cētronis esse poti⁹  
legendum:Strabo uia inquit per salassos ad montes bifariam scinditur:una quidem potamum:sic enim  
dicitur:ducit per alpium sūmitates iumentis inaccessibiles altera per centrones prolixior:sed id ego in  
medio relinquo:alii fortassis siue in aperto sit ueritas siue in profundo ut Democritus credidit demersa  
melius uiderint.

Eodem libro.

Iunioiq; hospitæ Lauinii maioribus hostiis sacrificaretur semel atq; iterum dixi uocum affinitatem  
præter cætera librariorum temeritatem per æqua & iniqua præcipitem egisse:sed quum in plerisque di-  
gni quodammodo sint uenia:hoc quidem loco proculdubio dignissimi sunt habendi:quæ enim uox tā  
arcte uoci cohesit unquam:q̄ lanuuium lauiniū haud igitur mirum si quum Liuius lanuuii scriptum reli-  
quisset:notioris similitudine uocis decepti illi Lauinii fuerint:quod autem Lanuuii ille scripserit Cicero  
præclare docet:Date inquit lanuuiio municipio honestissimū:quod in hac tota causa frequens mœstum  
q; uidistis nolite a sacris patriis Iunonis hospitæ cui omnes consules facere necesse est domesticum & su-  
um consulem potissimum auellere:quibus Ciceronis uerbis haud dubie appet quæ in hac parte sit emē-  
data

data lectio.

Eodem libro.

Age nunc quam prona res fuit in lapsum ita Liuium uitari contigisse: ut insuper pro insuper mendose sit in eo receptum: Donec inquit insuper eques ducario nomen erat faciemque noscitant consul hic est inquit popularibus suis qui legiones nostras cecidit quod Liuius insuper scripserit Polybii arguit auctoris is in historicis tradidit. C. Flaminium qui ad Transimenum perijt priore cōsulatu insubrum legiones ad abduam flumen cecidisse eorum agro prius fœde populato: Era; ego adhuc locos per paucos ex primo alteroque Macedonici belli pari exemplo in apertum relaturus: ut ex iis quæ in frontibus totius summæ mendosa occurrerent facili coniectura lector indispiceretur quid in recessu partium spei superesset: sed nostri polliciti memores: ut desultoria commētatione alterius centuriæ dimidium expleremus a Liuianæ lectionis assertione digressus quæ si tota ab iniuria uindicananda sit nō centuriæ sed plenissime scribendæ essent cohortes ex aliis carptim pauca subiiciam.

Ex primo Valerii.

Est leue omnino offensaculum: sed quia in ipso pene Vestibulo Valerii hystoriam aduentibus occurat indignum duxit non admonere lectorem ne eos sequeretur qui quum ad præclarum aliquod ædificium interius spectandum admittuntur dum per aurum & eburuagos oculos cæco sequuntur gressu quæ quid humi disiectum sit cespitabundi offendit: Tam inquit ille meherculæ q̄. Qu. Lemini legati Scipionis at Liuius haud uno loco illum Pleminium non Leminium appellat & rursus Tarquinius rex ait. M. Tullium duumuirum quod librum secreta ciuiliū fatorum continentem custodiæ suæ cōmissum corruptus Petronio Sabino scribendum dedisset. Dionysius. M. Atylium eum non Tullium appellatū scribit: sed uter uerius nomen reddiderit alii uiderint.

Eodem libro.

Si sincera est & emaculata Ciceronis lectio Lanuuiique fuit Iunonis sospitæ templum cui omnes cōsules facere patrio instituto oporteret mendum apud Valerium inoleuit nihil ab eo diuersum quod Liuianis exemplaribus non multo antea a uitio uindicauimus. C. inquit Hostilius Mancurus uesana perseuerantia subsequitur cui consuli in hispaniam ituro hæc prodigia acciderūt. Quum lauini sacrificium face-re uellet: pulli cauea emissi in proximam syluam fugerunt: si cōsulum fuit Iunoni sospite facere: quis est tam a uero alienus qui inficiari audeat lanuuii legi oportere ubi Iunonem sospitam Cicerōis testimonio a consulibus constet propitiari solitam.

Libro secundo.

Habitabat in uilla sua prope uicinum sabinae regionis fretum in nullum adhuc Valerii exemplarium incidimus quod nō fretum haberet: sed quo pacto id fieri possit ut sabini agri uilla uicina esset fretum quū sabina tota mediterranea sit qui uitiose locum hūc legere perseuerarunt ipsi si possunt dicant ego quod ex Strabone & Liuiō didici haud cunctanter affirmare possum Eretum non fretum sabinae regionis celebrem fuisse locum Tyberi proximum: de quo haud dubiæ uidetur mihi Valerius scribere intendant igitur illi animum: uideantque ne quod diligentissimus auctor Eretum scripsit recētorum inscitia: uno dumtaxat elemento inuerso: Eretum ut cæcum esset multis offensaculum fecerit.

Placuit erratica ut dixi salariaque hac potius quæ stataria annotandi ratione uti erit fortasse si nō ut Plinia na conducibilis at relatu ut spero nihilo iniucundior nulla enim ut uideo lectio minus est lectori ifesta quā quæ aut rerum sit aut uerborum uarietate referta. Sed quid magis aut uariū aut diuersum uideri possit quam Pollucis cæstibus repente abiectis Cyllari tergum insilire: aut quid minus expectatū quæ ex aper-tis historiæ campis i poeticos saltus memorosaque uatum cacumina sollicitæ huius indaginis impetū cōuertere offeruntque se mihi epicā molem subeūti duo uelut amphractus cōtinuis pene locis Lucani phar-salidos sexto librorum credo inscitia parum animaduersi: mihi nāque euneos pro euenus uulgo legere est. Citharedusque pro Titharoesus alterutrum quidem mundum uel mediocriter geographiæ peritus ne admonitus quidem per se facile depræhendat.

Libro. 7.

Haud multum ab his diuersum illud in septimo: re per osseam rapidius boetida sanguis: uerum nisi Strabonis lectio mendosa esset bocheida potius legendum dixerim. Sed pliniana uox sincerior quæ secutus boebeida Anneum Lucanum non boetida aut bocheida scripsisse contenderim.

Libro. 10.

Lanigeræ placidis compellat actorea dictis: O factis deuote senex: sic haud aliter habent oīa lucani exemplaria quæ ad hunc diem uidimus. Sed tu uide ne linigerum sit potius legēdū ægyptiaci ut Plynus scribit sacerdotes lineis utebantur uestibus. Ouidius quoque: Nec fuge linigeræ memphitica turba iuuençæ: ritus enim ille sacroque ex ægypto translatus fuit. Maro: linigeri fugiunt calui sistrataque turba: p̄tereo Herodoti & aliore testimonia quæ sponte huic inhærent opinioni.

Velles Papinium statum tate dextro genio Thebas fortissimūque Achillem quæ syluas decatasset si nō minus nomen maiorem certe gratiā inde haud dubie reportasset: nulli unquam quod sciam poetæ magis proprium fuit subito cæstro incallescere ac ubi icaluisset fortius foeliciusque debacchari: ut quātūcūque Phœrbū hauserit ac nescio. an etiam maiorem eodem calore confestim reddat. Sed cōsiliū in materiæ delectu

defuit cuperes dixi omnem eius operam in syluis locatam. nihil est illis amabilius floridius: magisq; poeticum: sed quo lectio ea plus genii est sortita ex eo maiore est studio ab omni iniuria vindicanda: quæ non defuit qui propemodum effecerit non multum in illis desideremus: sed quia & ipse homo haud sane uidit omnia quale est illud sub primæ syluæ exitum. Optassetq; nouo similem te ponere templo. Atticus olei senior iouis & tua mittis. Ora tonans tua sydereas mutantia flammæ. lumina contempto mallet rhodos aspera phœbo. ubi si mitis tonas legas præterquam quod frigide nimis dictum uideri possit parum recta similitudine usus esset poeta ab phidia ad iouem & ab eo rursus ad rhodum transgressus: quare uide ne Tara sit non tonans legendum: ut conditoris nomen sit inibi pro Tarento positum: ubi Lysippus Plinio auctore colossum. lx. cubitorum ingeniose fabricatus est: quæ sane opinio eo uidetur uero prior: quia statim & rhodum subiecit: quæ & ipsa phœbi est colosso nobilitata.

Libro primo.

Iam nunc cibelesia mouit limina & euboicæ carmen legit ille sibyllæ: scio ego quid de Megalesiacis ludis alii suspicentur quos præter stella instruxerit: nec quid Cicero de loco & ratione tradat ignoramus. sed uix Papinius aut poetarum quispiam tantum poeticæ figurationi indulgit: ut quum instructos dicere uoluisset ludos: reclusa deæ limina dixisset quum aditum id sit non prætoris. uerum uidendum est ne cibelesia sit flumina potiusquã limina legendum. etenim in Almone fluuio ex sibyllinorum librorum responsis cibeles numen placabatur quod significanter Lucanus duobus uisus est carminibus exprimere. Et qui fata deum diuinæq; carmina seruant. Et loram paruo reuocant Almone cibelem: nisi quis sensum distinguat hocq; ad gallos: illud ad eos qui sibyllinis præerant libris potius referat.

Eodem libro.

Quod in templa darent alias Tyrinthia sortes. Et prænestinæ poterant migrasse sorores. Quod Herculis templum tyburi esset: multorum declarant testimonia: sed quod inibi darètur respósa nisi sum memoria lapsus adhuc non repperi: uideat proinde lector: ne ad Sibyllam: quæ albunæ nomine ut Varro tradidit. Tyberi culta est: id totum referatur. Sed hoc ipsum ut plæraq; alia in medio relinquo: coniectura enim hæc est non ratio.

Libro tertio.

Illud si uacat æquiore suspèdant lance Papiniani carminis studiosi uera ne sit omnino lectio in tertio syluarum merito surrexit in arcus. Nondum stelligerum senior demissus ad axem. Claudius an longe uerior sit in Arctos & non in arcus: ut ad expeditionem illius britanicam poeta alluisse uideatur: nec quia merito dixit aliquo modo obstat: quo minus in eum sensum accipias quum ad nepotis meritum id haud inapte referatur.

Eodem libro.

Quid illud: nonne reclamante syllabæ natura: conuitiumq; lectori identidem faciente: in eadem receptum est sylua: ut ita carmen legatur. Rubentesq; rhosæ primos moriuntur ad austrum. Ergo quando libraria fide laboramus Rumpentes libentius legerim: id est tum primum florere incipientes: sed hic aliquis quin magis seria scribis ast ego uulgo Papinianis codicibus sic reperio parum mehercule ciuilitè agitur qui id superuacuum putet: quod pluribus sine controuersia sit profuturum.

Eodem libro.

Et festinantia: sistens fata salutifero mitis deus incubat argui: quærebamus cur anguem salutiferum Papinius appellasset: nec interim ignati eramus eorum quæ ab aliis in eum locum traderentur. At succurrebat illud quod apud Aristophanem legere est: qui ait anguem in Æsculapii templo nocturnis horis lambendo curare solitum ægrotos: ut ad anguis officium alludens potiusq; quod sub salutiferi pedibus esset dei: aut quia sub simulacro salutis figurari consueffet salutiferum poeta dixerit.

Libro primo.

Reuocant me iam longe progressum ad loci disquisitionem qui in primo est uolumine: nocturne ad Æsculapii ædem curationes quo sane tempore sæculares ludi & ipsi spectari cõsuevere: estq; Papinii carmen: Nec tantum induerit fati noua sæcula lustris. Aut instantati peccauerit ara terenti: ubi miror fuisse qui ad deos manes: alterius carminis sensum referendum putarent: & non ad sæculares ludos potius: quum non solũ prioris carminis intellectus unde alterius ratio pendet. Sed Martialis quos illud veri sensus lectorem admonere possit urbanissimi poetæ carmen subieci. Te colat albano redeuntia sæcula lustris. Et quæ romuleus sacra terentus habet: quare uide ne annum summa alioquin religione præditum: sæcularibusq; ludis insignè Rutilii morte faneffari uetet. Papinius potiusq; a diis manibus illius caput seruari.

Libro secundo.

Quiq; refert ingès iterata uocabula perdix: quod Perdix effinixerit unq; humanã uocem: nullus quod sciam in historia tradidit: an satis apte Cornix legi possit alii uiderint illud qd' ad præsentem opinionem attinet affirmare possum Pliniũ auctore esse cornicem sua tēpestate hoc potissimum nomine in delitiis habitam.

Ex Catullo.

Subtextam nunc ex lepidissimi Catulli carmine q̄ paucissima: nec ipsa ut aperte dicam magni admodum momenti: quando ad hunc diem non defuerunt qui sedula in uetustissimum poetam opera consecuti sint:

cuti sint: ut non adeo multa in eo desiderarentur: atque ex illis ipsis quædam quæ cōsulto præterita uideri possint: sed sint illa quantumlibet leuia: quia ad lectionis emendationem attinent: pro appendice alteri certuræ adiciam: eritque hoc ipsum admonere lectorem non docere: etenim quæ in coniectura posita sunt: sciebam non temere recipi solere: nemo enim non libentius si opinione certadum sit suo & si minus sit probabile quæ alterius optimo acquiescit iudicio. Sed qui in hæc inciderint boni consulant: nunc uideat lector an præter celebres aliorum opiniones in frõte operis Patroa uirgo Diana intelligi possit: cui & Apollini sæculare carmen decantari solitum satis superque constat: ut sit Patroa dicta quasi patris nomen habes: est enim Diana quasi iouiana. Sed hoc ipsum ita probo ut eam nõ omnino eorum repudiem opinionem qui & patronam legi posse contendunt ut ad Mineruam uideatur allusum quæ Cicero in ea oratione quæ ad pontificem habuit custodem urbis appellat: ut operis æternitatem deæ Catullus cõmendat quæ etiã urbis & ingeniorum patrona crederetur: sed ut hoc in ambiguo est ita illud affirmare non dubitarem pagæ accurate a plerisque coniunctim legi proximum epigramma cum eo quod tutius est summæ principium Lugete o iuuenes quod & materia utraq; ab altera diuersa: & suum in utriusque calce acumen altius intuentibus demonstrat.

Mirabar que tanta librariorum fuisset incuria: immo quæ pitorum seu ignauia seu negligentia: quod locum insignem passi essent contra metri rationem diutius uersiculis illis hæere quos in phaselum suam lepidissimus poeta edidit. Nouissem enim uulgo in his notatum: uideo: sed uideant alii annouissime apertius legi possit: cui sane lectioni neque sensus neque syllabæ repugnat natura.

Legitur ad hæc in endecasyllabo: qui in præcissimum Varii scortum perque lepide scribitur lectica hominis: sed ut hominum legatur desiderat metri ratio: & in eodem carmine Cinna est grauis ubi pro grauis carminis lege compulsus Caius libes reposueram: quod & fidei minus profligatae codices quædam habent.

Quid illud: num metricæ rationis gnarus quispiam in saphico illo endecasyllabo ad Turium & Aurelium tam leuiter librariæ fidei accesserit: ut seu saccas legat sagittiferosque parthos: quemadmodum omnia habent Catulli exemplaria an potius illud sequetur: seu saccas partosque feros sagittis. Sed uideo illud obiici posse quod nõ multo post ait subiicit pari ut uidetur licetia pauca nunciare mee puellæ ubi an nunc aite pro dicite reponi posset lectorem admonendum duxi: ut ab ai modo impatiuo ueteri forma dictum suspicetur aliquis: & ad caluum nõ multo post: Cur me tot malis perdes poetis ubi syllabe natura cõmoti male ut uerius ita libentius repositum iri uelim ut sit uera & emendata lectio: cur me tot male perdes poetis.

Transeo quod ad Thallum scribens: quum diua inquit mulier aues ostendit oscitantes: ubi eadem ratione aliquis adductus citius mater quæ mulier legat & ut citius ita fortasse rectius ales quæ aues ut sit sensus postquam alcyon diua ales mater pullos habens ostendit oscitantes filios iam pene adultos: sic alcionios præterisse dies periphrafticos innuat.

Sed ut illa quæ proximo loco dixi: in medio relinquuntur: num tam secure & ociose aliquis Catulli carmen adierit: ut amariore calices arbitretur uetustissimum poetam a pincerna sibi misceri in resoluta uoluptate patierit: quasi amarum pro suauis: aut fumoso metri necessitate coactus sit scribere. Ego quia neque Flaccum Oratium: neque Martialem: aut alium quempiam urbanorum eiusmodi usurpatione usum reperio: aut inepte ut mihi uideor ausim meratiore inibi pro amariore reponere: tum quia uocis ratio est frequentior apud illos quorum modo memini: tum etiam ob ea quæ e uestigio subiiciuntur ad uos quolibet hinc habite lymphæ uini pernicies: cæterum id quoque admonere sit: non legem cuique scriberes intergram erit per me omnibus utrumlibet tenete.

Vix tamen illud quod proximo capite in communem locum conieci tam a poetæ sensu iudicari potuit diuersum: quæ hoc quod dicam: ab eiusdem lepore & genio alienum. Est in famoso carmine quod ille in Cæsarem scripsit ita uulgo uersiculus notatus ut ista uestra diffutura mætula: quum nihil minus false & ut sic dicam eleganter dici potuisset: quæ si ad unum Cæsarem scribens ista uestra pro tua dixisset: uide igitur ne ille nescia potius quasi edax scriptum reliquerit & illud παραίτεσ εοσ uim habuerit uideri eodem loco duo epigrammata simili figura & in unius inuidiam profecta librariore inscitia in unum cõualuisse.

Liquisset campos & uidere te in tuo sic in trimetro iambico ad sermonem uersiculum scriptum reperio: cui ni fallor lectioni syllabæ ratio & sensus repugnant uel certe alterum: quare ne grauetur lector ad uertere: an in tutu sit potius dicendum: ut eadem qua & obtutu forma enunciandum intelligas.

Habet & Dianam sæculare carmen hos uersus quam mater prope Deliam deposuit oliuam: in qua historia representanda duo grauissimi ut uideo a quibusdam cõmittuntur auctores uelut eorum alter in re tradenda sit ridicule allucinatus. sed uideant illi præter alia non pauca quæ satis argute in medium cõtu lereme Delia oliua de qua lepidissimus poeta loquitur sit alibi quæ in delo aut ionia Plutarchus in pelopida auctor est haud procul orchomeno pro tigris profunda ualle fluere Melonem amnem: cuius unde ad radices montis frangantur: qui delos cognominetur: esseque proximum fluuiio templum Apollinis: quod medicis temporibus adhuc uaticiniis floreret: ultra templum duos esse fontes: quorum alterum usque ad sua tempora palmam alteram oliuam dicerent: non ex duabus in medio platis: sed quia filium dea peperit: nam prope esse dicunt præcipitem locum unde ipsa cecidit subito apparete apro: & ea quæ ab pitho

nem pertinent: & quod factum est in ipsius dei generatione huic tribuunt. hæc ille: quibus recte suspicet aliquis hanc esse oliuam illam Deliam iuxta quam sit latona partu le uata.

Qui in endecasylabo ad Licinium caluum legunt. Multum lusimus in meis libellis: uerionis admoneri lectionis ex eo quod sequitur potuerit: nam statim hæc subiicit: scribens uersiculos uterq; nostrū uidebat numero modo hoc modo illoc. reddens mutuo per iocum atq; uinum. Quibus apparet Catullū poetam non in meis: sed inuicem potius scripsisse.

Nisi exploratum haberem ita omnino futurum ut leuia hæc nimis omni obseruatione pene indigna multi iudicaturi essent: quoq; ne in ipsa quidem carminis explanatione uel mediocriter prouecti in scholis uelint admoneri: adiecissim iis quæ diximus non pauca id genus alia quæ parum ni fallor emendate Catullianis inoluere codicibus ut in pelei & thetidis nuptiis: illa inqt atq; alia uiderūt luce marinas mortales oculi: & mox paulo: Teq; adeo eximia thetidis foelicibus aucte. Cæterum si quis altius sensum carminis rimet priore loco haudq; alia potiusq; atq; alia legerit: ut sit sensus illa luce nec ulla mortales oculi uiderint marinas deas in altero uero tædis q; thetidis quia foelicibus continuo sequatur: & rursus in eodem carmine. Aut cornigeram sudanti cortice pinum: ubi nemo non conigeram legat potius: nã & Maro Ciparissum ipsam conigram appellauit. Addo & illud: Cum primum inflati conspexit lintea ueliat: constat se egeum præcipitasse: non quia uela uiderit inflata & secūdis plena uentis: sed potius quia infecta: ac talia ut luctum pre se ferrent: nam ille ita filium supra alloquitur: Inde infecta uago suspendam lintea malo. Nostros ut luctus nostræq; incendia mentis: quibus uerbis planū pene fit ueriores esse lectionem infecti q; inflati: per hoc enim secundæ auræ per illud luctus & tristitia significatur. Plutarchus nigrum uelum filio ab ægeio datum scribit. Simonides uero puniceum. Ne multum ad hæc inepte fecerit si quis locum eodem carmine fronte satis quidem perspicua: sed recessu caliganti & obscuro intentius inruebitur. uerba sunt Ariadnes in Naxo a Theseo relictæ. Si tibi non cordi fuerant connubia nostri: Sæuaq; abhorrebas prisca præcepta parentis. Quod ægeus pater præceperit Theseo ut rei uxoriæ studeret: nullo quod sciam loco legere est: quid quod ne prisca quidem poeta elegatiorum studiosissimus eum appellasset: qui adhuc in humanis ageret: superest igitur ut ad Cecropem antiquissimum Athenarū regem aliquis nō inepte id referat: qui ut Trogus prodidit biformis fuisse traditur. quia primus matris & foeminae connubium in ea terra conciliarit. Sed hæc tam leuia ut dixi q; multa sunt: a quibus referendis: quæ exiguam operæ uidebam inesse precium: simul quod abunde satis sit alteri centuriæ factum: quæ extraxæ huius euocationis genere explenda fuit consulto abstineo.

TEΛΟΣ.

Lusi totum triduum Fortunis his proximis feriis: nec nucibus lusi: non enim tam danosam ludit: aleam Sabellicus: sed chartis hisq; non lusoriis: sed Poeticis: Historicis: Oratoriis: Collutores affuere. C. Plinius Cice. Anneus Lucanus. & qui Argonautica scripsit Flaccus. Cum his tres integros egi dies: ac totidem noctes peruigil: dum loci ex illo marginibus linea apice asterisco: ceu cauterico notati per iocum & lusu sum repetunt: magnus chartarum crepitus: crebra & tumultuosa foliorum uolutatio. Quæris quid actus sit tercentum & amplius locos in ordinem redegi: quos uelut libello uno complexus ita digessi: ut quotus quisq; sit capite librorum obseruatus facile cognosci possit. Cæterum exscripsi ego hos locos nullo uerborum apparatu: quum tua causa: cui a principio in animo habui breuem hanc lucubrationem inscribere: ne forensibus causis uehementer occupatus: priusquam rem cognosceres: ut nimis uerbosam fastidires: mouit me & illa ratio quod ita persuasum habeo in nulla re homines iustius rideri: quam quum se in paruis puerilibus ostentant. Quod plerique hodie inepte faciunt: qui se magnum aliquid præstare arbitrant: quum unum aut alterum uerbum in poetis: aut historicis reposuere: & quod adhuc maiore sit dignum risu: tum impensius id faciunt: quum emendatiore codice adiuti locum restituerint: tanquam parum intelligat non ingenii aut iudicii id esse sed Fortunæ: uidentur mihi eiusmodi homines pueros imitari: qui cum argentea careant pecunia sibi plumbeam conflant: ut pecuniosi uideantur: omnis ostentatio odiosa: sed in friuolis odio sissima: quum ita sit: nullam in re tam parua expectes a me uerborum copiam. Cæterum quandoque in iis: nunc mittuntur in multis libraria fide & auctoritate laborat: tantum peto abs te ut paranesim hanc putes non oraculum: quin potius si tibi integrum uolo de singulis: & uniuersum de tota re iudicare: non enim legem scribis: sed campanus eques in uia cauterium ostendo. Quid quod in te tam tenui: non solum non exquisito aliquo sum usus uerborum fucus: copiaue orationis. Sed ne iudicium quidem ullum recens adhibui: præsentis recognitionis: uia ad pristinam illam censuram referens: satis credo tibi nota est uerecunda illa professionis ratio in tuo Sabellico: qui in obscuris & ambiguis nihil mutat: nihil restituit: nisi iudicio fretus: & autoritate: ubi utraq; re laboratur asteriscum margini affigit. quum uero solo iudicio staturum pristina lectione integra & si quid est: quod rectius reponi possit: particula in fronte ponitur subducta linea: monetque interim lectorem uideat an eo modo rectius legi possit: in quo genere tota prope modum hæc obseruationum ratio: quæ ad te mittitur posita est: tueris itaque tuo iudicio: at si qua eiusmodi uidebuntur quæ tuto recipi possint: poteris his uti si uoles in tua bibliotheca emendanda: quamquam nihil sit illa emendatius. Nec tu Fortuni contempnas hoc scribendi genus: quo & summi uiri usi sunt: & humana scientia nihil repugnat: quippe quæ magis in falsi refutatione sita est quam in confirmatione ueri. Sed quid tam multa: quicquid hoc est tibi uni datum puta: Solum mecum solo loqui existimes: amicum cum amico: in nullis fidem meam obstringo omnia in medio sint. Ego quod ad officium attinet: satis me Fortunio placuisse arbitror: si non in omnibus displicuero. Vale.

C

*[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. Some legible fragments include:]*

... non enim tam danosam ludit: aleam Sabellicus: sed chartis hisq; non lusoriis: sed Poeticis: Historicis: Oratoriis: Collutores affuere. C. Plinius Cice. Anneus Lucanus. & qui Argonautica scripsit Flaccus. Cum his tres integros egi dies: ac totidem noctes peruigil: dum loci ex illo marginibus linea apice asterisco: ceu cauterico notati per iocum & lusu sum repetunt: magnus chartarum crepitus: crebra & tumultuosa foliorum uolutatio. Quæris quid actus sit tercentum & amplius locos in ordinem redegi: quos uelut libello uno complexus ita digessi: ut quotus quisq; sit capite librorum obseruatus facile cognosci possit. Cæterum exscripsi ego hos locos nullo uerborum apparatu: quum tua causa: cui a principio in animo habui breuem hanc lucubrationem inscribere: ne forensibus causis uehementer occupatus: priusquam rem cognosceres: ut nimis uerbosam fastidires: mouit me & illa ratio quod ita persuasum habeo in nulla re homines iustius rideri: quam quum se in paruis puerilibus ostentant. Quod plerique hodie inepte faciunt: qui se magnum aliquid præstare arbitrant: quum unum aut alterum uerbum in poetis: aut historicis reposuere: & quod adhuc maiore sit dignum risu: tum impensius id faciunt: quum emendatiore codice adiuti locum restituerint: tanquam parum intelligat non ingenii aut iudicii id esse sed Fortunæ: uidentur mihi eiusmodi homines pueros imitari: qui cum argentea careant pecunia sibi plumbeam conflant: ut pecuniosi uideantur: omnis ostentatio odiosa: sed in friuolis odio sissima: quum ita sit: nullam in re tam parua expectes a me uerborum copiam. Cæterum quandoque in iis: nunc mittuntur in multis libraria fide & auctoritate laborat: tantum peto abs te ut paranesim hanc putes non oraculum: quin potius si tibi integrum uolo de singulis: & uniuersum de tota re iudicare: non enim legem scribis: sed campanus eques in uia cauterium ostendo. Quid quod in te tam tenui: non solum non exquisito aliquo sum usus uerborum fucus: copiaue orationis. Sed ne iudicium quidem ullum recens adhibui: præsentis recognitionis: uia ad pristinam illam censuram referens: satis credo tibi nota est uerecunda illa professionis ratio in tuo Sabellico: qui in obscuris & ambiguis nihil mutat: nihil restituit: nisi iudicio fretus: & autoritate: ubi utraq; re laboratur asteriscum margini affigit. quum uero solo iudicio staturum pristina lectione integra & si quid est: quod rectius reponi possit: particula in fronte ponitur subducta linea: monetque interim lectorem uideat an eo modo rectius legi possit: in quo genere tota prope modum hæc obseruationum ratio: quæ ad te mittitur posita est: tueris itaque tuo iudicio: at si qua eiusmodi uidebuntur quæ tuto recipi possint: poteris his uti si uoles in tua bibliotheca emendanda: quamquam nihil sit illa emendatius. Nec tu Fortuni contempnas hoc scribendi genus: quo & summi uiri usi sunt: & humana scientia nihil repugnat: quippe quæ magis in falsi refutatione sita est quam in confirmatione ueri. Sed quid tam multa: quicquid hoc est tibi uni datum puta: Solum mecum solo loqui existimes: amicum cum amico: in nullis fidem meam obstringo omnia in medio sint. Ego quod ad officium attinet: satis me Fortunio placuisse arbitror: si non in omnibus displicuero. Vale.

## OBSERVATIONES. M. ANTONII SABELLICI EX VARIA AVCTORVM LECTIONE.

Ad Franciscum Fortunium

**P**rimum oīum illud apud te testatū relinqūa Vir amicissime esse locos quosdam: de iis lo-  
 quor qui ad Plinium attinent qui etsi priora illa nostra obseruatione in ordinem uenere.  
 Sunt nunc iterum tractādi ne aliquid uidisse credant: qui illos labefactare conati sunt: nō  
 ut ueriora dicerent: sed ne nostra accessisse iudicio uiderent. Sed alii pensitent quæ utrinq;  
 afferunt ac boni consulant. Nam q; ad primā illā calumniā attinet: ubi pagæ apte in primo  
 capite operis dicimur reposuisse uni pro una: ut legendum sit uni nature. s. Incubent mundi: & nō una si-  
 mul: ut uulgo legit: nemo est tam iudicii expertus qui non uideat: q; si una legat: nugatio quædam uideri  
 possit. uel frigida potius & ociosa loquēdi ratio: quando non sit ad quod referri possit illa mundo: & icu-  
 batio. Sed ab eiusmodi uitio nemo tam diuersus abiit q; Plinius.

Capite primo.

Adiicio illud quod eodem capite ac loco propemodum contiguo: neq; tunc est a me animaduersum  
 neq; postea ab ullo quod sciam. Cætera etiam in uno & immensa & innumerabilia. Sic enim uulgo legi-  
 tur. Ego particulam. ut reponendam censeo: eritq; meo iudicio emendata lectio. Cætera etiam ut in uno  
 mundo hoc uidelicet qui nobis notus est. Scrutare altius locum & statues quid sequamur.

Capite tertio.

Cæterum quando iudicio nitimur non ueteris alicuius codicis collatione in quo genere obseruati-  
 onis multi ut uideo inepte gloriantur: putantq; se aliquid magnum præstare si emendatiorem librum  
 nacti ex illius collatione castigent librarium errata. Sed quæ mea sit de ea re sententia: quantum dico  
 eiusmodi exemplarib; sit credendum testatus sum sapius: nunc uide (non enim legem scribo ut nō re-  
 linquam omnibus integrū sentire quæ quisq; uelit) Contentus ne sit legendum tertio capite: an ut om-  
 nes hodie legunt concētus. Secuti uidelicet ea quæ præcedunt. Verum si quis attentius sequentia conse-  
 rat cum præcedentibus multo plenius Cōtentus implebit aures q; contentus. Capi. quinto.

Scribitur quinto capite statim in fronte ignitum. Ego Igneum libentius scripserim referens præfer-  
 tim ad elementum: quid ignitum ab igneo distet liquido patet. Eodem Capite

Eademq; uniuerso cardine. Inoluit hæc lectio magis re non animaduersa q; non intellecta. Cæterum.  
 Vniuersi ut uerius ita libentius legerim: ut terra uniuersi cardo intelligatur.

Capite octauo.

Videbitur scio res parua: Sed quia mendose legitur non negligenda est macula quæ octauo capite cen-  
 nocturnum offensaculū trāsmittit properantes inuentionibus inquit non dilatis: quum inuentoribus  
 haud dubie scripserit Plinius: id argumento est q; Anaximandri. Cleostrati & Atlantis nomina statū su-  
 b iiciuntur. Eodem Capite.

Nec ita multo post eodē capite legere est. Tertius Marris quod quidam Hercules uocant ignea ardē-  
 tis solis uicinitate: sic habēt omnes codices quos uidimus tu uide ne nugatio hæc quedam sit ignea ar-  
 dētis solis uicinitate satis erat dixisse ignea uicinitate solis aut ardētis solis uicinitate. Sed procul abest  
 Plini; ab eiusmodi uitio nihil itaq; temere faciet q; ui ignea legerit. ut sit Tertium Martis quod herculus  
 uocant ui ignea: ut ad syderis naturā referatur: inde naturæ causa referat scilicet ardētis solis uicinitate.

Eodem Capi.

Miror & illud non esse animaduersum q; eodem capite omnia quæ uidimus exemplaria t icenis ha-  
 bent pro trecenis: & in calce maioresq; alii legitur: quū illis non alius uera & emendata sit lectio.

Capite nono.

Ideo molliore inoluit hæc lectio plinianis exemplaribus sed mollire uerius legat: ut sit mollire & sol-  
 uere: pene pati incuria scribit eodem pro eadem: & mox in calce pluribus fere codicibus uiolare est pro  
 uolitare. Sunt parua hæc (quis nescit) Sed quia post tot cēforias curas pertinacius durant tollenda sunt.

Capi. decimo.

Defectus suos & solis nisi hæc & quæ sequuntur usq; ad extremam periodum cum iis quæ sunt in cal-  
 ce proximi capitis legantur uaga & soluta erunt: nec erit quo referri possint.

Capi. undecimo.

Tertio ex utraq; uastitas. Sic pleraq; exēplaria: quædā uero certior hnt. Sed tertia. Si quis rem altius ri-  
 met: ut uerius fortasse ita libentius legat. Eodem capi.

Sicut paruitatē terræ ipsa deficiens. Sed ipse uera est lectio: nā ad solem particula haud dubie refertur.

Capi. Decimoquinto.

Radioꝝ eius contractu: tu uide ne contactu scripserit Plinius. Cap. xx.  
 Patet plerosq; magna affectatione coeli. Sic statim in fronte capitis legere est. Verum sua lectio est late-  
 non patet. Capi. xxiii.

Eius patere appareat circulū: expēde totā periodū ac libentius circuli legas: & post paulo diametros pro  
 dimetiens audaculus aliquis reponat: nō inepte: nec loco multū diuerso sextā uero partē legunt alii. Sed  
 qui Macrobiū audit sexagesimā arbitrabit a Plinio proditum.

Ac sine



## Observationes

Capite .xxxv.

Ac sine ullis radiis: Sed illis emendatius: perpende locum & astipulaberis uerbo.

Capite .xxxix.

Inscribitur caput de æstatis tempestatibus: Sed tu Statis reponito: dicuntur enim non magis æstiuæ q̄ hibernæ tempestates uerum Statis temporibus redeuntes.

Capite .xlii.

Nec imbribus tantum tempestatibus Sed multis & corporum raris experimentis nisi totum hoc superiori capiti restituatur uaga sit lectio & omni uinculo soluta.

Capite eodem.

Bootemq; sequitur Septētrionem: uel pueri intelligunt qui esse oportere post Bootem: non quæ: Cæterum quū res tam facilis sit deprehensu omnia tamen Plinii exemplaria quæ uidimus adhuc in damno sunt: a deo pronum est cum multis errare.

Capite .xlvi.

Transitus fame tenentibus: haud dubie ferme: aut certe fere scripsit plinius. Caute explora ut æque iudices.

Capite .xlix.

Hebeti: mox iudicatu: hoc magis placet q̄ quod quidam reposuerunt hebetius: mox iudicatu ut sit sensus hebes: ratio fuit illa secundo loco initia cū ea dico collata quæ postea secuta est: pulsa & ad sensum iudica.

Capite Eodem.

Nec illud credo superuacuum sit obiter notare omnibus plinianis exemplaribus traciam legi & argestem duorum uentorum nomina quum semper argetam nisi mendosus sit codex & treciam nō traciam Aristoteles Scribat: Et si quid ἀργεστή quid ἀργετός: quid τρεχῶ significant satis liquido patet: Vnde esse uideri possunt uoces illæ: mēdo itaq; altera est lectio uindicāda: & fortassis i altero noie utraq; uocat idē author Eurū apheliotē quū n̄rog; plariq; Subsolanū q̄ ab ortu spirat ægnoctiali apheliotē uocēt legat in eodē capite aliq; fortasse libētius molliri q̄ mollire ut nunc uulgo legit.

Capite .l.

Reponat: hic idem sequenti capite haud inepte Ecnephas differt pro eo quod inoluit: deferet.

Capite .lvi.

Nec illud tacitum feret lector: ab hoc nescio quo uerborum pensculatore uidendum esse: ne depressa uerior sit lectio q̄ deprehensa: & in eodem capite conuenientibus uerius scribatur q̄ contuentibus. Contuentibus & patentibus quod sequitur paria sunt quum discrimen in euentu notetur a plinio.

Capite .lxi.

Nec absit pretium operæ (nisi quis aliud agens plinium legat) discernere Standum ne sit ueteri lectio: ne: quæ nec pluuio habet an namq; pluuios malit legere: Et mox capite .lxvii. nullam esse ut tenet cōsuetudo an nullum libentius sequatur & paululu; infra qua nō alia probet: ut legitur an potius quam alia: friuola sunt hæc scio: Sed nisi animaduersa sint: arguunt haud dubie in lectore negligentiam.

Capite .lxix.

Ad illud in medio relinquitur quod quemadmodum. C. Africani lectio ob insolens prænomen non placet: Sic. C. Africani non nihil auribus blanditur.

Capite .lxxii.

Nobili inquit apud Arabiam uictoria nec Alexander ullam insignem pugnam in arabia aut circa Arabiam depugnauit. nec si depugnata ab eo esset apud Arabiam dixisset plinius elegantiarum obseruantifimus: Sed in arabia ut arbitror Scripsisset: uel non procul ab Arabia: Quid quod arabica expeditio fuit Macedonibus parum læta ob cœli intemperiem: Si Curtius uerus est auctor Sed apud Arbelam emendatior erit lectio: Est is uicus non multum distans a loco ubi Darius ingenti prælio est ab Alexandro uictus: qua pugna persarum opes profus conciderunt sub id tempus quo est hoc euentu nō procul ab Ar bella dimicatum luna insigniter obtenebrata est idem Curtius est auctor.

Eodem Capite.

Sed ut plinii lectio historiae testimoniō ab inueterata labe superiore loco uindicatur: Sic qui sequitur nihil ociose prætereundus: ne unum plinius scripserit: aliud libratorum incuria legatur: Est enim eodem capite neq; aliis quum plane appareat plinium non aliis: Sed aliter scriptum reliquisse.

Capite .lxxiii.

Non multum ab hoc diuersum q̄ proximo capite scribitur eidem est usui quum eadem scribi oportuerit: nisi multum opinione fallor.

Capite .lxxvii.

Ceu tenuis lineæ in longum porrectæ spatium: hæc inoluit lectio: Sic certe est ut Flaccus inquit decimur specie recti: Blanditur hæc lectio prima fronte lectori ut uenusta & recta: Sed structuram intentius spectatibus inæqualis appareat necesse est. quin linea potius sit q̄ lineæ ut quadret ordo & sensus procedat.

Capite .lxxxvii.

Iam uero neq; illud integre ponitur: ut arbitror. Miroq; pars Ægypti. id est si plus nimio usu inualuit maior tamen pro miro reponere audat qui Herodotum audit.

Capite .xc.

Abstulit Euboæ Atlantem & Macriam: Sed Athlantem emendatius scribi alius plinii locus demonstrat: & mox capite quarto & nonagesimo: In Phœnice inquit agros: & cum ipsis phægium Æti-

opiæ iugum: uide ne Iopes sit legendum: nam Iopes in fœnice est. Contra Æthiopia: ualde procul Parti-  
cura capite undecentesimo locus est a labe uindicandus. Attollente secum ea mundo: uulgo legitur.  
Cæterum si quis attollente se ea: cum mundo legat: erit lectio meridiana luce clarior possit & detrita etiã  
particula ea legi se cum mundo. ut sint quæ partes orationis omnis copulæ expertes.

Capite. cvi.

Legis hæc scio cō: ractiore fronte: ac iã dudum fortasse uideris tibi operam perdere: quum. pene inuti-  
lia sectemur: ac parum digna quæ a docto homine legantur: at omne quod dicitur ex re & uerbis cōstat.  
non minor meo iudicio uerborum ratioq̄ rerum in omni sermone habenda est. Sunt enim uerba uelut  
imagines rerum: quibus confusis confundatur & totum schœma necesse est. Quid quod ne placere qui-  
dem potest oratio nisi barbarissimi & solœcismi uacet fœditate: a quib⁹ uitiis nihil absunt hæc uerborū  
coinquamenta: quæ succincta indagine annotamus: quale est illud quod capite cētesimo sexto tenaci-  
us hesit incuria hominum (quis nescit) non ignorantia: hi transalpes: habēt omnia Pliniana exemplaria:  
uerum quum appareat adunum Rhodanum id referri qui transalpes est: tollēda est fœditas solœcismi:  
atq; hic pro hi reponendū. & mox infra in Italia legendum est non, Italiam: nam & lacum qui in ea ter-  
ra sunt supra mētio facta est.

Eodem Capite.

Mollis in eodem capite rētilineus ordo uideri potest: ubi uulgo legitur in Archadiæ stymphali: & ta-  
men est locus a uitio uindicandus. Inest enim error deprehensu facilis: si quis non obliuiscitur stympha-  
lum ubiq; a Plinio enunciari. Quod si stymphali sit patrius casus stetq; pro locali aduerbio in Archadia  
quis non uidet uera & emaculata lectio est: ut sit ordo in Archadia stymphali: perinde ac dicat aliquis. In  
Italia Mediolani uixit: in urbe uidelicet Mediolano: ut in ad Archadia. nō ad stymphalū referunt.

Capite. cviii.

Ferunt a Media pelicem: mirum est quantopere humana iudicia caligent interdum ad ueritatem ocu-  
lis admotam: quid notius est q̄ quo sit euentu Medea Iasonis repudium uita: & quum uel pueris nota sit  
fabula a media: & nō Medea omnes Pliniani codices quos uidim⁹ habēt: nisi forte aliquid inest rei. my-  
sterium quod prophana mens non capiat.

Capite. cxi.

Nec probo omnino quod in proximo est. Extingui uero terra aut fœno gnidus Ctesias tradit. Vide  
at argutus ille qui tam sollicitè omnia rimatur an fimo malit q̄ fœno legere.

Capite. cxi.

Gnidum octoginta quattuor millia passuum quingenticum. xxv. Ceterum Con (est enim in insulæ no-  
men) non cium legendum. Strabo Cyprum: Rhodum: Con: numeri qui eodem capite ponuntur mul-  
to maxima sui parte mendose leguntur.

Ex tertio Plinii. Capite primo

Inualuit ut arbitror error in primo capite tertii libri: ubi legere est Persas & Pœnicas: qui hoīum fue-  
runt Pœnices nō legi adhuc: quod sciã: Satis tñ cōstat in Hispaniã Phœnices uenisse Tyrii Phœnices sūt  
quorū est colonia Cadis. Plinius & alii pleriq; id p̄diderunt: uideat lector ne Phœnices scripserit Plinius  
non Pœnicas: nã qđ aliq; dicat. Pœnicas & phœnicas dici quia pœni dicti sint quasi phœni: p̄belle dēci-  
piatur. In quo uado multi latinorū hesitarunt. Si uerus est auctor Herodotus qui pœnos & Getulos credi-  
dit antiquissimos aphricæ indigenas: qđ si sic est uel ante phœnicū in Aphricã accessum: pœni in ea terra  
fuere. Astipulat hinc opinioni qui Libophœnices uocāt eos qui circa Carthaginē habitauit manifesto  
argumēto appellationis eorū qui cū Didone in Lybiem uenere.

Capite. iiii.

Montib⁹ Gebēna & iurib⁹ alii urbibus hñt. Sed neutrū p̄cedit: qñ Gehēna & iura legendum: nã qđ ad  
nomē attinet montis: idē Plinius in. 4. quū suos reddit comata galliæ fines ac montes inqt̄ iubennã &  
Iurã qbus Narbonensem galliam excludit.

Eodem Capite.

Octauianorū colonia. Ego ut fortasse uerius ita libentius legerim Octauianorū: ea uidelicet rōne: q̄ &  
Decumanorū. Sic milites octauæ & decimæ legionis dicti: pari rōne eodē capite Saluiorū siue saluyium  
audacius q̄ salubirū: aut salubiū: & salorū: ut alii hñt. In eadē enim terra Saluyies & saluii legunt̄ nō salu-  
bii q; sciam aut salubires.

Eodem capite.

Admonēdus est lector ne oculis ut dicit̄ p̄diculātib⁹ illud p̄tereat qđ p̄ximo loco legere ē oxobiorū  
linguanorū uideatq; ne uerior sit lectio Albinganorū: Plinius Albinganorū meminit Ingaunorū Strabo  
Sed locus in medio relinquitur.

Capite. V.

Sūt p̄ximo capite quedã in medio relinquēda: Sed quæ lapsu fortassis uindicāda sint: ut illud popu-  
lorum claritas tenet: uideat lector ne terret uerbum magis quadret: & mox paulo gremium terrarū cō-  
mercio patens: quum pandens scripsisse Plinius uideri possit actiua significatione. Sequitur enim prot-  
currens: & ubi Valerius Solanus est. uide ne Soranus pro Solano reponi possit. Subit quod ad idem ca-  
put attinet illa reputatio parum Plinio in quibusdam cum Dionysio & Luiu conuenire: quale est illud  
quod inibi legere ex Apiolana præda iacta esse a Tarquinio fundamenta templi Capitolini: quum  
duo illi

duo illi Siuefflanam: nam Siueffa pomeria cognominata est: fuisse nõ Apiofanam significant. Sit etiã paranesis hæc pro appendice capitis: ut quãdo imbi legere est meraria & triquadra patria Hãnibalis uideas ne indibilis qui Hispanus dux clarissimus fuit rectius legatur: quã autem fuerit Hãnibalis patria multo notius est q̄ scribi oporteat.

Capite. XVIII.

Veneturũ matri ateste: q̄ ateste sit in Venetis nulli est dubium. Cãterum quid matri sibi uelit parum ut uideo fuit alijs curã cognoscere: ut cui dedim⁹ hæc omnia pensculatius cognoscẽda aduerte ne atria sit uera lectio non matri: ut facta sit librarij oblicinatione: uersura quãdam in dictione ut. m. elementuꝝ ex prolato præcedentis dictionis: astruxerit in fronte: amiseritq; in calce/a/ quod in sequentis particulã uocem abierit. Multo conspectior locus qui sequit ac cognitu facilior: longitudinẽ iquit alpiũ. x. millia passuum patere: quã lectio tam mendosa q̄ quã mendosissima tutum sit credo reponere decies centum milia: lege quã sequuntur: & æque iudica.

Capite. XX.

Spã unum testatus sum nec desinam identidem testari esse adhuc Plinium in damno. occurrunt enĩ non pauca numero: quã altius rimantibus: arguunt inharere adhuc labem Plinianis. codicibus temporum & hominum iniuria semel affusam: en uulgata est lectio & pro uerissima recepta: ut Cap. xx. legatur L. A. milio & Statilio Regulo. Polibius tñ demonstrat non Statilium: sed Attilium Regulũ fuisse Æmilij collegam gallico tumultu.

Capite. xii.

Ex libro quarto.

Insulã ex aduerso tesprotiã uide ne insula sit uerior lectio: ut cuꝝ Corcyra quã sequitur iungat: nam si tesprotiã insulã legas. ex aduerso: particula superuacua sit: & Corcyra dictio uaga iquidem: & omni uinculo soluta. Iam & illud parum procedit quod scribitur. Cea qngẽtis snit stadiis longa: mox quattuor uerius sit. ut arbitror quadringentis. nam incredibilis facta esset mutatio. Et mox paulo Euboea & ipsa auulsa Boetiã: quibus uerbis haud inepte conicias Ceam Boetiã auulsam: nõ Euboeã: Sed res i medio sit: patia sunt quã sequuntur loco haud multum diuerso. Irrumpunt inquit in terris septem stadia: ut dictum est interuallo. Sed aduerte ne inter eas rectius legatur: quum & Europã: & Asiã proxime memirit: Neq; hoc quod sequitur multum implet aures: si ex uulgi opinione ordo manserit. In arctum inquit coit laxitas: at uera lectio sit credo coit æquor in arctum: laxitas cum sequentibus iungatur.

Capite. xiii.

A succino militiã appellata. Militos color est cur igitur non Militiã emendatius sit: Aut cur non eodem capite prodentiũ discordia. i. scribentium: quod peculiare est Plinii ab eo proditum credamus & nõ prudentium & ut omnia habent exemplaria.

Capite. XV.

Vide præterea ne uno ore multo rectius scribat q̄ chore: Custodiẽte q̄ custodiẽs: ut auferendi casu sit Plinius usus non recto. Sed tu utrunq; locum expende & amice iudica.

Capite. xxii.

Hinc oceanus: tota prima periodus superiori capiti restituẽda est: atq; inibiq; audacius oceanus legerim: q̄ occasus: potest & uocatus uideri a Plinio proditum. Sed tu statue utrum: malis uel relinque si placet locum in medio.

Ex libro quinto. Capite. I.

Aliquãto excelsiores nõ tamen est. Si ad unam insulã uox referenda est non uideo cur non celsior singulari sit numero Plinius usus: ut sit isula cãteris aliquanto celsior: tantum par est fluctibus oceani: Sed tuus esto.

Capite. II.

Sunt scio hæc parua. Sed quia eiusmodi: sunt ut nisi obseruata fuerint: & quum opus est in melius mutata lectio inoffensa procedere non possit. adhibenda est mens: matureq; iudicandum: nam tota hæc censura non mea. sed lectoris est. uideat igitur sit ne uera. In Abila quoq; monte: ut nũc legitur: an potius ide Abila mons: nam adfert uerbum quod præcidit non est cur referas.

Capite. VI.

A mari Atlantico cuꝝ inferiore Ægypto. lxxxv. millia passuum: quod nefas propemodum sit credere ita Plinium colligere: Verius igitur uideri possit. lxxxv. c. millia passuum: ut sit octogies sexies cẽtũ millia passuum: quãquam hic quoq; numerus in dubium uenit: non minus q̄ ille qui sequit. xvi. millia pro. xvi. (ut libet credere) centum millia: Sed hæc tutius in medio erunt.

Capite. XXVIII.

Amnis indus Cybaritarũ. quia priore illa nostra obseruationum editione locum hunc indiscussuꝝ reliqui. nam de indo flumine celeberrimo id a Plinio scribi ridiculũ sit credere: quuꝝ q̄ longissime distet a terra: quã nunc scribitur: hanc nactus ansam uir alioqui egregie doctus ut plus uidisse crederetur: aliud nomen pro indo astruxit in Plinii recognitiõẽ. haud dubie obluclunatus historiã ignoratione. Litiuꝝ auctor grauissimus in bello macedonico perspicue demonstrat hunc quoq; fluuium indum nũcupati adicit & nominis causam. Ad Tabusion inquit castellum uetum iminens flumini Indo: Cui fecit nomẽ Indus ab elephante deiectus haud procul a Cybara: Tale fuit & illud de quo mihi litem intendit: negãs pe-

tream Arabiam: tanquam parum constet: unde Petrea Arabia sit dicta. Tale & illud de Tiro oppido in Bithynia: & illud haud absimile quod negabat mentiri pertinere ad inanimata: quum Plinius non uno loco ea utat figura: & Virgilius: discet & in pratis mentiri lana colorem: & Anneus Lucanus pholoae membra bimembres. Sed cum laruis id certare est. Illud dicam nihil esse quapropter homo longius recedat a recto ueroque iudicio: quum aut nimium odit nimium inuidet: amicus sit necesse est qui recte uult iudicare: ut praclare scribit Aristoteles.

## Ex libro sexto. Capite xxiii.

Ad similitudinem inquit atque imaginem tali mari etiam circumfusa eadem etiam caeli parte nulla differentia spectat: quasi uero sit certus aliquis talis aqua circumfusus & ad quaedam caeli partem insigniter obuersus ut terra de qua nunc agitur: accedat. fortasse somnolentus lector huic lectioni immo accesserunt omnes ad hunc diem: nam nisi accessissent curae fuisset alicui locum ab inueterata labe iudicare: quare uide tu an pro tale recte Italiae reponi possit: ut regio de qua agitur similis Italiae sit positura: & caeli tractus ut a septentrione inter diuersa maria exeat in meridiem.

## Capite. xxix.

Quid illud Agrippa inquit quattuordecim passus: nome uel caecis apparet id stare non posse. Sed uerius fortasse aut certe uero similis sit legere quattuordecies centum millia passuum pari cura uidentum an ibidem affuerunt rectius legatur quam auferunt & aegypti emendatius sit quam Aegyptius.

## Ex libro septimo. Capite. II.

Nec graueris cognoscere. an secundo Capite Septimi libri balteibus cum uulgo te legere oporteat. an balteolis potius: nam quod ad saltum ibi est haud dubie assulti magis probabis: et in proximo capite: magis quinos quater enixa quam binos ut nunc legitur: sequens lectio: utrum rectius sit facile demonstrat: & mox sexto capite: libentius credo audies suspirauere quam quod nunc uulgo probat respirauere: nam sequitur illud obscuratio laetalis. Et capite octauo uide ne secessu sit reponendum pro accessu. Et in decimo alias pro alios. Et duobus post capitibus: ubi illud est maiori similem multo propius uero sit nisi opinione fallor matris similem.

## Capite. xvi.

Haud minoris facienda quae sequuntur. Capite enim sextodecimo priusquam in supera parte scribitur priusquam: Et mox infra ubi est multo primum: uide ne prius rectius legatur: & pro Iulia Augusta ne Liua sit scribendum: nam Iuliarum nulla tulit Augustae nomen.

## Capite. xvii.

Nec quod sequenti capite scribitur demum recipies si perscilate rem totam spectes: nec nunquam inquit id in foeminis tanquam foeminarum nulla magis sinistra polleat manu quam dextra: quod omnino falsum sit: tum est uideri an sic malis legere. ne id unquam ui: ut sic accipias quam nullus unquam ui operosior fiat dextra quam sinistra: post uero sequatur foeminis mares praestare pondere: defuncti uiuentibus.

## Capite. XXX.

Prima in orbe ab Asinio Pollione. Sed tu urbe reponas: licet alioqui falsum sit: quum hic bibliotheca illa non sit omnium prima in orbe posita. et octauo post capite Mediam & Aiace: ubi Medea scribi oportuit de Timomachitabulis alia certior relatio. Et capite duo de quinquagesimo Togatas libentius credo leges quam togat: Et mox quinquagesimo Capite. c. xxx. p. duellium caesis: uide an millibus subiicere uelis nam sic melius fortasse. Inde altero a quinquagesimo ubi funeribus: est funebribus satis honeste reponas iam & illud quod supra scribitur parum placet haeredem maiorem funeri instituisse: quin fratrem magis probabis si locum alius inspicias.

## Ex libro octauo. Capite primo.

Visique sunt fessi agritudine quando & illos infestant morbi: per herbas supini in caelum iacentes ueluti tellure precibus alligata. Ex quo uerborum complexu nihil sequitur: tu qui sapis perspice an uerior sit lectio herbam supini in caelum iacentes ueluti precibus. i. ad preces alligata: an nulla praeterquam uno locum mutatione facta ablegata potius malis legere. Expende locum & amice iudica. Nec illud contemnit quod quinto capite legitur mire Aristophani gratam: uide an magis placeat mire etiam Aristophani gratam.

## Capite. xvi.

Et ubi sauit in uiros priusquam in foeminas fremit. Infantes non nisi in magna fame: qui ordo si recipiatur sequens periodus uaga erit: & omnibus uinculis soluta: nisi fremit uerbum resumatur: quod ridiculum sit dicere leonem in magna fame fremere. At emendatior lectio sit credo: aut certe emendatae propior: si ubi legeris in uiros priusquam in foeminas sauit: inde non fremit uerbum sequatur: Sed perimit infantes non nisi in magna fame: qui primus a uera lectione deflexit premit pro perimit fecit: ut credere par est: inde non prona sunt omnia in lapsum: uox ex parte una corrupta abiit in alienum sonum librarioque incuria.

## Ex libro. xx. Capite. iiii.

Centenas phalargas tertio quoque anno pensitasse Aethiopes. Aphri fustes phalargas uocant: at uide quia facelos graece sit fascis an facelos legi possit. Sed id tutius in medio relinqueris.

## Ex libro. xii. Capite. xvi.

Vide in transuersu an satis integre legatur in calce. xvi. ceptis resistendum: quam si parum placeat potius fortassis

nis fortassis rectius insistendū legere. ut in sequēti capite nescio an in italico genere malis legere: pro eo quod est in altero genere: nā & italicam Celrim esse dixit Plinius Et mox capite. xxi. uidebis an apte est pro & reponi possit. ubi illud scribitur. Et similis Oleastro.

Ex libro. xv. Capite. vi.

Nihil est in quo crebrior sit lapsus q̄ in eo quod recto & uero affine est. Capimur namq; specie recti. Iam uero q̄ oleum acerbissimum: legitur Capite. vi. quintidecimi libris: satis uere scribi nemo non existimet: & tamen si intentius locum spectes magis fortasse laudabis acerbissima ut ad oliuam referas.

Ex libro. xvi. Capite. xxxv.

Vides credo quantum tibi tribuam quod hæc tam multa & ab aliis non animaduersa: & a quibusdā fortasse parum intellecta tuo subiciam iudicio: proinde non graueris si qua uisa fuerint: non, ita magni ponderis hæc quoq; cognoscere: & de his recte iudicare. Quale est quod libro. xvi. Capite quinto & trigésimo legitur i alio genere: ubi sit tibi uidebitur albo pro alio repones. Et post paulo utriq; pro utriq; Et mox septimo & trigésimo capite: Salicis fatiua: Si intentius locum tractes: libentius credo legas: q̄ Salicis statim. ut nunc est: & quarto post capite. Intra oppidum emendacius tibi uidebitur: q̄ Infra oppidum. Emendacius: Ispinū q̄ ipsum: est enim ispinum Hispaniæ oppidum.

Capite. xlvj.

Est & illud non indignum de quo tecum statuas: scribendum ne putes dulcior in punicis: an dilucior potius. Et mox altero ab hinc capite: ab eo celatam: ut uulgo legere est: an a deo celatam: uide Homericum carmen.

Ex libro. xvii. Capite. xi.

Coriorum officinis: at Coriariorum sunt officinæ in quibus coria conficiuntur: statue igitur utrum uelis: Et capite tertio & uicesimo haud dubie Varicinis corrupte legitur pro Aricinis.

Ex libro. xviii. Capite. viii.

In Ægypto inquit ac Syria Ciliciaq; & alia ac græciæ parte. si me audis Æolia multo rectius legas q̄ alia. Considera terrarum tractum nec Paranesim hanc repudiabis. Et quinto deinceps capite. Luna inquit procedente: uerum precedente: qui locum percipit audacter reponat. Et libri eiusdem Capite. xv. pro eo quod per eum scribitur haud grauate eruum de quo gener leguminis agitur. & capite duo de uicesimo humorum lectio durat pro humorem. & mox sequenti capite uilitatem librariorum fecit incuria: quuz Plinius utilitatem: potius scripserit: ut credere est. & demum illud uide. xxx. huius uoluminis capite recte reponi possit pro pendunt pandunt.

Ex libro. xix. Capite primo.

IN Eodem Luculento Fastorum opere scriptum est. Ebrius incinctis philyra conuiua capillis saltat: ad cuius loci enarrationem sciendum est philyras esse membranas tenuissimas inter corticem lignorum arboris tilix. quæ ut docet Plynus in xvi. in coronis celebres fuere antiquorumque honore: in hoc significato accipitur philyra ab Ouidio demonstrate conuiuas saltare coronatos illis coronis: quæ ex philyra cote xuntur de qua dixit Oratius in lyrico carmine scribens. Displicent nexæ philyra coronæ. Idem Plynus auctor est in xxi. Claudium pulchrum celare lennisco: quæ sunt coronarum ornamenta instituisse: bracteasque etiam philyræ dedisse: idem philyra accipit pro capilamentis filisque tenuissimis cum sic inquit in xxiii. philyra croci nimium salem cibus eximunt: Idem ita scriptum reliquit in xiii. præparatur ex papyro chartæ diuisæ acui in prætenuesset: sed quæ latissimas philyras: quidam tamen Plyniani codices non phily

ras habent: sed philuras: qua dictione significantur membranæ siue capillamenta tenuissima nusq̄ apud Plynium philyra significat nomen proprium fœminæ coronariæ: sicut nonnulli arbitrati sunt: Martianus in libro de nuptiis philologiæ philyram accipit pro mēbrana tenuissima: de qua diximus: cuius hæc uerba sunt libri in philyræ cortice subnotati.

APVD Eundem in primo eiusdem operis hi uersus passim ita leguntur. Nec defensa iuuant capitolia quo minus anser: Det iecur in lances inache laute tuas. Menda est (ut ego existimo) in secundo uersu: & illud inache laute expungendum est: & in eius locum substituendum inachi uacca. Ita hūc locum audiētius emendauit nactus reuerendæ uetustatis codicem: in quo ita scriptum legimus inachæ uacca: ubi unus tantummodo litteræ immutatione uersus emendandus fuit: & in Nasonis familiam redigēdus: quo significare uoluit iecur anserinum in sacris deæ Isidiis adhiberi: quæ uacca nuncupatur: ob fabulā notissimam: & patronymico nomine inachis hoc est Inachi filia uocatur: & de hac intelligere malim q̄ de inacho: cum illius deæ nomen & cerimoniarū monumētis historicorum ac poetarum sint cognitissimæ: Inachi uero nomen inter celebratos deos ignotum. Extā autem anserum grata fuisse in sacris egyptiacis insinuare uidetur illud satyrici poetæ carmē. Ut ueniam culpæ nō abnuat: anserē magno. Herodotus quoq̄ scribit in Euterpe sacerdotes egypti uesci carnibus anserinis. Et Diodoros auctor est regum ægyptiorū mensis nihil præter anserem & uitulum inferri solitum.

EIVSDEM poetæ uersus est in fastorū libris uulgatissimus. Pontibus infirmos precipitasse senes. Ex quo ut opinor irroboraui conualuitq̄ falsa uetus opinio: tanquam apud præcos romanos sexagenarii de pontibus præcipitati necarentur. Sicut apud caspios inelusi fame senes necabantur cum sexagesimum annum excessissent: sicut Herbices soliti fuisse dicuntur iugulare eos qui septuaginta annos nati essent. Sicut Bactriani (ut auctor est Onesicritus) Senio morboe confectos adhuc uiuentes obiciiebant canib⁹. sed hæc haud incredibilia dicta sunt in scythicis barbaricisq̄ nationibus ab omni penitus humanitate sequestratis: quibus nullus mos: nullus cultus: nulla fuit mansuetudo de romanis uero istud existimare nefas est. a quibus omnium uirtutum omnisq̄ pietatis clarissima exempla fluxerunt. Dum itaq̄ mecū scrutator causam huius inuulgatæ opiniōis: probabilem apud Noniū Varronēq̄ reperio Romanos qui .x. l. annos habebant liberos fuisse a publicis negociis: neq̄ suffragia tulisse in creandis magistratibus: quæ per pontes ferebantur: ideo in prouerbiū res deducta est: ut diceretur sexagenarios de pontibus precipitari: quoniam. fa latura suffragii remouebantur: quæ per pontes fiebat non in tyberi fabricatos: sed in campo Martio suffragiorū ferendorū causa: de quibus intellexit Cice. sic scribens in primo Rhetoricorū: pontes disturbat cistas deiicit. Idem alibi ait. Nempe tu & populum suffragiis & magistratum cōsilio priuasti cum pontes disturbasti. & apud Tranquillum in Iulio Cæsare id genus pontes significati asseruimus cum illum locum publica enarratione explicarem cūctati utrum ne illum in campo per comitia trib⁹ ad suffragia uocantem partibus diuisis e ponte deiicerent atq̄ exceptum trucidarent. Inde depontanos eleganti uocabulo senes appellatos esse legimus ab ista uidelicet pontis deiiectione: hoc est ferendi per pontes suffragii ademptione: hinc illud est eleganter nimis & scite dictum a Macrobio in primo saturnaliū adimere ius doctis uiris in uerborū comitiis ius suffragandi: & tanq̄ sexagenarios maiores de pōte deiicies: & hoc est q̄ egregius poeta Ouidi. significauit in Fastis sic scribens. Pars putat ut ferrēt iuuenes suffragia soli. pontibus infirmos precipitasse senes: qui duo uersus toti referendi sunt ad illum ritum antiquorū de quo iā diximus: & non ad illas ineptias: quas semidoctū uulgus existimat. Cicero quoq̄ in oratione pro Sexto Rosio Amerino ad hanc rem alludens ait. Habeo etiam dicere quem contra morē maiore minorem annis. lx. e ponte deiecerit. Sunt qui dicant post urbem a gallis liberatam ob inopiam cibatus cœptos sexagenarios deiici in tyberim: ex quo numero unus filii pietate occultatus sæpe profuerit patriæ consilio suo sub persona filii: quo cognito illi ignotum est: & mos talis abolitus. Scribit Festus quo tempore per pontem cœperunt ferre suffragia: iuuenes conclamauisse: ut de ponte deiicerentur sexagenarii: qui iam nullo publico munere fungerentur: ut ipsi potius q̄ illi diligerent magistratus. opinionem de ponte tyberino confirmauit Afranius: propter hæc apud Tranquillum in Cæsare dictatore potes intelligere de ponte tyberino: quis aliter paulo ante tradiderimus: nā cum inuidorum referta sint omnia. cauendum nobis est ne calumniandi ansam calumniatoribus præbeamus.

APVD Eundē uersiculus est in. 4. Fastorū qui & pperā legi & pperā enarrari solet. Pallade sit titio doctior ille licet. Hunc uersum nos emēdātes ita legimus ut pro titio tychio pñiciemus: & de tychio artifice dictum eē asseramus cerdonū peritissimo: qui Aiakis clypeum mirādo artificio fabrefecit: de quo ita scribit Homer⁹ Aiakis clypeū tychiū cōstruxerat olim. Cultor hyles hitus cerdone pitior omni. Et huius carminis Homericī testimonio usus est Strabo in. 6. Gæographiæ: & in. 13. ubi disputat ex ciuitate Nehydean Nyle fuerit Tychiū: cum hyda sub tmolo in lydia sit: hyle uero in agro boetio.

QVÆSTIO est apud Aulum Gel. lib. noctium atticarum. 18. quam ob causam patritii megalesibus mutitate soliti sunt: quæ quæstio qm̄ ipso inenarrata relinquū: me facturū opera præcium estimauisse eam cum Nasonis carmine explicarem: & uerbum illud mutitare q̄ rarum inuentu est enodatem. Romani Hānibale italiā uexante sacra magnæ matris ascita ex phrygia Romæ collocauerūt: quæ accepit is uir qui optimus a senatu iudicatus est Scipio Nasica: sicuti Liuius: Cicero: & Syllius italicus memoria prodiderunt.



prodiderunt. diem qui dicatus erat ipsius deæ cerimoniis megalesia nuncuparunt: ut docet Marcus Varro: ludos quoque celebrari uoluerunt ante templum in ipso magnæ matris conspectu: qui & ipsi megalesia dicuntur dictio græcanica. Vnde Cicero in oratione de Aruspicum responsis loquens de megalesibus ait qui ludi ne uno quodam uerbo appellantur latino: ut uocabulo ipso & appetita religio externa: & magnæ nominis suscepta declarat: Sed hæc tanquam nota transeunter attingere satis est: præterea antiquo Romano ritu fuit institutum: ut ludis megalesibus mutua inter se conuiuia patricii agerent. propterea quod ipsa dea sedem bene mutauisset ex pensinunte phrygiæ romam transportata quæ domicilii permutatio numen magnæ matris fecit augustius & uenerabilius: atque ita patricii uicissim ineunt conuiuia & ut inquit Ouidius in Fastis Captant mutatis sedibus omen idem. & hoc significat ipsum uerbum mutitaret hoc est mutua inter se conuiuia agitare sicut idem Gellius in secundo apertissime declarat apposita ipsius uerbi interpretatione. nimirum istæ sunt illæ sodalitates: hoc est sodaliū inter se mutua conuiuia: de quibus ait. M. Cato Censorius apud Ciceronem. cuius hæc sunt uerba. Primū semp habui sodales. Sodalitates autem me quæstore constitutæ sunt sacris idæis magnæ matris acceptis: epulabar igitur eum sodalibus omnino modice. Ouidius uerbum illud quod est mutitare circumlocutione quadam poetica expressisse uideatur in quarto Fastorum ubi historiā cybelis luculente memoras ait: cur uicibus factis ineunt conuiuia quæro. & quoniam hoc in loco incidimus in mentionem megalesiorum non est prætereunda illius satyrici carminis enarratio. Atque a plæbeis longe megalesia: quo Inuēalis haud dubie signat duo genera ludorum uidelicet ludos cybeleios: qui dicuntur megalesia: atque plæbeios. ludi autem plæbei dicti sunt: quos exactis regibus pro libertate plæbis fecerunt: aut pro reconciliatione plæbis post secessionem in auentinum prout docet Peditius Asconius. de his ita loquitur Linius in. xxiii. plæbei ludi. M. Aurelio Cotta & M. Claudio Marcello consulibus reconstituti sunt plæbeiorum ludorum crebra mentio est apud eruditos: de quibus intelligens poeta satyricus ait mulieres romanas: quæ ludis & histrionibus uæhementer oblectantur: tristes esse & mortuas quotiens ludi cessant: quoties post plæbeios ludos longo temporis intervallo megalesia subsequuntur ita a plæbeis exponendum erit a ludis hoc est post ludos qui plæbei nuncupantur: & hic est uerus poeta sensus: qui aliter sentit an bene sentiat uiderint eruditi.

APVD Eundem Ouidium uersus est in. iii. Fastorum deprauatus: quem errorē esse possit agnoscere quis uel mediocriter eruditus: quem non esse animaduersum ab his qui doctrinæ nomine plurimū gloriantur uæhementissime admiror. ita enim in omnibus ferme codicibus scriptum est. Is decies senos tercentum & quinque diebus iunxit: & e pleno tempore quinta die: hanc lectionem multi sequentes interpretationem implicatissimam attulerunt: nec se ullo pacto explicare queunt: quocirca tu illud tempore quinta die: ita corrigito. tempora quarta: prout scripsisse Ouidium haud dubie credimus: & sensus efficitur manifestarius: si significat enim poeta id quod manifestissimum est: Iulium cæsarem dictatorem annum ad solis numerum accommodasse quæ sexagintaquinque diebus: & quadrante cursum cōficit: & ita annus tercentorum & 65. dierum effectus est: & ne quadrans deesset: statuit ut quarto quoque anno sacerdotes diem unum intercalaret quem bissextum censuit nominandum. Cuius rei authores sunt Macrobius: Solinus: & Tranquillus: itaque Ouidius quadrantem illum hoc est sex horas: quæ anno civili supersunt quarta diei tempora eleganter appellat: qui. xxiii. horarum spatio terminat. & pro illo quadrante diei qui annū uerū suppleturus esse uidebatur: instituit Iulius Cæsar: ut peracto quadrienni circuitu dies unus in mense februario post terminalia intercalaretur: Ex quo scribit Censorinus annos ad suam usque memoriam Iulianos uocitatos.

APVD Ouidium in Ibida uersus hic est Comicus ut liquidis perijt dum nabat in undis. Quo uersu Terentii comædiarum scriptoris significauit interitum: qui teste Donato cum nauem conscendisset græcia reuertens naufragio periclitatus occubuit cum centum & octo fabulis conuersis a Menandro. quidam tradunt Terentium postquam sex populo edidit comædias iter in asiā fecisse: & cum nauem conscendisset nusquam deinceps uisum fuisse. Vnde uæhementer illorum doctrinam desidero: qui in huius loci enarrationem interpretamenta nugatori cōmenti sunt. Sicut in eo quoque loco parum curiose historiam pensauerunt ut quos dux pœnus meris putealibus undis. Eo enim uersu significatur Hannibalis crudelitas: quæ unus scriptorum maxime expressit Appianus in eo libro cui titulus est libycus: apud quem Publius Cornelius Hannibalis ducis pœnorum truculenta facinora memoras ait. Carthaginenses senatum nucerinorum intra balnea conclusum. adhibito igne necauerunt. ciue abeuntes telis insecuti sunt: Aceranorum præterea senatum per inducias fidentem. puteis merere. ora saxis obruentes: nec multo post inquit. Captiuos hannibal partim fossis obruit: partim fluminibus immergit: per quorum corpora tanquam per pontes duceret exercitum scribit Seneca lib. ii. de ira Hannibalem cum fossam sanguine humano plenam uidisset dixisse: o formosum spectaculum. Sed iam ab Ouidio ad alios poetas transeamus: pauca quædam prout memoriam suppetunt annotantes: quæ interpretationis indigere uideantur.

PENE præteriti locum illum Ouidii: qui non fuit dissimulanter prætereundus: qui est in primo de remedio amoris. Ingenium magni liuor detractat homeri. Quisq; es ex illo zoile nomen habes. Existimant plæriq; omnes grammaticæ triuialesque doctores Ouidium his duobus uersibus significare uoluisse inuidum: qui detrahebat Homero: ab illa Homericæ detractione fuisse zoilum nominatum: tanquam zoilus inuidus detractorque significetur. Sed longe aliud est quod sensit Ouidius. qui historiam uetustissimam signauit

quæ talis est. zoilus libros scripsit aduersus Homerum: eosq; tanq; rem luculentam attulit regi Ptolomæo qui eum uideret idigne carpi uexariq; ois philologiae ducem oisq; doctrinae parentem: nullum zoilo responsum: dedit: quæ mox ad egestatem redactum patibulo affectit hic cum esset Homeri æmulus atq; obtrahator: adopravit sibi hoc cognomen ut homeromastix noiares tanq; homeri flagellum: mastix enim graece significat flagellum: unde comici poete uerberones mastigias idemdem appellant. & inde factum est: ut oibus detractoribus hoc cognomen accõmodemus. Ply. in prohemio natura. historia: Vt obiter caueam isto homeromastigas. ita enim carptores suos nuncupat: illud attende q; docti scriptores usurpant: obtrahatores ois eleganter mastigas uocitari: addito illius nomine cui obloquuntur: ut exẽpli causa ciceromastix nominetur qui detrahit ciceroni: uirgiliomastix qui uirgilio. inde ait Aulus Gel. quẽdam librum scripsisse aduersus Ciceronẽ qui infando titulo erat inscriptus ciceromastix. Igitur Oui. ondere uolens maximos quoq; poetas & extra oẽm ingenii aleã collocatos. eẽ obnoxios iuidiã & obtrahationib; dicit liuorẽ zoili exarxisse in Home: qui est diuinissimus poetarum: a quo liuore atq; detractioe zoilus nomẽ inuenit. ut. s. Homeromastix nomine detestando passim cognominaretur: historia traditur a Vitruuio in. 7. de architectura: huius zoili testimonio utitur Strabo: quem uocat homeri uituperatorem.

APVD Oratium in primo epistolarum uetus est uerbum & docte & elegãter collocatum: qd nō paucos alioquin eruditos: fefellit sic enim scribit. Nec semel irrisus triuuis attollere curat: fracto cruce planum: ubi planus accipitur pro scurra & sycophanta: sicuti Cicero & Laberius acceperunt: & obseruauit Au. Gel. in. 15. noctium atticarum. Qui existimant planum apud Oratium nomen esse adiectiuum sycophantia ratione facile coarguuntur: quæ in plano prima: quando significat sycophantiam corripitur: quando adiectiuum nomẽ est producitur: clarum est quod a nobis dicitur & quod ab aliis: adeo ut res ipsa se ipsa fulciat: atq; corroboret citra aliena adminicula: unde hoc & id gen; alia indicasse satis erit ac sup.

APVD Eundem in eodem epistolarum libro uersus ille notissimus est: Sed nimis arcta premunt olidæ conuiuia capræ. quo significat conuiuias & coepulones nimis arcte discumbentes. nimisq; ob numerosam multitudinẽ cõstipatos in mēsa: lædi foetore molestissimo: qui modo hircus modo caper modo tragos nominat a poetis: namq; ut author est Censorinus in secunda annorum hebdomade uel incipiente tertia uox crassior fit & inæquabilis: q; antiqui latini dicunt hircuitallire: & inde ipsos putant hircuitallos appellari: q; tunc corpus hircum olere incipiat. Aristo. id q; latine hircuitallire dicitur: graece uocat tragigin libro. 7. de animalibus. quam dictionem interpret aristotelicus in latinum uertens caprire dixit. Idẽ Aristo. in problematis author est uirtus hirci illos redolere: qui rem agunt ueneream: quiq; ea ætate sũt. quæ ueneri sufficiat: inde foetorem alarum hircum uocitamus: quæ omniũ maxime partium nostri corporis male olent: propterea q; immobiles in exercitateq; habentur: hinc est illud ab Oratio dictum eleganter in epodo cubat hircus in alis. Catullus caprum appellat illo uersiculo. Valle sub alarum trux habitare caper: a Mar. tragos graece nuncupatur. Inde tragos celereresq; pili mirandaq; matri barba: & quoniã hircus maritum significat capellarum: & accipitur pro graueolentia: luculente & festiue dixit Oui. offẽdat nares uirq; paterq; gregis: cum foetorem hircinum significare uoluisset: & ita ab Oratio poetica q;dam uenustate olidæ capræ appellantur. male olentes conuiuia. ab hircu hircosus deriuatur Petrus: Hic aliquis de gente hircosa centurionum.

IDEM ait in. ii. Epistolarum: Diuersum confusa genus panthera camelo. quo uersu plane camelopardalin poetica circuloctione descripsit. est autẽ camelopardalis collo siccis equo pedibus & curibus boi: capite camelo albis maculis rutilum colorem distinguentibus: unde appellata camelopardalis: nabu na aethiopes uocant. ut author est Ply. in. viii. natu. histo. hoc est.

JLLVD Animal q; italici lingua uernacula gyrapham appellat: scribit Albertus mag. libro uigesimo secundo de animalibus. suis temporibus Federicum imperatorem camelopardalim: secum habuisse: & hac tempestate florentiã uisa est dono missa Laurentio medici a rege ægyptiaco: sensus Oratii est risurum fuisse Democritum cui omnia mortalium ridenda uidebantur: sicuti Hieraclito stenda: si populum Ro. stupere uidisset aspectu camelopardalis. & hoc ideo dictum est. quia Plynio atq; Solino autoribus primum uisa fuit romæ ludis circensibus Cæsaris dictatoris. Author est Iulius capitolinus fuisse Romæ sub imperatore camelopardales decem. Errant qui existimant ab Oratio significari camelum cum panthera coeuntem: cum panthera confusa genus camelo doctissima periphrafi pro camelopardali accipienda sit: quæ (ut diximus) ex maculis Pantheræ & capite camelino formatur: & ita cum Camelo genus panthera confundit.

APVD eundem in eodem epistolarum lib. scriptum est: ibi eo quouis qui zonam perdidit inquit. ubi non simpliciter dictum esse existimare debemus qui zonam perdidit. Sed morem priscorum exprimere uoluisse: qui zonas nummis aureis refertas habebat: quod probatissimorum testimoniis comprobatur: in primis Traquilli: qui scribit Vitellium zonam se aureorum plenam circūdedisse: Et Apulei cuius hæc sunt uerba ex lib. 7. de asino aureo: plotina preciosissimis monilium & auro monetali zonis refertis incincta: præterea Caius Gracchus fortis Orator in oratione quam habuit ad populum sic scriptum reliquit. Ita q; quirites cum Romam profectus sum zonas quas plenas argenti extuli: eas ex prouincia inanes rettuli. tradidit Plutarchus in Demetrio sosisgenem aureos nummos. ccc. habuisse in cingulo militari pro

ri pro uiatico: Spartian<sup>o</sup> quoque author est Pescenium nigrum iussisse ne milites in zonis nūmos aureos uel argenteos portarent ad bellum. Sed publice cōmendarent reperituri post praelia quod dederant: quoniam etiam Lampridius Alexandrum imperatorem Ro. dicere solitum ait. Miles non timet nisi uestitus: armatus & calciatus: & satur: & habens aliquid in zonula: & talis est Oratiana sententia. inducit enim militem Lucullianum: qui factus erat diues & bene nummatus: recusantem ire ad castellum oppugnandum: & ita imperatori Lucullo respōdentem ibit ad omne periculum rusticanus miles & inopis: & qui zonā perdidit: hoc est qui aureos amisit: quos in zona milites portare consueuerunt: propterea quod mendicitas militaris ad omnem desperationem uocat armatum: qui uero satur est & aliquid habet in zona timet pericula subire: ad hanc ueterum cōsuetudinem referendus est ille satyrici poetæ sensus. Obrutus & zonā læua morsuque tenebit. quē Iuuen. explanatores præterierūt: nāque significare uoluit poeta zonā a naufragio teneri: nō solū manu sed et mordicus: prope quod zona erat monetali auro referta: quā ne perdat oib<sup>9</sup> uentis uiribusque contendit: Ecclesiastica sententia præcipit ne æs hoc est pecuniam in zonis habeamus.

IDEM in epistola ad meccenatē scripta sic inquit. Designatorem decorat lectoribus atris: in cuius loci enarratione labuntur interpretes: & quid designator significet non satis diligenter exponunt. sed nos ommissis aliorum interpretamentis nostra probemus. designare uetustissimo significato est rem nouam facere in utraque partem & bonam & malam: sicuti docet Donatus enarrans illud Terentianum in adelphis: modo quid designauit: inde designatores dicti sunt curatores funerum: qui ludis funebribus præstant ob eam causam: quod in his ludis multa fiant noua & spectanda: scribit iuriconsultus de his qui notantur infamia: designatores ministerium non artem ludicram exercere: ideoque ignominiosos non haberi & sane locus iste a principe: ut uerbis iuriconsul. utar: hodie nō pro modico beneficio datur: hoc idem pertinentia uerba Senecæ subieci ex libro de beneficiis sexto: quæ hæc sunt. An tu aruntium & aterium & ceteros qui captandorum testamentorum artem professi sunt: non putas eadem habere quæ designatores & libitinos uota: illi quorum mortes optent nesciunt: hi familiarissimum quenque: ex quo propter amiciciam rei plurimum est mori cupiunt. hætenus Seneca: Sensus autem Oratii hic est. dabis inquit mihi meccenas ueniam diutius uillicanti. & in agro commoranti: quam promiserim: quoniam ægrotare Romæ formido per dies autumnii pestiferos: dum designatores hoc est perfecti ludorum funebrium listoribus atris decorantur & per multorum mortes munia sua frequenter usurpant funebribus ludis præsidendo.

SCRIBIT idem Oratius in primo epistolarum: mancipiis locuples eget æris cappadocum Rex. quo uersu significat quosdam esse famulosos & famulatio numero copiosos: Sed rei nummarie egentissimos & ita Rex cappadocum nō accipitur pro rege cappadociae: sed pro eo qui maximam habet familiam seruorum. Rex enim alias dominus alias regnator: alias diues significatur: & ita apud luculentos scriptores frequenter significat diuitem atque potentem: qui a clientibus colitur & parasitis: & in hoc significato Iuuen. Martia. & Plautus accipiunt: & alibi ab Oratio dictum est. Siue reges siue inopes erimus coloni. Columella quoque libro primo de saluatore loquens ait. somnium regis sui rumoribus auguratur. Scribit eruditissime Donatus regem nomē esse ad aliquid: ut dialectici loquuntur. ut enim libertus est patromiita rex parasiti: & parasitus regis: cappadocas uero seruos appellamus a nomine regionis: ex qua uenales optimi deportabant sicuti lydum & syrum prisca nuncuparunt. Sicuti dauum & geta uocitamus a getis populis & dacis: quos olim dauos uocitatos esse existimat Strabo. ex quo apud athenienses dauorum & getarum nomina seruilia in usu erant frequentissimo: & inde apud poetas comicos identidem reperies seruos getas: & dauos appellari. De cappadocibus mancipiis meminit Persius: Cappadocas rigida pingues pauisse catasta: & Martia. inquit. Quid te cappadocum sex onus esse iuuat? Ad mancipia quæ ex cappadocia bona deferebant alludēs Apulei<sup>9</sup> in li. 7. de asino aureo ait. At ille cappadocum me & satis forticulū nunciat. ita ab Oratio rex cappadocum dicitur dñs mancipiorum: quorum legiones a nonnullis Romanorum locupletissimis habebant: ut luculenter tradit Ply. qui in. 33. ait seruorum causa nomenclatorem esse adhibendum.

SCRIBIT Idem in primo sermonum. Vin tu curtis iudæis oppederes. quod uerbum uetus est: & significat contrapedere: nam a pedo pedis: cuius significatio notior est: quæ ut egeat interpretationis: formatur oppedere. id quod docet Priscianus in decimo: utens istius uersiculi testimonio: errant qui existimant oppedere dici quasi pedem pedi opponere: nam præter auctoritatem Prisciani syllabe repugnantis ratione refelluntur: quæ longa est in uerbo pedo: breuis in pede.

IN Secundo sermonum scriptum legimus: foris est promus: & atrum defendens pisces hyemat mare. Vbi promus nō pro pisce accipitur: sed pro eo qui preest promendis cibariis: etenim in familia potentior & luculentiorum alius est condus: alius promus: alius alii ministerio assignatus. Condus uero illum appellauerunt qui recōdit in cellam penuariā ipsa penora. Promus uero is dicitur est: qui depromit ea quæ usui gratia depromenda sunt. ut docet Fulgentius placides. Inde est illud Plautinum. Sum promus condus & procurator peni. & facete dictum est ab Aufonio. promusque quæ condus magis: & Apuleius eleganter in apologia promum librorum appellat eum: qui libris promendis & exhibendis præest. sensus itaque Oratii hic est. eum qui multiplici corporis labore exercitatus ac de lassatus est: esurientem nō aspernaturum uilia cibaria & si domi non erit promus: hoc est ille qui promat conditos in cellario cibos

esculentiores & si pisces haberi non poterunt mari hyemante & undabundo: liberrime tamē panē euz sale in esca sumpturum: ad sedandam murmurantis præ inedia stomachi esuritionem: nāq; ut dicere solebat Socrates: potimum obsonium est fames: unde cum esurienti olim Ptholemæo cibaribus panis in casa datus esset: nihil uisum est illo pane iucūdius. Ab eodem in eo sermone. gulonum gula digna rapacibus harpyis: speciose nūcupatur: significante uidelicet helluonum ingluuiem mereti: ut ita cibaria illis luxuriosa harpiarum raptu de mensa eripiantur: & contactu scædentur: quæ admodū phineo cibos arripiebant. & immundo ore dapes polluebant. poeticam elegantiam non penitus inspexerunt illi qui existimant ab Oratio dici gulam dignam harpyis pro ea: quæ uoretur ab harpyis: uel quæ sit uoracissima ut harpyia. Qui in poetarum lectione infrequens non est: is facillime cognoscat poeticum morsum ad id esse referendum ad quod nos referri debere censuimus.

IN Secundo Sermonū Damasippū introducitur sermocinante: qui ostendere uolēs se ære alieno & sceneratoris usuris omne patrimoniū pdidisse per quā eleganter ait. postq̄ oīs res mea ianum ad mediū fracta est. Nā Romæ in regione basilicæ Pauli cōsistebāt sceneratores: qui locus ianus dicebatur: qm̄. s. in eo iani simulacra collocata uisabant: cuius rei meminit Porphyrio: ut alibi signat Oratius sic scribens in primo ep̄larum: hæc ianus summus ab imo. perdocet. Cice. in. vii. antonianæ ianum mediū sicuti Oratius nūcupauit & pro eodem significato accepit: cuius hæc uerba sunt. Nō possem sine risu dicere. L. Antonio iano medio: ita ne ianus mediū in. l. clientela sit: q̄s enim unq̄ in illo inuētus est: qui Lucio Antonio mille nūmū ferret exp̄sum: de hoc eodē intellexit Oni. eo uersu. Qui putealiumq; timet celeresq; calēdas: ad ianum igit mediū ait Damasippus: si rem suā hoc est p̄rimonium fregisse: qm̄ sub sceneratorib; corruerat in uico iani cōsistentibus: qui ad mediū ianum pro mercatura exponūt: qd sibi uelint ignoro.

IN Eodem sermone per quā scite dictionē diuisit ita ut partem in fine superioris: partē in principio inferioris carminis collocaret. Sic enim inq̄ stramētis iucubet: unde octoginta annos natus: tibi illud unde octoginta pro una tm̄ dictione dictum accipe debemus sicuti unde uiginti unde triginta ueteres dictitarūt: & unde octoginta dixit Oratius: id est. 79. annos habēs ætatis: hoc est octoginta: unde unum deest: sicuti interpretat Priscianus in libro de ponderib; qui hunc Oratianū locum curiosissime obseruauit: & cum diligētia rettulit. nec mirandū est dictionē cōpositā duos in uersus fuisse distinctā. cum esset simplicia uerba diuidant: ut in illo sapphico catulliano gallicū rhenū: horribiles & ulti mosq; britānos: & ab Oratio in. 2. carminū dictio ista uenale diuidit eo uersu grospe nō gēmis neq; purpura uēale nec auro.

Q. V. ERI Solet ab eruditibus quid significet apud eundem in secundo sermonū pyrgus eo uersu. Mitteret in pyrgum talos: Nāq; non pauci ex eruditioribus pyrgum asse dixerunt alueolū hoc est tabulā lusoriam: quam & fritillum appellari existimauerūt: in quo duplici labunt errore: cum neq; pyrgus significet alueolum neq; alueolus pro fritillo accipiat: nos autē pyrgum esse dicimus illud uasculum quo cōiecti tali agitati mittunt: Cuius effigies instar turriculæ est: unde nomen mutuat: pyrgos enim græce turris latine significat. Marti. latino uerbo uti maluit & turriculam appellauit: nāq; in apophoretis lemma est turricula: quæ in eodem significato accipitur quo pyrgum accepit Oratius: sic enim ipsa loquit: quæ scit compositos manus improba mittere talos. Si per me misit nil nisi uota facit: a Persio per quandā similitudinem eleganterorca nominatur ita scribente. Scire erant in uoto damnosa canicula quantū Ra deret: anguste collo nō fallierorca. Hæc est illa turricula siue pyrgos quæ alio nomie fritillus a poetis identidem appellat: neq; unq̄ significat tabulā lusoriā: quæ modo alueus modo alueolus nōnūq; larūcularia tabula notatur: fritillum autē esse idem quod pyrgum ostendit aperte Porphyrio: qui apud Oratium pyrgum dicit significare quid nos fritillum dicimus: in quo coniectæ tesserae agitataq; mittuntur: nil esse pot̄ hac interpretatione manifestius nil lucidius: nā dicit tesseras coniecti fritillo tanq̄ uasculo: quo agitatae deinde mittuntur in alueolum. hoc idem idicat uersus ille Iuuenæ. Paruoq; eadem mouet arma fritillo. Illud enim epitheton: paruo: haud dubie demonstrat de turricula dictum esse: non de tabula lusoria: quæ lata & spaciōsa esse cōsueuit. Seneca quoq; in libello quem de Claudii ludo composuit: sic ait. Aeacus iubet Claudium ludere percusso fritillo: & mox. Nam quotiens missurus erat resonante fritillo. Vtraq; subducto fugiebat tessera fundo. ubi haud dubie fritillum accipimus non pro tabula lusoria sed pro pyrgo: resonat enim fritillus cōcussione tesserarum quas ait subterfugisse de uasculo: priusquā emittentur in tabulam lusoriam. Sed hæc haftenus: iam ad alia festinet oratio.

APVD Martialē in epitaphio Matronæ: quod lib. x. continet: legit hic uersus. Bis mea Romano spectata est uita terento. Quo eleganter significare uoluit matronam: quæ loquens inducitur se annos centenos uixisse. Nam per terentum Romanum: ludos sæculares intellige: qui instituto ueterum Romanorum centesimo quoq; anno fiebant. sicuti Censorinus affirmat ostendens: sæculum eo annorum spacio terminari: quos Oratius flaccus in carmine quid sæcularibus ludis cātatum est centesimo & decimo quoq; anno ludos sæculares celebrari designauerit. idem ludi terentini cognominabantur: quoniam in campo martio fiebant in eo loco: qui terentus dictus est: eo loco ara ditis patris in terra occultabatur: ut inquit Festus. originem ludorum sæcularium refert Valerius lib. 2. capite de institutis antiquis: qui docet quemadmodum in terento Romano: hoc est campo Martio. Valerius aram effodit diti patri & Proserpinæ consecratam: & hostias furuas terenti immolauit. ludosq; fecit continuis tribus noctibus: qui ob

qui ob hoc terentini appellant a censori no: de quibus eleganter dixit Aufonius. Trina terentino celebra-  
ta trinoctia ludo. Martia. igitur uolens ostendere matronam diuissime uixisse dicit eam bis spectasse Roma-  
num terentum: hoc est ludos saeculares: qui in terento campi martii fiebant: quos nemo bis spectare po-  
test: nisi qui supra aetatem uixerit centenariam. Unde eruditi autumant saeculares dici potuisse: quod plerumque  
semel fiant hominis aetate. potest & epigrammaticus poeta uideri historiam suorum temporum significasse: namque  
Domitianus (ut auctor est Tranquillus) fecit ludos saeculares computata temporum ratione: ab anno non quo  
Claudius proxime: sed quo olim Augustus ediderat. Claudius enim ludos & ipse fecerat saeculares: iter  
quos & diui Augusti ludos: sexaginta tres non amplius anni interfuerunt: ut tradit Plynius in. vii. quo cir-  
ca inter saeculares Claudii & Domitiani non legitimum saeculi spatium interfuisse cognoscimus: sed annos  
plus minus. xl. medio interuallo esse colligimus: cum a saecularibus Augusti: ad saeculares Domitiani ra-  
tio temporis legitimi computata conueniat: & ita hic erit Martialis sensus ut matrona in epitaphio dicat se  
bis interfuisse ludis saecularibus. scilicet illis quos Claudius: & his quos Domitianus ediderunt interuallo an-  
no: circiter. xl. Unde proculdubio asserimus Martialem significare uoluisse matronam tam diu uixisse: ut bis  
saeculares ludos spectare potuerit: inter quos non longa saecula interfuerunt. Sicuti idonei scriptores af-  
firmant quosdam histriones saltasse utrisque saecularibus ludis: & diui Augusti: & quos fecit Claudius Caesar.  
Non possum non uehementer admirari uiros eruditos: & magnae in litteris auctoritatis uersum Martia.  
ita exposuisse: ut intelligant sexagesimum annum significari: & aiunt trigesimo quoque anno sacra celebra-  
ri solita in terento Romano. In qua interpretatione duplex est error manifestari: unus quod nullo ido-  
neo auctore confirmant ludos terentinos fieri solitos singulis tricenis annis: alter quod esset si id uerum esset  
quod affirmant. non tamen uersus epigrammatici poetae id significaret: quod interpretatur. Nam si uerum  
esset quod minime uerum esse concedo: ut trigesimo quoque anno ludi fierent in Romano terento: non tam  
necessum esset eam expleuisse annum sexagesimum: quae bis id ludici genus spectasset. nam postquam nata  
fuerat adhuc infans potuit uidisse: & deinde post annos. xxx. iterum spectasse. adeo ut quae sexagesimum  
expleuerit annum: potuerit non bis: sed ter interfuisse spectaculis: quae trigesimo quoque anno fieri con-  
sueuerunt: sententia poetae haec est matronae uitam bis spectatam fuisse in ludis saecularibus: siue terentinis  
uel quod tot annos uixerat. quot inter binos ludos saeculares intersunt: uel quod uerius esse existimo: quia saecula-  
res ludos spectauit: & quos Claudius: & quos Domitia. fecerit non obseruato saeculi interuallo. De hoc  
terento meminit Papi. in siluis illo uersu. Aut instaurati peccauerit ara terenti.

HEXDECASYLLABON eiusdem poetae sic incipit: Ride si sapis o puella ride. Pelignus puto dixerat poeta  
extimant Martialis enarratores hoc dictum esse propter illam Ouidii sententiam: quae est in libris de arte ama-  
di. Sin modici risus paruus: utrinque lacuna. Ego uero legi apud Martianum capellam in libro de astrolo-  
gia hoc hendecasyllabon ipsius esse Nasonis: uerba Martiani haec sunt. Peligni de caetero iuuenis uersiculo  
respice: & in tragicum corrugata. Ride si sapis o puella ride: his Martiani uerbis perspicuum est: uersiculum  
istum ab Ouidio fuisse ita perscriptum sicuti a Martiale repetitus est & (ut opinor) in tragodia Oui. Cui  
titulus est media legebat: quam scripsit magna cum laude: quam ita laudat Quin. n. x. Medea Ouidii mihi  
uidet ostendere quantum uir ille praestare potuerit: si ingenio suo temperare quam indulgere maluisset.

ET USDEM est ille Phalacii: Iuro per syrios tibi tumores. quae solet quod per syrios tumores sit iusiur-  
randum: nota sunt: quae ab interpretibus tradunt asserentibus illud: tumores referendum esse ad syrios naturas:  
qui sunt tumetes. Ego uero existimo iusiurandum esse per illos tumores: atque uibices: quae in corporibus  
deae syriae sacerdotum. primum ex prospectu gladio: primum ex ictu flagrorum conspiciunt. Graphice enim & lucule-  
te Apuleius in. 2. Asini aurei fanaticam religionem deae syriae describit: quae oipotetes & oipates dea cognoscit.  
Cuius sacerdotes erant semiuiri effoeminati cinædi: qui brachia renudata gladiis: securibusque sibi met deseca-  
bant: & moribus musculos incurfabant: & flagro tali: ouium tesserato tumetia membra cedebant: per illos nunc tu-  
mores iurat poeta: quos in sacris deae syriae sacerdotes fanatici suis met corpibus quisque inferebant: quem ad  
modum etiam iurat per berecynthios furores: hoc est per illam furibundam bacchationem: quam galli. i. sacerdotes cy-  
beleii lymphata mente agitabant: uirilia sibi met amputantes. Sunt enim communia & fere eadem numina cybele  
& dea syria. Et ut inquit Augustus in. 7. de ciuitate dei: non absurde multas deas reuocant ad unam: ut non tam sint  
deae multae: quam multa unius nomina. Quocirca existimo Ouidium in Fastis has deas appellasse palaestinas per-  
inde ac furias. Quae scilicet in syria: ubi palaeestina est colebantur. ubi dea syria furorem incutit suis cultori-  
bus: ubi sacra omnia fiunt plena furibundae bacchationis. Interpretes Ouidii nescio quid dictum mihi  
meque conueniens tradit de deabus palaestinis.

APVD Eudem in apophoretis: lemma est graphiarium: cui subiicit hic uersus. Haec tibi erunt armata suo  
graphiarie ferro: ubi graphiarium: & graphiaria non sunt pro stilis ferreis accipienda: quae graphia nu-  
cupantur. Sed pro repositoriis graphiorum: quemadmodum panarium panis & granarium in quo gra-  
na recundunt. & armamentarium: ubi naues reponunt: eadem ratione graphiarium dicimus thecam rece-  
ptaculumque graphiorum. id quod & ipsius poetae uersus si quis penitus introspexerit: aperte significat. Nam  
cum inquit graphiaria armata esse suo ferro: nonne indicat ipsum (ut ita dicamus) loculam etiam: quo gra-  
phia recundunt futurum armatum atque instructum suo ferro: hoc est stilis ferreis. i. ipsis graphiis: quae in-  
star armorum sunt: ita ut olim Caesar dictator brachium Cascae percussoris graphio trajecerit. Absur-

da & illepidam mediussidius foret poetæ locutio: si graphiaria pro graphiis acciperemus: quod enim tam absurde: atque inuenuste dici posset: quod stilos ferreos hoc est graphia armari suo ferro cum non ipsum graphium eleganter armari dicatur semetipso: sed id quod ad graphium continet uenustissime suis telis armatum esse dicatur tranquillo repositoria graphioꝝ thecæ graphiaria appellant. Illud quoque distichon Non sum talos numero par tessera: non satis erudite: qui eruditionis nomine plurimum gloriantur: enarrauerunt: non enim poeta eo in loco loquitur de numero punctos: tanquam in talo plurimum tessera sint pauciora. sed de numero talos & tesserarum: quo in alea ueteres utebantur. nam cum tribus tessellis luderetur: sicut etiam hac tempestate in foro aleatorio ludere consueuerunt: talos quattuor iaciebant in ludo talario: quod ex Ciceronis lectione obseruauimus ita scribentis in primo de diuinatione. Quattuor tali iacti casu uenerunt efficiunt: nam etiam centum ueneros si quadringenta talos ieceris: casu futuros putas. idem alibi ait: dixisti multa de casu: ut uenerum est ab oratio uenus dicitur eo uersu: quem uenus arbitrum dicit bibendi: & dixit Augustus. Qui uenerum iecerat tollebat uniuersos nummos tessera græce cubus notatur: sic ut græci talum astragalum dixerunt: quis astragalus in alia quoque significatione accipitur: sicut apud homeros: qui scribit in x. odyssæ. Elpeora lapsi scalarum exanimatum esse: cum fregisset astragalum: hoc est ipsam iuguli coniuncturam. Polycletus auctore Plynio lib. xxxiiii. fecit talis pueros ludentes: qui uocantur astragalizontes. Celebratur illud ylandri spartani apud græcos scriptores apothegma: uiros fallendos esse iureiurando: pueros uero astragalos: Sed de talis & uenerum dictum a nobis quoque est in commentariis Propertii satis copiose.

IN Q. VIBVS DAM Plynianis annotationibus quas pene per edidi Ceretanas pernas a Martiale nominari scripsit: non propter cerites ethuriam populos: sicut tradi solet. Sed propter ceretanos: quos Plynus & Strabo in hispania esse dixerunt: a quibus multifariam perna conuenit. carabris per quam similes puertum non medio crem hominibus exhibentes: apud quos uina quoque generosa nascebantur: de quibus dixit idem Martialis. Ceretana nepos ponat setina putabis: de quo genere uini loquitur Plynus. xiiii. quem locum mendosum ita emendauimus. nam cum in omnibus passim codicibus legeretur Ceterano inter Gallias consistit auctoritas nos emendauimus ceretano. & ita ceretanas pernas & uina ceretana nominari. Scito a Martiale non ab ethruscis ceretibus. Sed ab Hispanis Ceretanis.

APVD Iuuenalem in Satyra. Quis nescit uolusi uersus est: qui tanquam facilis & manifestus ab enarratoribus præteriti solet: in quo tamen sensus est archanus ex prisca Romanoꝝ consuetudine traductus: uerba poetæ hæc sunt: uel terra claudis infans: & minor igne rogi. enim uero nemo est qui existimet huic loco ullum sensum occultiore subesse: cum tamen subit: namque unica Plynii sententia hunc locum declarari obseruauimus: quod scribit in septimo naturalis historiae more gentium non esse hominem. priusquam genito dente cremari: ex quibus uerbis hoc satyrici poetæ dictum interpretamur: quod natura iubente geminus: cum infans humanus: qui nondum genito dente cremari non meruit: & ob hoc minor igne rogi eleganter nuncupatur: quia. scilicet nondum ad id peruenit ætatis: quod rogali flamma comburi possit. ideoque minor igne rogi est non ut quidam autumat quod flamma crematus in cineres diminutus redigatur: & hoc poeta furtim inuasisse uidetur: cum dixit. uel terra claudis infans: quoniam. scilicet infantes humabantur: hoc est humo contegebantur: nec eorum cadavera: sicuti uiroꝝ cremabantur. Scribit Placidas: quod huic loco peruenit suggestaria dicta fuisse antiquitus sepulchra infantium: qui necdum xl. dies conpleuissent: cum nec busta dici potuerint: quia ossa quæ comburerentur non erant nec tanta magnitudo cadaveris: quæ loco tumesceret: sed in his & id genus aliis opus est iudicio: quo nil in omni doctrinarum genere præstantius est: cui primas: secundas: & tertias in studiis litterarum merito concesserimus: id quod Demosthenes in eloquentia pronuntiationi tribuebat.

ILLVD in prima satyria: criminibus debet hortos: non id significat: quod uulgo dici solet: sed hoc homines qui per uirtute diuites efficiuntur: debent eas diuitias uirtuti: qui uero per flagitia & crimina fiunt opulenti: illi criminibus debent illas opulencias. Iuuenalis igitur significare uolens. uirtutem Romæ fuisse contemptibilem: per scelera uero diuitias parari: adeo ut mali diuitiores essent boni. ait criminibus debet hortos: hoc est hi: qui habent hortos exultos: magna pretoria. messas citreas: & id genus bona luculenta cebet a criminibus: quia sunt illa per fraudes & per crimina assequuti: qui criminibus exponunt pro hominibus criminosis: elegantiam eloquentionis non adamussum perstitarunt. talis est locutio apud Lucanum: apud quem ita ait in quinto caesar ad amictam nauam: non ultra cuncta carinae debebis: & alibi a Iuuenale dictum est: propter honores: quos illis damus ac dedimus quibus omnia debes. Translatio est sumpta debitorum: qui debet creditori pecuniam. quam ab illo mutuo accepit. Scribit Cornelius Tacitus Tigillinum uitium adeptum esse primam uirtutum. ergo Tigillinus uitium debebat præfecturam uigilum: & prætorii aliaque ornamenta quæ uitium erat consuetus.

APVD eundem in satyra. Et spes & ratio. uersus hic est. Qui uenit ad dubium gradum cum codice nomine. Cuius hanc ego arbitror esse sententiam. ut dicat poeta. Causidicos magna sonare: cum a debitorum: qui acrior est creditore conducuntur: qui quidem debitor uenit ad debitum dubiosum diluendum. cum codice. scilicet accepit & expensum: & ita nomen hoc in loco pro debito accipimus. Sicuti apud Oratium. Cautos nominibus certis expendere nummos & alibi. Notia sectatur modo sumpta ueste uirili Sub patribus ducas tyronum. Notia dicitur tituli debitorum: perferunt in his debitis: in quibus hominum notia scripta sunt: quibus pecuniam commodate sunt: & ita notia debitorum: uel debitorum significare docet Asconius. apud iuriscosultos notia sapissime leges pro debitis: debitoribusque usurpari. scelerator alphius: ut inquit luculente Columella: dicere solebat bona notia interdum fieri malasse

nunquam

nunquam ite  
parua r  
psolue  
mus. Si  
sexterti  
& expe  
pta & e  
paulop  
gedun  
ubi mi  
sunt. C  
nullius  
quif. se  
si tanti  
fercaul  
AP  
apto c  
ro sigi  
memo  
transff  
los fru  
in urb  
apud l  
dada  
exhib  
Sed e  
ror ip  
frena  
impu  
tus co  
ma c  
nis ex  
solet  
frena  
tilib  
IL  
existi  
eag  
ro co  
rara  
sunt  
a cor  
conc  
ita se  
se ita  
ab a  
nea  
II  
occe  
turn  
uissi  
sup  
tio  
mis  
alia  
bo  
na  
me

nūq̄ iterpelles. & Ci. in orōne pro Rosio eodē mō in eodē significatu Noīa accepit: sic scribēs nō refert parua noīa in codices: imo oīs sūmas idē in ep̄la quadā ad Atticū: p̄feci iquit ut salaminii totum nomē p̄soluerent. Codicē uero nō pro uolumine legum in hoc satyrici poetæ loco dictū esse existimare debemus. Sed pro tabulis In quib⁹ accepti & expēsi rōnes p̄scribunt: de quo ita loquitur Cicero: Quomodo sextertia. cccliii. in codice accepti & expēsi nō sunt: idem alibi ait. utrum cetera noīa in codicem accepti & expēsi gesta habes an nō. Debitor igit̄ qui in ius uocat̄ creditore: uenit cū grandi codice: in quo accepta & expēsa p̄scripta sunt: ad nomē: hoc est debitū explicādum: qd̄ dubiū & incertū erat illud quoq; qd̄ paulopost subsequit̄ in eadē satyria: ita passim legit̄. Parte alia folū rus sati pone lacertæ: ego existimo legēdum eē rus Sisapone lacertæ: & ita in uetusto codice scriptū deprēdi: est aut̄ Sisapo locus ī Hispania: ubi miniū celeberrimū nascebat: qd̄ docet Plynio lib. xxxiii. laudās miniaria Sisaponēsia. uerba Plynio. hæc sunt. Celeberrimū miniū ex Sisaponēsi regione bethyca miniario metallo: uet̄ galib⁹ populi Romani nullius rei diligētiore custodia: idem alibi ait: Sisaponēsi bus miniariis suæ uenæ harēa sine argēto excoquit̄. Sensus poetæ est rus exiguū nō in Italia sed in puincia: & ea qd̄ longinqua: hoc ē regiōe Sisaponēsi tantū dē ualere: quātū patrimonia centum cauidicos: ex quo colligimus Iuuenalē demonstrare uoluit: se: cauidicos Romæ tenuissimum quæsticulum: lucellumq; suis fecisse temporibus.

APVD Eūdē uersus est hic cūctis in ore. Traslatu sup̄ito ad marsos mēsamq; sabellā. Quē uersus ex apto obscurū: ex explicato implicatissimū (ut mihi uidet̄) cōmētatores efficiūt. historiā de Curio dentaro significari existimātes: cum poetæ sensus sit simplex: nec ad ullā historiam referēdus: qui adhuc maxī memodū enarrandus est. Romæ pudet hoīes cōenare fictilibus: qui si repente ad marsos: aut ad sabellos transferant̄ minime hoc sibi esse turpe existimabūt: qm̄ scilicet Romæ delicatius: apud Marsos & Sabellos frugalius uiuūt atq; rusticius: & ita uulgo loqui cōsueuimus: ut dicamus pudere nos uti uasis fictilib⁹ in urbe: quibus ruri si uteremur: nulli turpitudini & probro essemus obnoxii. quæ de Curio dicūtur: nec apud historicos legunt̄: nec huic loco sunt accōmodata. Multa sunt apd̄ eūdē: nō difficili sed subtili enodāda interpretatione. Sicut illud: p̄do caballoꝝ p̄tor feder: ubi satyricæ & urbane p̄tori: q̄ p̄sident ludis exhibēdis caballoꝝ p̄donē appellat̄: p̄pterea q̄ palma p̄mioꝝ fraudat meritos equos: & non ex æquo. Sed ex animi libidine hunc & illū iudicat eē uictorē: q̄ minime brauiū meruerūt: unde p̄do quasi spolia tor ipsoꝝ equoꝝ: quib⁹ nō dat meritos honores: elegāter appellat̄. illud quoq; mittent̄ braccæ: cultelli: frenæ: flagellū: nō ita exponere cōsueuim⁹: itaq; dicat hæc munuscula puerilia mitti ei q̄ Romæ factus sit impudicus & effœminatus: sed potius existimamus sensum eē cōtrariū: qui unico illo uerbo Mittent̄: totus cōtinet̄. nāq; significare uolēs cōmēcio Romanor̄ pegrinos adolescētulos cōtamariari: ait illos Romæ corruptos effœminatosq; factos & amatorib⁹ indulgētēs: omisso: esse patriū habitū: & sue regionis exercitationes & ita Mittentur: exponemus: pro omittentur: sicut apud eruditos sæpissime usurpari solent̄: hic erit sensus omittent̄: & relinquent̄ braccæ hoc est nestimēta: quib⁹ utunt̄ in prima: & cultelli frenæ: flagellū: hoc est studia exercēdoꝝ equoꝝ: & uiril disciplina dedisces & pro morib⁹ patriis: atq; uirilib⁹ institutis in primā Romanos mores reportabunt: qui sunt p̄ditissimi & p̄fligatissimi.

ILLIUS Quoq; in p̄sentia uersus in mentē uenit: Turgida nec p̄destim pyxide cōdita lyde: quo uersu existimo significat̄ fœmina noīe Lyde: quæ medicamēta gestabat in pyxidib⁹ instar pharmacopolatum eaq; uēditabat matrimoniis sterilib⁹ tanq̄ accōmodata ad fœcunditatē iuuandā. Turgida elegāti epitheto cognōiat̄: quasi corpulenta & uentriosa. Sicut Plauto nuncupat̄ doliaris clauda: crassa: a Terētio canara suffarcinata: a Persio pannutia baucis: ab Oratio pyrria uinosa. hæc enim epitheta anib⁹ & uetulis sunt accōmodata: ut inqt̄ Donatus. Conditā pyxidē uocat̄ medicamētis refertā: quæ dictio a cōdio: nō a condo deducit̄. ideoq; p̄nunciandū est: media syllaba p̄ducta. & ita uersus legēdus. Turgida nec p̄dest condita pyxide lyde: ubi condita septimus est casus: & cum pyxide copulat̄. Ego nuperrime uersū istum ita scriptum legi in uetusto codice: & olim Angelus policianus latine græceq; doctissimus mihi rettulit se ita locum istum in syncere fidei libro scriptum animaduertisse: quæ de aranea dici solent neq; tradunt̄ ab auctoribus idoneis: neq; conueniunt: & nimis affectate ne dicam subabsurde Turgida lyde: pro aranea diceretur: cum neq; epitheton conueniat: & nomen sit remotissimum.

ILLVD Quoq; p̄tereundum non est: quod ab eodem dictū est: & per quā doctē: & per quā elegāter: oculum ue tege ut curia martis harenis: signat enim quasi transeunter morem eo pagitarum: qui taciturni iudicia peragebant: id quod obseruauimus ex Macrobio lectione: cuius uerba sunt hæc ex libro nouissimo Saturnalium: nam sicut apud Athenas Areopagite tacentes iudicant: ita inter epulas oportet superfleri: ad hoc alludens Iuuenalis dixit: Archanum esse occulendum & tegendum: sicuti cum silentio occuluntur & teguntur iudicia areopagitarum.

APVD Papinium Statiū hendecasyllabon est multiugæ eruditionis refertissimū: in quo illud in primis indiget interpretationis Nunq̄ turbine cōditus ruēti prunoꝝ glob⁹ atq; cotanoꝝ: quē locū: ut pleraq; alia qd̄ arrogāter minime dictū uelim) nos primi enodauimus. uoluit enī poeta īgeniosus quoddā uerbosū iuolucro circūscribere uasculi illi⁹ formā: quo pruna: & cotana iter saturnalia xeniola misitabant nā turbine recti figura (ut docētē Plynio didicimus) metæ cōtraria est: quæ cū ab imo lata acutū cacumē fastigiet: cōtrario turbis effigies ī imo ē angustissima: sūmo latissima: q̄lis ē figura pyroꝝ: cotana

autem quæ sunt genere ficoꝝ mittebant in uasculis: quoꝝ forma instar metæ est quod idicat. distichon illud Martialis: Hæc tibi quæ tota uenerunt cõdita metæ. Si maiora foret cotana ficus erat. ubi torta meta significat receptaculum cotanoꝝ: ad effigiem metæ figuratū: neq; metæ legendū est sicuti pleriq; oēs legere cõsueuerūt. Papinius ergo uolens oñdere potuisse sibi pro munusculo saturnalitio ab amico mitti globū cotanoꝝ prunorūq; conditū in uasculo ad instar metæ figuratō. nō metam aperte noīauit: ut Martialis: sed turbinē uentē p metā itelligi uoluit: quod subobscure quidē: sed elegāter & uenuste nimis dictū est. nā cum turbo rectus cōtrarius sit metæ: Turbo ruēs pculdubio erit metæ simillimus. Scribit Plynius in secūdo: qd in primis nostræ sentētiæ astipulant: figurā umbræ terræ similē eē metæ ac turbini inuerso qñ mucrone tm̄ ingruat: & ita Martialis atq; Papinius: utpote synchroni alter aperte: alter p circuitū uerboꝝ loquētes: idem tm̄ dicūt: ecōtrario Columella significare uolens figuram turbinis recti dixit in. x. saccus iuersa metæ similis: qualis est quo uinum liquat. Quæ dicunt a cōmētatoribꝰ de turbine uenti plane ruūt: & ab opione poete dilabunt. Sicut in eadem Silua illud non satis p̄fisculate editū est: chartæ thebaicæ uel caryceæ: autumant enim thebaicas epitheton esse chartarū & pro ægyptiacis exponunt: ego opinor a Papinio trium rerum in eo uersiculo fieri mentionē: uidelicet chartarum & carycarū quæ duo nota sunt: & thebaicarum quod ignotus est: sunt aut̄ thebaicæ generosiores palmæ: Plynius in quintodecimo. Crusta thebaicæ placent: succo una & carycæ. idem in. xxiii. succum decoctæ antiqui pro hydromelite dabant ægris ad uires reparandas sitim sedandā: in quem usum præferebāt thebaicas: ab eodem alibi thebaides noīant: qui. xiii. de palmis scribēs inquit in totam arentes thebaides: & alibi thebaidis fructus ī cados condit. Præterea structura ipsa textusq; uerboꝝ in hendecasyllabo Papinii insinuare uidet: nō esse thebaicæ pro adiectiuo accipiendū. sed pro substantiuo: huc adde q̄ iter munuscula saturnalia palmæ in primis mittebant. id quod epigramatarii poete uersibus notum est: & Qui dii testimonio ita scribētis: Quid uult palma sibi rugosaq; caryca: dixi Itaq; cū in tota Papinii silua pleraq; oīa enumerent. quæ in saturnalibus ultro citroq; mitti solita erant: neq; usq; dactyli aut cariotides q̄ sunt palmarū fructus noīent: pculdubio noīe thebaicarū palmas significasse contendet: plura tamen ad hoc afferendū dicere sup̄sedeo: cum euidenter sit: & quid ab interpretibus dicat: & quid a nobis: utrū ergo uidebitur cuiq; pbabilius: eo utat. Illo uero haud quaq; oculis conuenientibus est transeundū: quod ī eadem silua cocleas pro testudinibus interpretant: ubi hoīum alioquin eruditoꝝ desidero diligentia: nō aīaduertētium cocleas eo in loco nequaq; posse accipi pro testudine: etiā si coclearū noīe testudines significarentur: nam cum poeta amicū sordidæ auaritiæ criminari uellet: utpote nulla munuscula remittentem: oñdit nec ea quidē: quæ uilissima sunt: & nullo p̄cio cēsens: sibi mistasse: qualia sunt oua: pilea: lardum: p̄na: lucanica: & id genus multa: inter quæ cocleas quoq; enumerat: quæ paruo cōstant: quæ a clientibus ad paternos mittebant: unde ait Martialis: saturnalia munuscula recēsens: cum bulbis cocleisq; cafeoq; testudo uero: testudinisq; putamina erant in magna estimatione: & solis usurpata diuitibus: quæ a luxuriosis in mari quærebant: quæ secabant in laminas: & his lectos: & repositoria uestiebant: sicuti docet Plynius in. ix. & in. xvi. cuiꝰ uerba hæc sunt: placuit materiē in mari quæri: testudo in hoc secta nupq; portentosis ingeniis: principatu Neronis inuentū: ut pigmentis pderet se: plurisq; ueniret imitata lignū: sic lecti precio quærunf: ita lignū: emi testudinē facit. Hactenus Plynius: inde scriptum est a iuriconsul. ro digestis de suppellestile legata: nūc ex ebore & testudine suppellestile utunt. Hæc est illa luxuries quæ satyrice Iuuenalis incessit his uersibus. Qualis in oceani fluctu testudo nataret. Clarū troiugenis factura & nobile fulcrū. Idem alibi suppellestilē nobile signans. ait. atq; ebore & lata testudine. & a Martiale: dictum est testudinē exaclinō: ut opinor: a luxurioso putamine: ex quo conficiebant. Quicqd igitur in hoc loco referunt enarratores de testudine mecū facit: & aduersus ipsos reclamitat: cum poeta illic uilia tātū modo munuscula noīet: qualia sibi cōueniebāt. Testudines aut̄ iter preciosa munera antiquitus enumerabant. Dum uero ait cynipheis rigata campis. cocleas a regione laudauit: itelligēs africanas quæ sunt laudatissime: quarū cibus stomacho medet. post africanas laudant astypalescæ cocleæ: & siculæ: & ex insulis capearū: auctor Plynius in. xxx. naturalis historia: in eodem hendecasyllabo error est nō magna rei manifestus. Quē errorē eē poterit agnoscere nō aliquis eruditoꝝ: sed qui tantūmodo rōnem metricam calluerit: ita enim legunt hunc uersum cōmentatores. Quantum uel dare cereos arentes: ex qua lectione phalæcius aperte claudicans efficitur in penultimo pede: quocirca emendandum ita est: sicut etiā in bonis codicibus scriptum legimus. Quantum uel dare cereos olentes: quod epitheton cereis accōmodatissimū est: & nulla efficitur phalæcii carminis præuaticio.

APVD Fundē in tertio siluæ: silua est plena eruditionis & indiga interpretationis: in cuius enarratiōe interpretes eruditis auribus nō satisfaciunt: & in eo potissimū loco: ubi de nilotico incremēto loquēs inquit: cur uada desidat & ripa coerceat undas cecropio stagnata luto: quem locum, omissis aliog; interpretamētis: ita enarrabimus: prout a Francisco puteolano p̄ceptore nostro uiro eruditissimo didicimusq; primus ut arbitror hunc nodū enodauit: qui Bononiæ litteras litteratas professus est: explosis triuialibꝰ nugatoriisq; grāmatistarū præstigiis: quæ melius est non didicisse: igitur q̄ & ingenio maximo & doctrina non mediocri præditus: & in rebus diiudicandis dubiis excellit: ita uersum Papinii enarrare solebat: ut diceret id significari a poeta: quod scribit Plynius in. x. qui loquens de nidificantibus auibus: luculentissime

tiffim  
euag:  
set. in  
dines  
bis pl  
stagn  
cropi:  
gante  
sequi  
ratorē  
facere  
niisq;  
mo pl  
rum li  
libro  
ad int  
ptiaci  
plina  
cuisse

In  
quod  
gendi  
uerbia  
lus &  
usus e  
ater. E  
ieci. N  
illo di  
remif  
est sic  
ui adh  
libros  
re ball

In e  
folet t  
comp  
ob ho  
specul  
ganti  
ideo it  
in hoc  
loco p  
quæ il  
at. uer  
sulere  
errore  
decasy  
igitur  
sodalit  
lum: et

Ap  
gendu  
tato it  
mum:  
dalur  
& dio  
chitect  
Aufon  
Aufon

tissime



tissime refert: quemadmodum hirundines in ægypti heracleotico hostio molem continuatione nidore euaganti nilo inexpugnabilem opponunt. stadii fere unius spatio: quod humano opere perfici non posset. in eadem ægypto iuxta oppidum Copton insula est sacra deæ isidi. quam ne laceret idem nilus hirundines muniunt opere incipientibus uernis diebus: palea & stramento rostro firmantes: ex his Plinii uerbis planum fit: ut dicere solebat preceptor meus: cur a papinio dicatur: quod ripa nilotica undas coerceat: stagnata luto cecropio: hoc est munita nidis hirundinum luteis: quæ propter fabulam notissimam cecropiæ & attides cognominantur: illa itaque continuatio nidorum: qui ex luto contexti sunt in ripa euagantem nilum coercent per unius stadii longitudinem: id enim spacium occupant nidi hirundinini. Subsequitur in eodem papinii uersu: Cur in uida memphis causa quæri solet inuidiæ memphiticæ: commentatores nescio quid de Api memorant minime consentaneum. in uida nuncupari uidetur: propterea quod sacerdotes memphitici: qui philosophiæ & astronomiæ dediti erant in rerum scientia cælestium cerimonisq; mysticis præcellerant: fuerunt incommunicabiles nec dogmata disciplinaq; aliis cõmostrabant: immo plurima occultabant: author strabo libro ultimo geographiæ: præterea libri sacerdotum ægyptiaco libro ultimo de asino aureo qui & ipse initiatus prophanorũ muniti essent: sicuti docet Apuleius ad intelligentias prophanorum: ob hoc dicta est: ut opinor a papinio in uida memphis: quoniam. scilicet ægyptiaci sacerdotes: tanquã inuidetia & liuore agitati nolint cõmunicare cum externis suas ceremonias discipulisq; sacrorum: quamuis alioquin exorati nonnullos græcorum uiros in philosophia præstantes docuisse ferantur: sicuti Pythagoram Eudoxum: atq; Platonem.

In epigramatis Catullianis: carmen est in cæsarem: quo uetus prouerbiũ exprimitur: si probe legatur quod pleriq; uiri alioquin eruditi sic legunt: Nec si orem utrum sis saluus an alter homo: Nos uero ita legendum esse affirmamus: ut in pbatissimis codicibus legimus. Albus: an ater homo: per quæ uerba prouerbialiter significat Catullus: se nihil facere: utrum cæsar bonus sit an albus bonus & liberalis: ater manus & sordidus significatur: sicuti interpretatur porphyrio Apud oratium: qui & ipse in secundo epistolarũ usus est hac prouerbiali elocutione illo uersu: mortalis in unumquodq; caput uultu mutabilis albus: & ater. Et hæc est illa catulliana mordacitas: quam signauit subobscurè Quintilianus in. xi. cuius uerba subieci. Negat se magnificere aliquis poetarũ utrũ cæsar sit ater: an albus homo: insania uerterat id cæsar de illo dixerit: arrogantia est. ex his Quintiliani uerbis colligimus hoc dictũ fuisse a poeta in Catullo Cæsarem: isto uersiculo: & ita legendũ: albus: an ater homo quod prouerbiale dictũ apud eruditos frequens est sicut apud Apuleium: qui ita scribit in apologia etiam libetè te nuper usq; albus an ater esses ignoraui adhuc hercle non satis noui. Et apud diuum Hieronymum: qui non minus diligenter ethnicorum libros lestitauit: quæ ecclesiasticis dogmatibus incubuit: scriptum legimus in libro contra heluidium. Quare balbutis & erubescis. Albus ut aiunt ater ue scis nescio.

In eiusdẽ poetæ hendecasyllabo: hi duo uersiculi lestitantur: non est sana puella: nec rogare qualis sit solet hæc imaginofum: quibus uenuste & festiuiuer poeta significat puellam ut pote sane mētis minime compotem: nusq; speculum contemplari: ut ex eius inspectione cognoscat: qualis ipsa sit. Specula enim ob hoc inuenta sunt sicuti scribit seneca libro primo quæstionum: ut homo ipse se nosceret. de formis in speculo: ut sciret redimendum esse uirtutibus: quicquid corpori deesset. Speculum nouo quidem sed eleganti uocabulo: imaginofum Catullus appellat ab imaginib⁹. scilicet quæ in speculo numerosæ uisunt ideo in speculo uno imagines unius rei plures appareant: inde imaginare dicitur speculum: quo uerbo in hoc significatu usus est gellius. sic scribens in decimoquinto noctium atticarum. Speculum in certo loco positum nihil imaginat: aliorum translatum facit imagines. Illa igitur dicitur rogare speculum: quæ illud consulit: illud interrogat subinde spectaculo: qualis sit: & utrum formosa an deformis appareat. uerba autem Catulli sic ordinatur: non est sana puella: nec solet hæc rogare imaginofum: hoc est cõsulere speculum: qualis sit utrum formositate conspicua: an deformitate monstrabilis. Apud eundem errorem leniculæ rei quem cognoscere possit quis qui modo regulas metricas percalluerit. namq; in hẽ decasyllabo claudicat ille uersus claudicatione secũdi pedis: manifestaria. Ginna est grauis: sibi parauit igitur legendũ cinna est Caius is sibi parauit & intelligendũ de cinna: cuius præconem erat Caius: & ita sodalis catulli significatur: qui dicebat caius cinna. Quod autem caius dictio trisyllaba sit: & faciat dactylumietiam pueri sciunt: & docet illud martialis carmen: non maius quã ter caius esse tuus.

Apud tibullum: quæri solet super eo uersu: etiam phœbo gratissima dona cres tulit: quis nam intelligendus ille cres sit: quod phœbo gratissima dona dicauerit: nos unico Aufonii uersiculo diligentissime p̄sistato indubitanter de dædalo dictum esse affirmamus: qui ut carminibus poetarum notum est. & potissimum: Virgiliũ: remigium alarum phœbo cumano consecrauit Sed non pauci reclamant asserentes Dædalum atheniẽsem fuisse non cretensem. nos uero non inficiamur: eum atticum fuisse. id quod historici & diodoros in. v. testant. Sed cretem dicimus a tibullo nominari: quia cretæ uixit cretæ floruit: Cretæ architecturam in primis exercuit: labyrintho illo memoratissimo ex ædificato: unde & cres dictus est ab Aufonio: Cuius autoritate fulti hunc locum tibulli ad dædalum inferri debere asseueramus: uersus Aufonii hic est in monosyllabis: præpetibus pennis super aerea uestus homo cres.

Apud Lucanum in tertio pharfaliæ uersus est: quæ nos primi sicut multa alia enodauimus: quod tamen sine arrogantiâ dictum sit. Lucani uersum subieciimus: ut facilius nostra interpretatio: qualis sit percipiatur. pontus & herculeis aufertur gloria mentis. Qui hæcenus Lucanum professi sunt sic exposuerunt: ut dicerent ita ab Alexandro magno positas fuisse in ponto euxino aras: pro metis terminisq; expeditio num: sicuti ab hercule in mari gaditano colunæ positæ fuisse feruntur: nec quisq; est: qui nō existimet hoc a Lucano significari: & hanc sententiam optime quadrare. Sed profecto longe aliud est: q̄ quod opinantur. uoluit enim Lucanus illorum scriptorum opinionem significare qui maria omnia interiora nasci existimauerunt non a freto gaditano: sicuti pleriq; omnes affirmant. Sed a ponto euxino. Cuius opinio. nis haud in probabile argumentum est: quoniâ æstus semper e ponto profluens nunq̄ reciprocatur ad eundem. Sicuti Solinus: & Plinius tradiderunt. sensus itaq; Lucani hic erit: p̄otum euxinum auferre illâ gloriam metis herculeis: quæ scilicet est uulgatissima: herculem Abylam: quæ in africa est: & calpē quæ in hispania: iunctos olim colles diremisit: atq; ita maria mediterranea admissa fuisse: ideo autem p̄otus euxinus auferre dicitur hanc gloriam herculi. quia maria omnia interiora illo capite nascuntur: nō a gaditano freto: & ita hæc gloria admissi intra terras oceanii: erit ponto euxinio nō herculi ascribēda: quod expressius significare uolens Lucanus subiunxit: oceanūq; negat solas exmittere gades: hanc unicum eē uerāq; poetæ sententiā diligēs: & subtilis lector agnoscat. Si modo nō sit aure neq; hispida neq; agrestis.

Idem ait in primo: mensasq; priores aspernata fames: quem locum grammaticaliter exponentes mensas pro cibariis interpretantur: nos uero dicimus a poeta luxum romanorum acerbè castigari: qui fastiditis frugalitatis prisca moribus mensas preciosas. usq; ab extrema mauritania petebant: quæ citrea a scriptoribus cognominantur: quarum extimationem auro æquiparat uel potius anteponebat epigrammaticus poeta: qui de mensa citrea loquens ait: Accipe foelices atlantica munera siluas: Aurea qui dederit dona minora dabit: hæc sunt illæ mensæ quas foemina uiris cōtra margaritas regebant: & olim Cetegeus mēsam citream libris quatuordecim permutauit lati fundi taxatione. si quis predia tanti mercari malint: unde a Plinio harum mensarum insania festiuo epitheto dicta est: qui in. xiii. multa de mensis citreis luculentissime prescribit. de his intellexit Strabo: sed scribens libro ultimo geographiæ. Mauritania arbores & multas & magnas habet. & omnia fert & mensas ex uno itegroq; ligno ac uarias romanis suppeditat pedes mensurarum citrearum eburneos facere eadem luxuria demonstrauit: unde ait Plinius in. xii. Iure luxuriæ eodem ebore numicium ora spectabantur: & mensurarum pedes: & idem sæpe Martialis ostendit: & a Iuuenale eleganter dictum est de mensis citreis eburnicos pedes habentibus. latos nisi sustinet orbis grande ebur de mensis citreis intellexit idē Lucanus in nono cū ait: Externo mensas epulasq; petiuius orbe. & idem alibi citreas mēsas appellat periphrasticos orbis sectos atlantide silua. Erant & mēsa antiquitus inter laudatas ebrusco nigrescentes: Argētearum quoq; mensarum usum apud romanos bonis fortunæ luxuriantes frequēs fuit. Quales autem essent mensæ illæ priores: quas femes delicatorum (ut inquit Lucanus) aspernabatur: docet Iuuenalis his uersibus. Illa dominatas nostraq; ex arbore mensas. Tempora uiderunt hos lignum stabat in usus. Annosam si forte nucem deiecerit eurus.

Quæstio est inter eruditos quānam historiā signauerit idem Lucanus his uersibus. O fortunati fugiens. quos barbarus hostis. Fontibus imixto strauit per rura ueneno. Multi multa cōmēti sunt: sed nullo idoneo autore consistentia. Nos existimamus hos uersus ad iubam & curionis milites esse referēdos scribit enim Appianus libro. ii. bellorum ciuiliū: cum Curio: qui Cæsarem in bello ciuili secutus est: ex Sicilia in Africam nauigasset: africanos quibus Iuba imperitabat ueneno aquas infecisse. quas cum biberent milites Curionis repente ægrotare cœperunt. & quædam quasi nebula illorum uisum obducebat somno caput inuadente: mox uomitus: deinde spasmus totum corpus affligebat. ex quo debilitatus est non modice: atq; uexatus omnis pene curionis exercitus. Lucanus ergo huiusce historiæ cōsciū barbarum hostem appellat Iubam: & illos aphros. qui fugientes aduentantem Curionem ueneno fontes letiferas: atq; aquas exitiales crediderunt: non absurde etiam referri hoc posset ad Iugurtam regem numidarum: qui qua uenturum Metellum romanum imperatorem: hostesq; romanos audiuerat: pabulū & aquarum fontes corrumpēbat: sicuti docet Salustius in Iugurta.

In illo quoq; Lucani poetæ uersu. Tresq; petūt ueram credi salamina carinæ. Existimo subesse sensum occultiore eruditiorēq; q̄ a grammaticis enarretur: talis est. olim inter athenienses & megarenses de proprietate salaminis insulæ. usq; ad interitum armis dimicatū est. tandem post multas ultro citroq; illatas clades & acceptas Lacedæmonii iudices & disceptatores electi fuerūt: qui rē cōtrouersiosam: hoc est Salamina adiudicārēt atheniēsis: quo quidē in iudicio Megarios ab atheniēsis uictos fuisse Homeri uersu traditū est: qui significat Aiacē salaminū naues suas atheniēsis iunxisse: quæ uersum solū ex industria tanq̄ subditū inseruisse fertur homerico poemati: ut ipsius poetæ testimonio cōprobaret insulā Salamina atheniēsiū a primordio fuisse. uersus Homeri hi sunt. Bis senis salamine aiac cū nauib'ibat Cecropidū quo castra loco posuere: phalāges. hæc a plutarcho strabōe. & diogene Laertio tradunt. Meminit huius quoq; exempli Quintilianus in. 5. docens autoritatē poetarū nō esse repudiandam. Igitur Lucanus uolēs historiā hanc magis signare q̄ scribere dixit. Tres naues Salaminioꝝ remansisse in Pyreō portu atheniensium: quæ docent Salamina credendam esse ueram & non ambigam: hoc est esse & anti-

tiquitus

tiquit  
sangu  
nostr  
AP  
su pla  
bus fi  
præu  
rant  
enim  
nibus  
tur ca  
fulm  
cebat  
& cal  
histo  
quit.  
Men  
impr  
ex au  
& pr  
uide  
apuc  
legit  
quat  
de ha  
gata  
conf  
num  
gere  
cet n  
spect  
buer  
ta fu  
L  
Mat  
Cæs  
gatu  
xit. A  
retu  
quo  
apuc  
cōta  
ne n  
(  
mus  
nib'  
usur  
hoc  
est p  
siast  
nō d  
uit.  
est. I  
sicut  
terū  
cyth  
est a  
scyt  
let:

tiquitus fuisse sub ditione imperioq; Atheniensium: non autem Megationum: qui non eum poeta sed sanguinem quoq; ipsum ac medullam (sicuti dici solet) introspicere uoluerit. Is profecto cognosceret hanc nostram interpretationem poetice adamussim conuenire sententiæ.

APVD Eundem in quinto pharsaliæ scriptum est: Nec cælo seruare licet tonat augure surdo: quo uer su plane signat poeta omnem augurum disciplinam omnemq; ritum prisorum in creandis magistrati bus fuisse sublato: posteaq; ad unum Cæsarem cuncta delata fuerunt: qui dictator: qui cōsul creatus est: præuaricatio omni iure auspiorum: in cōmentariis enim augurum scriptum erat: Ioue tonante fulgu rante: comitia populi habere nephas: hoc ut Cicero autumat: reipub. causa constitutum est. comitorum enim non habedorum causas esse uoluerunt. itaq; fulmen uitium solum est comitorum: quod idē om nibus rebus optimum auspiciū habebatur. si sinistrum fuisset: quando igitur comitia Romæ habeban tur causa magistratuum creātorum solebant augures de cælo seruare: hoc est diligenter inspicere si aut fulmen uidissent aut tonitrua audiissent: qua re per augures nunciata: illi magistratus uitio creati eē di cebantur. ut ita se abdicare cogebātur. nāq; uitium teste Donato secundum augures est: si tonet tñ uitiiū & calamitas si tonet: & grandinet simul & fulminet: Inde uitiosi magistratus uitio creati dicuntur apud historicos. & hoc est quod ait Liuius expugnatum esse: ut uitiosus dictator per augures fieret. & alibi in quit. Marcello consulatum ineunti cum tonuisset: uocati augures uitio creatum uideri pronunciauerūt. Mendum est manifestarium in codicib<sup>9</sup> Liuianis impressis unius litteræ imutatione. nam pro tonuisset: impressum est passim tenuisset. Cicero in Antonianis uitiosum consulem appellat: hoc est uitio creatū. ex augurum disciplina: qui nūciarionem habebāt: qua comitia auspiciis uel impedire uel uitiare possent & proprie hęc obnunciatio dicebatur. & obnūciare dicuntur augures: qui aliquid mali hominis fauūq; uiderint. obnunciatio enim quasi mali hominis nunciatio est: id quod etymologia uerbi significat. inde apud scriptores idoneos idētidem reperies mentionem fieri obnunciationis: & hoc est quod sapissime legimus apud Ciceronem: Clodium tulisse legem ne quis de cælo seruaret: ne quis obnunciaret. ppter quam rogationem obnunciatio (ut inquit Asconius) qua perniciosus legibus resistebatur: erat ablata: & de hac obnunciatione apud Tranquillum docuimus esse intelligendum in eo loco. lege agraria pmul gata: obnunciantem collegam armis foro expulit. Sensus Lucani hic est. non licet Cæsare domināte & consulatum per uim occupante. comitiāq; consularia ex animi libidine habente: seruare de cælo: nec ob nunciare per augurum: si uitium & calamitas interuenissent. hoc est si fulminasset aut tonuisset: imo au geres surdos se esse simulant: si tonitrua in comitiis audierint: nec Cæsari obnūciare audent. Ex quo do cet nullis auspiciis Cæsarem creasse se cōsulem: calcata pollutaq; omni augurum disciplina. Illud ad de spectionem in auguralibus poni antiquitus pro inspectione. quia ius sacrorum autore Festo: augures ha buerunt inspectione: ut uidelicet auspicio rerum quas uidissent rem gerent. olim auguribus spectio da ta fuit sine nunciatione: qui mox nunciationem habuerunt de qua dudum dictum est.

LEGIMVS in codice Festi Pompei uetusto: ex quo epitoma: quod passim legitur: circūscriptum fuit: Manium consecrasse Dianæ aricinæ lucum aricinum: quem Tranquillus appellat nemorensem in Iulio Cæsare: a quo Manio multi & clari uiri orti sunt: & per multos annos fuerunt. unde prouerbiū inuul gatum est. multi Manii Aritiæ. ad hoc prouerbiū alludens clanculum Persius in nouissima satyra di xit. Accedo bouillas: cliuumq; ad uirbie præsto est mihi Manius hæres. nam cu; de cliuo Aricino loque retur: Manium potiusquā alium non temere dixit. Sibi hæredem præsto futurum. sed memor prouerbii quod est multi Manii Ariciæ: ut iam docuimus: eleganter & erudite Manium nominauit tanq; nomen apud Aricinos uulgatissimum: qui locus a grege triualium doctorum incuriose ac negligenter magis cōtaminari solet: q̄ explicari. illud addamus: quod antiquitus is Manius appellabatur: qui autore Varro ne mane natus diceretur: sicuti qui luce Lucius.

QVÆR I solet iter eruditos qd significet illud apud Ply. lib. i. ep̄larū. Oīno Marci nri lecythus fugi mus: ego existimo illis uerbis significari nitores & flosculos amœnasq; egressiones. Quibus Cic. in orō nib<sup>9</sup> sæpe usus est cū laude. nāq; lecythus græce uas oleariū nūcupat: quā dictionē latini quoq; scriptores usurpāt. unde Hieronymus instrumēti ueteris luculētus iterpres: hoc uerbo usus est in li. Regū. iii. cuius hoc est interptamentū. hydria farina nō deficiet. nec lecythus olei minuet: usq; in diē: i quā dñs datur<sup>9</sup> est pluuiā sup faciē terræ. Idē ē alibi ait Paulū olei in lecytho. Diuus Cyprianus: qui inter scriptores eccle siasticos latinissimus est: pro lecytho capsacē est interptatus. ita enim scribit li. epistolæ. ii. Fidelia farris nō deficiet: & capsaces nō minuet. Itidē Hieronymus in ep̄la ad Eustochiū Capsacē pro lecytho appella uit. cur aut per lecythus apud Plyniū intelligi existimē. flosculos & nitores Tullianæ faciūdiæ. ratio hęc est. Romani ueteres balnea petētes oleo ungebant: cuius liquor foris gratissimus est humanis corpibus sicut intus uini: ideoq; græci uitioꝝ oīum genitores (ut utar uerbis Plynianis) olei usum ad luxuriā uer terūt in gymnasiis publicādo. Ampullā oleariā appellat Apuleius in. ii. floridoꝝ: quā græce dicimus le cython uocitari: eāq; numerat inter balnei utēilia. cum ergo in balneis oleo ungerētur: & lecythus hoc est ampullas olearias usurparent: ad corpus emaculandum nitidumq; efficiendum. eleganter & per quā scyte Plynius appellat Lecythus illos nitores: & amœnitates: quibus oratio nitida & ornata fieri so let: quemadmodum corpus in balneis oleo ex Capsace infuso perunctum fit nitidius atque splendi-

dius uideturq; Plynius imitatus esse ipsum Marcum Ciceronem: apud quem uno tm̄ in loco hoc elocu-  
tiōis gen<sup>o</sup> obseruauit sic enim scriptum reliquit in libro sexto epistolarū ad Atticum. quid multa: totum  
hunc locum: quem in aristocrata ego uarie meis orationibus: quarū tu aristarchus es: soleo pigere: de  
flāmade ferro: nosti illas lecythus: ualde grauer pertexuit: ubi aut dubie Cicero per lecyth<sup>o</sup> intellexit  
pigmenta exornationesq; oratorias: sicut alibi se myrothecium Isocratis totum consumpsisse in cōmen-  
tario consulatus sui scribendo significat: nam per myrothecium: quod significat unguetorum deposito-  
rium intelligi uult metaphoricis pigmenta oratoria: & id genus ornamenta dicēdi. Plynius ergo libru  
se scripsisse dicit: qui prope totus in contentione dicendi uersabatur. non tamen inquit ex omni parte fu-  
gi lecythus Marci Tullii Ciceronis: hoc est illas exornationes nitoresq; & amœna diuerticula inseruit q-  
bus Marcus Tullius orationes suas quibusdam quasi pigmentis condecorat atq; uenustat.

IDEM Plynius in epistola ad Caluifium sic scriptum reliquit: habes climatericum tēpus: sed euades:  
quæ uerba sunt legibus simillima: quarum scriptum (ut inquit Seneca) angustum est: interpretatio diffu-  
sa: & enī quid significet climatericum tempus: interpretatione latissima est explicādum. Chaldei appel-  
lant climateras pericula uitæ fortunarūq; hominum: ut memorat Gellius in. 3. quæ fieri grauissima dicitur  
in septēnariis: & ut eruditissime tradit Censorinus in libro de die natali. apparet per omnem uitam  
septimum quēq; annum periculosum & ueluti crismōn eē hoc est iudicialē & climatericon uocari. Sed  
genethliaci ex his alios aliis difficiliores esse dixerūt: & nōnulli eos potissimū: quos terne hebdomades  
conficiunt putant obseruandos: hoc est unum & uigesimum: & quadragesimū secundum: & sexagesimū  
tertium. postremum octogesimū quartum: in quo staseas terminum uitæ defixit. Alii autem non pauci  
unum omnium difficillimum climatera prodidere anno. s. uno de quinquagesimo: quē complent anni  
septies septeni: & quadrati numeri: qualis hic est potentissimi dicuntur. Quidam climatera periculosum  
esse dicunt annum sexagesimū tertium: qui ex septenatio ac nouenatio permixtus est. nāq; eum hebdo-  
mades nouem: & euneades septem conficiunt. & Gellius autor est li. 14. obseruatum esse sexagesimum.  
tertium uitæ nostræ annum: cum periculo & clade aliqua euenire senioribus fere oibus. id quod diuus  
augustus in epistola ad Caium nepotem optime expressit: his uerbis: nam ut uides climatera cōmunem  
seniorum omnium tertium & sexagesimum annū euasimus. Sic climatericon latino uocabulo enūcia-  
re uelimus: cōmodissime interpretabimur scalarium. climax enim græce scala: siue gradatio nominatur:  
& Quintilianus figurat: quæ dicitur climax græce: gradationem appellat. Plyn<sup>o</sup> quoq; climateras ele-  
gantissime nuncupauit legem scāsilē libro. 7. naturalis hystoriae. Cuius hæc uerba sunt scāsilī annoꝝ  
lege occidua: quam climateras appellant. Ex his omnibus (ut arbitror) abunde declaratum est qd signi-  
ficet illud Plynianum: habes climatericum tempus. hoc est periculosissimū & maxime perniciosum: si-  
ue annus ille fuerit sexagesimus tertius: siue quadragesimus nonus: siue quadragesimus secundus. Siue  
quicunq; alius climatericus: qui ex septēnariis (ut dixi) maxime conficitur.

IDEM in libro. 4. scribens ad Flaccum ait. Recipies epistolas steriles: & simpliciter igratas: ac ne illam  
quidem solertiam Diomedis in pmutando munere imitantis: ne diu & maxime quæras: quæ fuerit Dio-  
medis illa solertia in muneris permutatione. Scito exemplum hoc sumptum esse ex poemate Homeri.  
co. nāq; in. 6. Iliados scribit Homerus Glaucum ac Diomedē in medium pcessisse: ut singulari certamine  
confligerēt. Glaucū deinde post enarratos suos natales iuitatū a Diomede: ut ex hostibus hospites fie-  
rent: & hospitii necessitudine iuicē copularent: quod ut ceteris inquit: intelligant: armaturam permute-  
mus: & ita inter se arma pmutarunt. Glaucus aurea quæ centum bouum precio taxabant. Diomedi de-  
dit: a quo accepit ærea: quæ nouem bouum tm̄ æstimabant unde ex hac tam impari armorū pmutatiōe.  
Glaucus stupidus & demens iudicatus. Diomedes uero solets & astutus: cum ille iacturam fecerit: hic lu-  
ctum: hoc exemplū: quotiēscūq; muneris: aut alterius rei cōparatione dissimili fit disputatio: cōmodissi-  
me usurpant latini scriptores: adeo ut iuriscōsulti in phemio digestorū: cōcinitē & elegāter hoc usi sint  
sic scribētes: nostris tpibus talis legū inuēta est pmutatio. qualem apud Homerū patrem omnis uirtutis  
Glaucus & Diomedes inter se faciunt dissimilia pmutantes. In cuius loci interp̄tatione meras nugas bla-  
stiq; Acurfius. Plynius quoq; in. 33. cum de cōmertis loqueret: meminist huiusce pmutationis armorum  
Glauci cū Diomedis armis. Aulus Gellius in. 2. cum de Menandri atq; Ceciliū dispari cōparatione ca-  
put conscribere dixit. Diomedis hercle arma & Glauci nō dispari magis precio æstimata sunt. Aristote-  
les in quinto æthicoꝝ. Qui sua (inquit) donat' ut Homerus de Glaucō scripsit: dedisse eum arma aurea p  
ferreis: centeni precii pro nouenis. huic iniuria nō fit: nā in ipso est donare. de hoc intellexit Martia. illis  
uerbis. Tā stupidus nunq; nec tu puto glauce fuisti: chalcea donanti chrysea q; dederas. Sensus Plynii ē  
flaccū a quo accepit optimos turdos: recepturū epistolas suas penit<sup>o</sup> steriles: & sine ulla remuneratiōe:  
ex quo nec quidem imitaturum se dicit solertiā Diomedis. qui pro armis preciosis dedit uilia. nam cū  
ille aliquid saltem pro remuneratione tradiderit: se nil penitus remissurum esse festiuit iocatur.

LIVIVS Libro ab origine urbis primo ita scriptum reliquit. ad Murtiæ datæ sedes: quib<sup>o</sup> uerbis nō  
solum subobscurus: sed etiam solœcismus uideri potest apud grāmatisstasidcirco explicāda sunt luculē-  
tissimi scriptoris uerba quibus Murtiæ nomine dea uenus significat: quā prisci myrteā nuncuparunt: myr-  
to arbuscula: quæ ueneri dicata est: ut autor est Plynius in. 15. Ara fuit Romæ uetus ueneris mirteæ: quā  
nunc

nur  
ner  
iug  
Ver  
hui  
ter  
sun  
ge  
loq  
sub  
uel  
hur  
usu  
noi  
mu  
ret  
ful  
uif  
ue  
(ut  
bar  
me  
nus  
stra  
to i  
ou  
Ma  
rili  
rib  
Fel  
nes  
Liu  
ran  
ex c  
a iu  
iud  
di f  
det  
dar  
titu  
uir  
acti  
run  
ten  
di p  
tia  
cer  
bus  
Va  
dat  
scri  
qu  
qui  
cili  
nur  
de C  
cali

nunc Murtiam uocant: de qua dea cum loqueretur Plutarchus in Problematis ita scripsit: quam nunc uerem Murtiam uocant antiquitus: ut uideat myrteam nominare consueuerunt. unum genus myrti com iugulum appellat Cato a coniugiis uidelicet: ut interpretat Plinius: quia coniunctioni: & arbori praest Venus: Murtia deae facellum erat sub monte Auentino: qui antea murcus uocabatur: ut dicit Festus: huius facelli meminit Varro: a quo uenus myrtea nuncupatur: & ad hoc alludens Apuleius dixit eleganter in sexto de asino aureo. Conueniat retro ad metas Murtias Mercurium praedictorem. Declaranda sunt igitur uerba Liuii hoc pacto. ut exponamus datas esse sedes latinis in ciuitatem acceptis ab Anco rege habitandas iuxta aedem siue facellum deae Murtiae: ut iungeret palatio Auetinum: & hic honestissimus loquendi modus est apud antiquos ut absolute dicatur: ad Dianam: ad Vestam: ad Apollinis: & extrinsecus subintelligamus templum. ita Oratius libro primo sermonum. uentum erat ad Vestam: id est templum uel aedem. Terentius in Adelphis: Vbi ad Dianam ueneris. ito ad dexteram: id est ad Dianam templum. & hunc antiquitus fuisse loquendi morem: optime declarat Porphyrio: & Donatus: quo etiam decenter usus est Cicero in epistolis ad Atticum his uerbis. Senatus ad Apollinis datus est. Est praeterea altera dea nomine Murcea: quam ita prisci nominauerunt: ut ait Pomponius: quod praeter modum faceret hominem murcidum: id est nimis desidiosum. Cui contraria erat dea Stronua. Cui sacra faciebatur: ut homines faceret stronuos: cuius rei meminit Augustinus libro quarto de ciuitate dei.

APVD Eundem libro octauo: in omnibus codicibus haec uerba leguntur: telo semper quod stans com sul precatus est hostem potiri fas non potest. Si potiat marti suo lue: & aribus piaculum fieri. mendosa est nouissima clausula: & uerbis semihulcis male coagmentata: adeo ut nullus uerus sensus percipi queat. nos uero ita emendauimus. si potiat marti solitaurilibus piaculum fieri. Sunt autem solitaurilia sacrificia: quae (ut docet Asconius pedianus) censores urbem completo quinquennio lustrantes: de sue: oue tauro faciebant: a quibus tribus particulis nomen ipsum compositum esse existimat Quintilianus in primo. ita tamen ut non tam ex tribus quam ex particulis trium solitaurilia comagmententur. & hoc est illud sacrificii genus: quod circumscripsit Liuius his uerbis. Ibi instructum exercitum omnem Seruius sue: oue taurisque lustrauit: id est conditum lustrum appellatum. Solitaurilia ad agrum lustrandum circum agi docet. M. Cato in libro de re rustica. sensus itaque Liuii hic erit. Consulem Romanum Marti solitaurilibus: hoc est sue oue tauro imolatis. sacrificatur: pro piaculo: si hostis telo potitus fuerit: quo cum potiri nefas est. quod autem Marti solitaurilibus facerent. docet. M. Cato: qui sic ait. Mars pater eiusdem rei ergo maxime hisce solitaurilibus lactentibus esto. idem alibi. ita uerba mystici sacri concipienda esse praescribit. Mars pater si quid tibi illisce solitaurilibus lactentibus neque satis factum est his solitaurilibus piaculo: de solitaurilibus ita ait Festus. solitaurilia hostiarum trium diuersi generis imolationem signant: tauri: arietis. ueris: quod omnes integri solidique corporis sunt. solum enim lingua oscorum significat totum & solidum. Unde apud Liuium tela soliferrea uocantur tota ferrea.

APVD Eundem scriptum est libro quarto ab urbe condita posthumiam uirginem uestalem ampliatam: deinde absolutam pro collegii pontificum fuisse sententia: ubi ampliatam intelligimus dictum esse ex consuetudine Romanorum iudiciorum: quae hoc modo peragebatur. namque aut statim sententia dicebatur a iudicibus: si absoluendus esset reus: aut amplius pronunciabatur: si uideretur esse damnandus: & tunc iudices dicebant: non liquet. hoc est obscura causa est: & ut eleganter docet Asconius pedianus ampliatum signum erat. N. L. quod significabat non liquere: unde ampliatio nascebatur: quae appellata ab eo uideatur: quasi amplius dicendi pronunciatio: quia qui ampliabatur: interposita dilatione: rursus ad agenda causam redibat. de hac ampliacione intelligendum est apud Plinium ita scribentem in libro: cuius titulus est de uiris illustribus. Manlius reus factus: & ob conspectum capitolii ampliatus: sensus Liuii est uirginem uestalem: cum de incestu accusaretur: fuisse ampliata: hoc est per ampliacionem in secundam actionem: interposita dilatione: protractam: ut. scilicet bis causam dicere posset ex ritu Romanorum iudiciorum. de hac ampliacione intelligit Cicero in tertia in uerrem his uerbis. Et si lex ampliandi faciat potestatem. tamen isti sibi turpe existiment non primo iudicare. idem in oratione pro cinna inquit cum ampliandi potestas esset dixisse sibi liquere. Idem scribit libro uigesimo sexto. Inter maiorum rerum curas comitia magni Curionis uetus excitauerunt certamen: ubi maximus Curio significat sacerdotem. Cuius sacerdotii petitionem antiquitus nemo nisi ex patribus habebat. Sunt autem Curiones dicti a curiis: in quibus sacerdotes ita res diuinas curant: sicuti senatus res humanas in curia hostilia curare solebat: ut scribit Varro. Inde sacra quae in curiis fiebant curionia prisci nuncupauerunt: & curionum aes dicebatur: quod dabatur Curioni ob sacerdotium curionatus. Dionysius alicarnaseus hos curiones signare uidetur dum scribit in. 2. duces curiarum factos esse sacrificulos a Romulo imitato graecorum consuetudinem: apud quos instituta fuerunt prytaneae: in quibus sacra fiebant ab his: Qui maxima praediti essent maiestate: qui graece prytanes nuncupantur: quem magistratum significat Seneca sic scribens in Epistolis ad Lucilium: non uis nisi cerix: aut prytanis: aut suffes administrare rempublicam. princeps Romanorum Curionum maximus cognominabatur: quemadmodum in collegio pontificum uis maximus dicitur: qui praest. de Curione maximo locutus est Ouidius: qui sic ait in secundo Fastorum. Curio legitimis tunc fornacalia uerbis maximus indicit: nec stata sacra facit. Itaque de hoc sacerdotio Curionis maximi: qui per

suffragia creabatur: cum loqueretur Titus Liuius dicit comitia Curionis maximi creandi causa concitatauisse uetus certamen: uidelicet competitorum. In alia significatione curiones pro praconibus accipiuntur apud opinatissimos scriptores: apud quos idē tēdem reperies curionem pro ministro atq; pracone usurpari. In hoc significato accipe apud Plynium ita scribentem libro septimo: post aliquot annos adiectus est & merities accenso consulum id pronunciantem cum curio iter rostra & argeorum thesin p̄spexisset: talem solem a colūna aenea ad carcerem: inclinato sidere supremā pronunciauit. Iulius quoq; capitolin⁹ in Galienis inquit. Ille per curionem dici iussit: imposturam fecit: & passus est. idem alibi per curionem inquit dici iussit taurum totiens non ferire difficile est. apud Apuleium scriptum est in primo de Asino aureo: non quidem curiosum sed qui uelim scire uel cūcta: uel certe plurima: ubi curio accipitur in hoc significato. quāuis incuriosi parum curiose uerba Apuleii pensitantes: iunctim legant curiosum: ut ita duas dictiones in unam indocte compingant: in hoc sensu curio accipitur a Martiale ita scribēte: epigrammata Curione nō egent: & interpres Eusebii in. 4. historiae ecclesiasticae ita interpretatus est. misso igitur curione ad pplm iubet uoce maxima prestari polycarpū tertio cōfessum christianū se esse. Plautus uero in Aulularia festiuissime agnū curionē appellat macilentum: tanq̄ ob curā sit emaciatus. unde a contrario Apuleius in floridis: agnum opimum: & pinguem dicere uolens appellauit p̄ quā diligēter incuriosum.

APVD Eundem lauitia pro lauitia in omnib⁹ codicibus impressum est. ita enim libro uigesimo octauo scriptum est: locus inde lauitiaq; legatis praberi iussa. nos correximus lauitia. Secuti auctoritate sententiamq; Plutarchi: qui tradit in problematis: q̄ Romani quaestores legatis exterarum nationum munera mittebant: quae lauitia dicebantur iidem aegrotos curabant: qui si morbo Romae interissent: impensa publica funerabant: praeterea (ut autor est Festus) lauitia epularum magnificentia nūcupatur: quod nomen a lauatione dictum autumant: quia apud antiquos elegantiae: quae nunc sunt non erant: & raro aliquis lauabat. ob hanc lauitia apud Liuium legere malim: q̄ lauitia: quāuis nō nesciam quid lautus: & lauitia passim significet: & quod farina ex tritico aqua consperso antiquitus lauitia appellabatur. sed nil ista conueniunt cum Liuii sententia: qui lauitia accepit in eo significato quo Plutarchus & Festus acceperunt. unde & ab eodem alibi dictum est lauitia Atalo fuisse decreta.

Ille quoq; uersus apud eundem mendosus est in libro uigesimo secundo. Cuius haec uerba sunt: testibus datis tribuni populum summouerunt. Super re illa: quae lata est ut sortirentur: ubi latini suffragium ferent. Nos illud super re illa: quae lata est: ita emendauimus: sitelaq; alata est: est autem sitela cistula: qua suffragia populi in creandis magistratibus legibusq; ferendis colligebantur: de qua ita scribit Cicero in oratione pro Cornelio de maiestate. neq; maius est legere codicem: cum intercedatur: q̄ sitelam ipsam cum ipso intercessore deferre. idem alibi pro sitela cistellam appellat. unde in primo rhetoricorū ita scriptum legimus. Saturninus legem ferre cepit. collegae intercedere: ille nihilominus cistellam detulit: idē libro primo de natura deorū sitelae meminit his uerbis: ut igitur Tiberium gracchum cum uideo cōcionantem in capitolium de Marco octauio deferentem sitelam: tum eum motū animi dico esse inanē. Plautus quoq; in cassina Situlam atq; sitelam crebro noiauit accepitq; pro uasculo i quod sortes coniciunt: sensus Liuii est: sitelam hoc est cistellam allatam fuisse: ut in eam sortes conicerent: & inde sortirentur. i qua tribu latini suffragia ferre deberēt: haftenus de Liuiō. iā put instituiamus ad alios scriptores transeamus. satis est enim ipraesentia pauca quaedā degustare: & hinc inde centena annotamēta colligere.

AVLVVS Gellius libro secundo noctium atticarum: in eo capite: quod de uocabulis regionibusq; uetorū luculentissime scribit: ita tradit. praeter hos quos dixi: sunt alii plurifariam uenti cōmenticii suae q̄sq; regionis idigenae: ut Oronus quoq; ille ad apulos. quid si significet: oronus ille ad apulos hominem scite arbitror neminem: nec ipsum Gellium: si reuisceret haec uerba satis percepturum. quocirca nos & sensum & ipsos litterarum apices curiose speculati ita emendauimus: & ita perscriptum fuisse a luculento scriptore asseueramus. Oratianusq; ille atabulus est enim atabulus uentus ita peculiaris apuliae: ut atheniensibus sciro ut euboae olympias: ut narbonensi galliae circius: sicuti docet Plynius in. 17. Quem totum locum trāstulisse uidetur a Seneca ita scribente libro quarto quaestionum naturalium. Atabulus apuliam infestat. Calabriam iapyx: athenas sciron: galliam circius: hunc atabulum Oratius apulus tanquam apulum & idigenam celebrat: cum ait libro primo sermonum. Incipit ex illo montes apulia notos ostētare mihi. Quos torret atabulus. ob hoc ergo Aulus Gellius scienter & eleganter inter cōmenticios uentos atabulum cognominauit Oratianum: quoniam ab Oratio peculiariter celebratur: utpote apulus uentus ab Apulo poeta. existimo hanc nostram emendationem etiam iniquo iudici non displicituram: cū nil possit esse accommodatius: cum hoc solum dicere uoluerit Gellius si quis diligenter attenderit. Scribit Porphyrio atabulum uentum esse in apulia feruentissimum: graeca appellatione dictum quasi τῆν ἀτὴν καὶ τὸν λοιμὸν. hoc est nocumentum pestilentiamq; inferentem: nam atabuli flatus nimio calore Apuliae pestifer & est grauis.

APVD Eundem locus est deprauatus unius litterae inuersione: quae quāuis sit parua corruptio: totam tamen obscurat eloquutionem. ita enim libro decimo quarto scriptum est: cum deinde subeuntes montē Caspium conspiciamus insulam quandam occupatam igni: quid absurdius dici potest: quam quod illi: qui Romae sunt subeant montem Caspium: quem ab Italia tot regiones: tot maria dispescunt atq; determinant

differunt: nos uero pro caspium cispium emendauimus. est autem cispius mons in Vrbe Roma in regione exquilina: de nomine cispi hominis dictus: ut autumat Sestus. de hoc cispio ita scribit Varro in libro primo latinae linguae. Cispius mons suo antiquo nomine etiam nunc in factis appellatur: idem in eodem: exquilinus est cispius mons sexticeps: apud aedem iunonis lucinae. Vbi editimus habere solet. dicit itaque Gellius se cum subiret hunc montem Romanum nomine cispium: conspexisse insulam flagrantem: hoc est domum ab aliis domibus sequestratam. tales enim domus insulae appellantur: quia instar insularum sunt. inde crebro leges apud historicos: insulas Romae fuisse incendio consumptas: & olim (ut inquit Iulius Capitolinus) imperante Antonio pio: incendium tertetum quadraginta insulas absumpsit. Germani autem Tacito: suam quisque domum spatio circundant nullis coherentibus aedificiis more insulae quae nusquam continenti coherent. Sed mari undique ambiuntur.

APVD Eundem lib. xix. menda pertinax inueterauit. Ita enim in omnibus codicibus scriptum legitur. eliuorum quoque oculi ad easdem uices lunae maiores sunt: aut minores: ex quo genere animalium eliuui sint ignorare me non inficior: & cum diu anxieque quaesuissem apud idoneos scriptores: nullam eliuorum mentionem factam esse cognoui nec usquam eliuus reperiri arbitror: quorum oculos: minui & augeri: plura senescit & adolescit Gellius opinatur: quapropter ex litterarum similitudine: locum mendosum ita emendandum censeo: ut pro eliuorum legas: aelulorum. aeluros autem a graecis appellari: quas latini feles nominant: nemo uel mediocriter doctus ignorat: de quibus scribens Plinius ita ait in libro decimo naturalis historiae: feles autem quo silentio: quam lenibus uestigiis obrepunt: quam occulto speculatu in musculos insiliunt. Excrementa sua effossa obruunt terram: intelligentes odorem illum indicem sui esse. Varro & Columella felem accipere uidentur pro eo genere animalis: quod uulgus fouinum appellat Plinius uero pro domestico animali: quod mures capit: quam Albertus magnus modo catum modo murilegum nuncupat. indocti musipulae appellantur: cum musipulas eruditi noient ipsa decipula: quibus mure capiuntur: ut Varronis & Senecae lectione facile cognoscimus: aeluron hoc est felem aegyptii uenerabantur.

APVD Eundem libro decimoquinto nomen dei Romani deprauatum legitur: nam pro Aius: Arius ab impressoribus scriptum: est corrupto nomine uetusto & sensu: antiqui enim aiuum deum appellauerunt ab eo quod aiebat & loquebatur: namque olim Romae audita uox est. Silentio noctis clarior humana uoce: quae iuberet & magistratibus nunciari gallos aduentare: & ut prouiderent ne Roma gallis caperetur: ex eo dictus est deus Aius loquens: ut docet Cicero in secundo de diuinatione. Lilius huic deo templum factum fuisse in noua uia autor est: eumque appellat allocutium: quasi ab alloquendo nuncupatum. mihi uidetur legendum esse apud Lilium: pro allocutie aio loquenti. ut cum Varrone: Gellio & Cicerone concordet a quibus hic deus uno consensu Aius loquens nuncupatur. quidam codices Liliiani habent allocutionem: tanquam nomen dei foeminino genere in casu recto sit pronuncianum allocutio: qui apud Gellium leguntur Arrius. hi profecto trioli sunt: a theologia ethnicorum abhorrentes.

APVD Eundem menda est manifestaria unius tantum litterae inuersione: namque ubi nominat carmen meliti poetae emendandum est melici poetae. Dicimus enim melicos lyricos poetas: & ita a Plinio Simonides: qui scriptor fuit lyrici carminis melicus nuncupatur in septimo naturalis historiae: quamuis in perunlgatis codicibus non melicum legerimus: sed medicum. Aufonius tu melicos lyricosque modos. ita apud Gellium nomen melici poetae non pro nomine proprie accipiendum est: sicuti semidoctum uulgus existimat: sed pro nomine generali uniuscuiusque poetae: qui melicus sit hoc est musicus: & lyricus. nam antiquitus teste Fabio musici: idem uates & sapientes iudicabantur. unde ait Martianus in libro de nuptiis philologiae. Tu uatum mea dulcibus carmenis & teste eodem tertia symphonia diapasson in melis prohibetur: quasi tu dicas in musicis. idem in musica inquit quae ad melos pertinent armonica dicitur. Aristoxenus musicus uocis rationem diuidit in rhythmum: & melos: quorum alterum modulatio: alterum canore ac sono constat. Censorinus in libro de die natali poeticam cognominat melicam: cum poetica ueluti legitima musica licentior magisque modulata inualuerit. unde omnes poetas accommodato generali epitheto melicos appellare possumus. igitur quando dixit Gellius: apud mensam legi solitum fuisse uetus carmen meliti poetae. tu emenda melici: & expone generaliter pro quolibet poeta modulato & absoluto: uel pro lyrico: non me preterit melitum nomen esse uiri proprium: qui fuit unus ex accusatoribus Socratis: & Socrati ob poetas isestus: ut ostendit Plato in apologia. Sed in hoc loco gelliano nequaquam de isto melito intelligere debemus: sed corrigere & exponere. put nos & corteximus & expofuimus.

MARCVS Cicero in epistolis ad Atticum usurpat uetus proterbium: quod minime inuulgatum est. Sic enim scribit. oes enim coriceis subauscultare uidentur: quod loquor: ubi coriceis pro curiosis accipiuntur ex uetustissima historia. nam tradunt historici totam corici montis asiatici praeter nauigationem latronibus plenam fuisse. qui coriceis dicuntur: qui nouo genere insidiarum utentes dispersi per portus ad mercatores: qui applicuissent furtim accedebant: & subauscultabant: quod rerum ferrent: & quo nauigarent: postea illis oram soluentibus congregati eos adoriebantur ac diripiebant. Ex quo omnes curiosos: & occulta ac secreta auscultantes coriceos appellamus: & in prouerbio dicimus coriceus auscultabit: cum quis facere uel dicere secreto uideatur: quod minime lateat: propter eos qui speculantur: & scire student: quae non conueniat: huius historiae & prouerbi meminit Strabo in decimoquarto.

APVD Eundem pertinax menda irroborauit libro epistolarum ad Caelium adilem: in omnibus enim codicibus hæc uerba passim leguntur. erat enim in eadem epistola: ueteranus ciuitatis. Cuius clausula: cui nulla sit sententia: nulla sit constructio: nos obseruatis curiosissime his epistolis: quas cælius ad ipsum Ciceronem scribit ita emendauimus: ut pro ueteranus legas ueternus. nam Cælius in quadam epistola cum Ciceroni significare uellet omnia Rome frugescere: & pene sopita quiescere: sic scripsit. nisi ergo cum tabernariis & aquariis pugnarem ueternus ciuitatem occupasset. ad hanc epistolam respondens Cicero dixit. erat in eadem epistola ueternus ciuitatis: hoc est hanc clausulam epistola tua continebat: quæ ciuitas romana ueterno occupabatur: hoc est marcore & somno. nemo enim uel mediocriter eruditus ignorat ueternum morbum esse: in quo inexpugnabilis est pene dormiendi necessitas (quem lethargum græci nominant) quod genus morbi acutum est: & (ut inquit Celsus) nisi succuratur celeriter iugulat. reperies idem uerbum fieri mentionem ueterni apud ueteres scriptores. Auicenna & medici recentiores hanc aegritudinem subetum appellitant. a ueterno ueternus deriuatur. Cato ueternusum hydropicum intelligi uoluit: cum ait. Ueternusum quæ maxime bibit: tam maxime sitit: igitur legendam est apud Ciceronem: ueternus ciuitatis: non autem ueteranus: ut epistola epistolæ: res rei: uerbum uerbo cæliano respondeat.

SCRIBIT Cicero in principio Antonianarum se usurpasse uerbum græcū: quod in sedandis discordiis usurpauerat ciuitas Athenienses: quæri solet quodnam fuerit hoc uerbum: & ad quas discordias sedandas id usurpauerint athenienses. ego reperio hoc uerbum a græcis dici amnestiam: quo obliuio iniuriarum significatur: de quo Iulianus hæc scripta est historia apud scriptores idoneos. Trasybulum ciuitatem athenarum oppressam a triginta tyrannis in libertatem uendicasse: cum atticos pallabundos atque disperfos: quos sæuissimi tyranni ex genitili solo expulerant: in patriam reduxisset. qui non minus prudentia ac moderatione usus est quæ fortitudine ad cuncta pacificanda: pacemque recõciliandam. namque is legem tulit ne quis ante actarum rerum accusaretur: ne qua præteritarum iniuriarum mentio fieret ne quis mulctaretur: & hanc athenienses amnestiam uocauerunt: & hoc est legem obliuionis: qua concussus & labans atheniensem reipublicæ status in pristinum habitum est reuocatus. Cicero igitur cum post interfectum Iulium Cæsarem iacere conaretur pacis fundamenta inter Romanos tumultuantes dicit se usurpasse uerbum hoc est amnestiam: ut ita obliuione sempiterna memoria discordiarum deleteretur: quem admodum apud athenienses Trasybuli consilio factitatum fuerat & se uetus exemplum atheniensem renouasse commemorat: uel delictum illud quod iam de Trasybulo rettulimus. scribit Flavius Vopiscus in Aureliano amnestiam fuisse decretam exemplo atheniensem: deinde subiungit. Cuius rei & Tullius in philippicis meminuit: haud dubie locum illum signans de quo iam diximus: nunc enim alibi Tullius in totis philippicis ullam mentionem facit de amnestia. præterea autor est Paulus Orosius Claudium impatorem romanum in principio sui statum ultra clemencia obliuionem omnium delictorum factorumque sanxisse: & præclaram illam atheniensem amnestiam confirmasse: quæ Romæ inducere Iulio cæsare interfecto senatus Cicerone suadente tetauerat. meminuit illius quoque obliuionis Tranquillus a Claudio sancitæ omisso amnestiæ nomine.

CICERO in quadam ad Atticum epistola sic ait: habes scytalam laconicam: quo prouerbialiter dicto significare uoluit epistolam breuissime concinuatam: & occulto significato obscuratam sicut lacedæmonii ueteres facere consueuerunt: qui occultare uolentes litteras publice ad imperatores suos missas: ne ab hostibus exceptæ: consilia sua reuelarent: epistolas mirando comento scriptas mittebant: namque lorum tenuissimum furculo terent: atque oblongo complicabant. in eoque lorum litteras per transversas iunctarum oras inscribebant. id lorum deinde ex furculo reuolutum impatori suo mittebant. Qui huiusce comenti conscius furculo compari: quem habebat lorum consimiliter circūplicabat atque ita litteræ per ambitum eundem furculi coalescentes rursus coibant: & ita integram & incorruptam epistolam: & facilem legi præstabant. hoc genus epistolæ græce scytale laconice: hoc est scytala laconica nuncupatur. autores Gellius & Plutarchus in Lyfandro. præterea in scribendo lacedæmonii stilo breuissimo usi sunt: qui laconismos nuncupatur: quo in primis delectatus est Brutus. Unde ait Cicero in epistola ab Brutum: sed quid ago non imitor laconismontuum: igitur Cicero cum exemplum epistolæ Marci Antonii ad se missæ inseruisset epistolæ ad Atticum dixit: habes scytalam laconicam: hoc est epistolam breuitate laconica per scriptam: & super rebus archanis compositam: sicut lacones componere consueuerant. possimus & ita commodissime exponere: ut dicat Atticum posse facillime intelligere: atque percipere sententiam illius epistolæ Antonianæ: quam ad eum miserat: tanquam habeat furculum illum laconicum: in quo circūplicantes epistolas illo lorum per scriptas ut supra dictum est: facile percipiebant quicquid in epistola archani absconditum contineretur. namque scytala utrumque significat: & epistolam & baculum illum terentem cui epistola circūplicatur. Subnectamus huius loco illud: cuius adeo nuper in mentem uenit: quod deprauatum est apud eundem Ciceronem in secundo de oratore: in quo hæc Crassi uerba referuntur. Sed dices te cum ædes uenderes: ne in ruptis quidem & cæcis solum tibi paternum reliquisse: ubi non ruptis & cæcis legendum est: sed ruptis & cæcis: quæ uerba cum non ab omnibus perciperentur errorem perpererunt: mendamque fecerunt frequentissimam in codicibus Ciceronianis. Antiqui enim rutapcesia dixerunt: quæ uenditor possessionis sui usus gratia concidit: uenditque contraxit. illud quoque apud eundem in tertio de Oratore emendandum est: ut pro ceram emendes terram. ita enim scriptum legitur: magis laudari unguetum quod ceram: quam quod crocum oleum re uideatur



re uideatur. nos docente Plinio nō ceram sed terram didicimus esse legendum: qui libro trigesimo septimo loquens de generibus terrarum: huius loci Ciceroniani meminit: cumq; elegantissime declarauit docens qualis sit terræ odor ille qui in unguentis a Cicerone probatur. ait enim terram tunc emittere, illum suum alitū diuinum ex sole conceptū: cui odori comparari nulla suauitas possit cum arcus caelestis capita sua deiecerit quiescente terra sub occasu solis: & cum a siccitate continua immaduerit imbre.

IDEM Cicero in. 6. Verrinarum. Cui titulus est de signis ita scriptum reliquit habe canephoras deorum simulacra restitue. ubi uerbo græco uirgines canephoras appellat quæ more attico sacra in cistulis reposita capitibus sustinebant. Cana enim græci dicunt: quæ nos canistra: & per diminutionem canistella: unde de canephoræ appellantur: quæ sacra huiusmodi uasculis recondita capite ferebant: de quibus sensisse Oratium autumat Porphyrio enarrans illud in primo sermonum: persæpe uelut qui iunonis sacra ferret: nam canephoræ lentissimus erat gradus portantiū sacra iunonis: de canephoris: scribit Dionysius alicarnaseus in primo. cuius interpretes pro canephora interpretatus est canistrifera. idem in. 2. sic ait: quæ cumq; hæ quæ canephoræ: & Atephoræ dicuntur: ministrant in sacris græcis. hæ quoq; apud Romanos sic appellatæ. Scribit Plinius libro trigesimo sexto scopam fecisse Apollinem palatinum: uestam sedentem laudatam in ferulianis hortis: duasq; chamateras circa eam: quæ partes in asini monumentis sunt: ubi & canephorus eiusdem Plinius canephoræ accipit pro eo: qui capite gestat sacra: ut iam docuimus Chamateræ autem si id quoq; scire desideras: dicuntur humiles depressæq; imagines. Chame enim græcorum aduerbium humi signat latine: unde chamateræ deriuantur. Sensus igitur Ciceronis hic est. Verrem admonet: qui ex sacratio heii mamertini abstulerat imagines deorum: cum ditrobus aliis simulacris sacra in capite sustinentibus: ut restituat simulacra deorum: quæ sustulit: quæ religionis causa comparauerat: & sibi habeat Canephoras: hoc est illa duo signa: quæ eximia uenustate habitusq; uirginali polyctæus fabricauerat quæ heii mamertinus in lacratio ornamentis causa collocauerat.

APVD Eundem in oratione pro Roscio amerino mendosum uerbum: quo tota sententia obscurat: emendauimus. uerba Ciceronis hæc sunt: decem horis nocturnis: sex & .l. millia passuum cistis peruolauit: nos pro cistis correximus cisis. est autem cisium genus uehiculari libiroti: ut inquit Nonius: a quo cisiarius dictus ipse carrucarius siue rhedarius: hoc est ipsius cisi auriga: quo uerbo usus est iuriconsultus: qui sic scribit libro digestorum. xx. in titulo locati: & conducti. Si cisiarius: dum cæteros transire cõtendit: cisiū euertit: & seruum quassauit uel occidit: puto ex locato esse in eum actionem cisi meminit Aufonius illo uersiculo. Vel ciso triungi si placet infilias: quauis impressores non ciso impresserunt: sed ciso corrupto uocabulo & sensu. hanc dictionem usurpat ipse Cicero in secunda philippica sic scribens: Delituit in quadam cauponula: atq; se ibi occultans perpotauit ad uesperum: inde ciso ad urbem celeriter aduectus domum uenit capite inuoluto. hic quoq; impressores peccauerunt: nam ubi scribendum erat ciso impresserunt cassia: qui tamen error non tam impressoribus est ascribendus q̄ correctoribus qui per uiam cassia existimantes ad urbem aduectum fuisse Antonium. cassia bene dici existimauerunt: cū Cicero ciso hoc est curru intelligi uoluerit ad urbem Antonium peruolasse. non me præterit cassia uia mentionem fieri apud luculentos scriptores quam strauit Cassius: Sed in eo Ciceronis loco: ciso legendum est: quod etiā Nonii autoritate corroboratur. iam clarum est: ut opinor: quid significare uoluerit Cicero dicens nuncium uelocem cisis peruolasset: qui scilicet in curru. uehebatur expeditissimus. Quod autem uehiculo nūcius ille tñ itineris una nocte cōfecerit. idē paulopost aptius significat. his uerbis. nō adest iste Titus roscius nō suis maib⁹. in curru collocat Autumedotē illū sui sceleris acerbissime nephariæq; uictoriæ nūciū.

AVLVS Gellius libro noctium atticarum. 9. describens cerimonias flaminice dialis: ita inquit: cum it ad argeos: neq; comit caput neq; capillos depehit. quæri solet a studiosis Gellianæ doctriæ quid significet argeos: quæ distio cū nodum habeat enodanda est a nobis: prout ex mutis (ut aiunt) magistris accepimus. apud Romanos antiquitus pontifices ac uirgines uestales cum flaminica diali aliisque religione iniiciatis simulacra ad imaginem hominum fabricata præcipitabant in Tyberim ex ponte sublicio: idq; fiebat idibus maiis: appellabatq; talia simulacra argeos: ut Dionysius alicarnaseus docet in primo: & autor est Plutarchus in problematis: qui quærit quare eiusmodi imagines argei nūcuparent: traditq; antiquis tpibus barbaros ea loca incolentes: græcos quos cœperant: in tyberim præcipitasse cōsueuisse. Hercules deinde: quod etiam memorat Dionysius illos edocuit: ut pro hominibus simulacra in flumen abicerent: qui argæi nominabantur: quoniam ueteres græcos omnes argiuos cōmuniter appellauerunt. hystoriam Macrobius paulum immutare uidetur in primo saturnalium his uerbis. Epicadus refert Hercules occiso Geriōe cū uictor boues p̄ italiā duxisset: pōte (qui nūc sublicio dī) ad t̄pus instructo: hoīum simulacra pro numero sociorum quos casu peregrinationis amiserat: in fluuium demisisse: ut aqua in mare deuecta pro corporibus defunctorum. ueluti patriis sedibus redderentur. hætenus Macrobius. de Argeis ita scriptum est apud Festum. Argeos uocabant scirpeas effigies: quæ per uirgines uestales iaciebantur in Tyberim. de his intellexit Liuius sic scribens libro de Vrbe condita primo: multa alia sacrificia locaq; sacris faciendis: quæ argeos pontifices uocant dedicauit. Argeorum meminit Marcus Varro: cuius hæc sunt uerba ex latinæ linguæ libris scripta. Argei sūt ex scirpeis uirgultis. simulacra sunt hominum. xxx. ea quot annis ponte sublicio a sacerdotibus publice deijci solent in tyberim: de Argeis intellexit Ouidi⁹

Fastis: quamuis argeos non nominauerit his uersibus . Tunc quoq; priscoq; uirgo simulacra uirorum  
Mittera roboreo scirpea ponte solet, ubi simulacra scirpea haud dubie pro argeis accipiunt: & pro pon-  
te roboreo pons sublicius significatur hoc est ligneus: quoniam sine ferreo clauo constructus fuerat: ut  
meminit Plynius libro trigesimo sexto.

APVD Plynium libro secundo naturalis historiae uerbum uetus est neq; protiratum neq; inuulgatū  
Ita scribentem: nisi terra in medio esset: æquales dies noctesq; habere non posse deprunderunt & dioptræ  
ut autem itelligas: quid dioptræ significant scito dioptras esse regulas: quibus antiqui utebant ad aquas  
librandas. ut docet Vitruuius architectus: qui sic scribit libr. 2. de architectura: libratur aqua dioptris: aut  
chorobates: inde alibi ab eodem dioptræ libratinæ cognominantur. chorobates autē: si id scire desideras  
est regula longa circiter pedes .xx. quæ habet transuersaria. Ait itaq; Plynius ex dioptris hoc est regulis il-  
lis librantinis depremsum esse terram habere non posse æquinoctia nisi esse mundi media.

IDEM in. 7. ait grāmatica Apollodorus enituit: cui amphycionis græciæ honorem habuerunt. Sig-  
sunt: qui nesciant quid significant amphycionis: illi ex nobis discant amphyciones esse publicum græ-  
ciæ consilium: ut scribit Cicero in rhetoricis. & meminit idem Plynius in. xxxv. unde decreta amphycio-  
num citat Demosthenes in oratione pro Æsiphonte. cōstabat autem conuentus amphycionum ex sep-  
tem græciæ ciuitatibus: sicuti docet Strabo libro nono referens quemadmodum Acrisius primus putat  
instituisse concilium amphycionicum amphycionumq; iurisdictiones declarasse & ciuitates decreuisse  
quæ ad id concilium cōmuniter accederent. quidam non septem sed. xii. ciuitates conuenisse tradunt ad  
amphycionum cōmune consilium: quæ bis in anno singulæ legatum mittebant ad concilium: quæ pi-  
lagoram uocabant: postea etiam plures conuenere ciuitates. Synodus etiam ipsa pylea nuncupabatur:  
quoniam ad pylas congregabantur: hoc est ad portas: quæ nunc thermopylæ dicuntur. Pylagoræ autē:  
hoc est ipsi legati deæ cereri sacrificabant. unde autem amphycionum nomē ductum sit docet Dionysi-  
us qui sic ait in. xiiii. amphycionem heleni filium cōmentum esse amphycionicum cōciliū: cui ab ipsius  
nomine nomen indiderunt. idem leges constituit: quas amphycionicas uocant quibus ad concordiam  
amiciciamq; inter ipsos colendā inuitabant. deniq; quotienscunq; amphycionū mentionē fieri reperies  
apud ueteres scriptores: reperies autem sæpissime in hoc significato semper accipito.

APVD Eundem hæc uerba passim leguntur libro. 7. magna ppter uenatum eorū in terris gratia est  
Nos dictionem uulgariā. & in hoc loco Plyniano nihil significantem expunximus: & in eius locum lati-  
nissimam uetustissimamq; substituimus. nam pro interris emendauimus uiuerris. Sunt autem Viuerræ  
rusticæ mustellæ: quas græci ictidas uocant: quibus ossea sunt genitalia: sicuti docet Aristo. 2. de animali-  
bus: & repetitū est a Plynio in. xi. qui in. xxix. mustellas siluestres a græcis uocari ictides tradit: ictida autē  
Theodorus gaza interpret Aristotelis doctissimus uiuerram interpretatur sensus itaque Plynianus hic  
erit. Viuerras esse in magna existimatione apud Balearicos propter uenatum cuniculorum: nāq; ut sub-  
didit idē Plynius iniiciūt uiuerras in specus q̄ sunt multifores: atq; eictos supne capiūt. legat ergo uiuer-  
ris: q̄ snia est luculēta & Plynio accōmodata & illud ī terris deleaf: quo & elocutio & sensus dehōestant.

APVD Eundem libro. 15. locus est reconditus: nec a quo intellectus fuerit hac tempestate sat s aniad.  
uerto. uerba Plynii hæc sunt de ficis scribētis. Ex hoc genere sunt: ut diximus cotona: & caticæ: quæq; cō-  
scendenti nauim aduersus parthos omen fecere. M. crasso uenales prædicātis uoce cauneæ. historia quā  
signat Plynius a nullo historicorum: quod equidem sciam: tradita est. nec ex ipso Plynio percipere possū-  
mus quomodo fici cauneæ omen fecerint. M. crasso proficiscenti ad particam expeditionē. ego ab uno  
Cicerone hunc locum declaratum esse perspexi his paucissimis uerbis: quæ sunt ab eo scripta. libro. 2. de  
diuinatione: cū. M. crassus exercitum Brūdusii imponeret: quidam in porticu caricas cauno aduectas uē-  
dens cauneas clamitabat: dicamus. si placet: monitum ab eo Crassum caueret ne iret: non fuisse peritūq;.   
hæc Marci tullii uerba: si quis diligēter pensitauerit: & iudicio præsentissimo perspexerit: profecto Plyn-  
ianam sentētiam alioquin subobscuram perspiciet: cuius hic est sensus. E genere ficorum sunt cauneæ ex  
insula cauno aduectæ: quas uenditor cauneas clamabat. quando Crassus ex portu Brundusino nauē cō-  
scendere cum exercitu moliebatur: hoc nomine Cauneas. uēditor intelligebat se habere ficos uenales ex  
cauno deportatas: qui uero omnia obseruant. id uerbum: Cauneas: malum nomen portendere Crasso  
dixerunt: quasi significare uellet: cauneas: caue ne eas. & ita interpretabatur ob hanc uocem. cauneas: mo-  
nitum esse Crassum ab eo uenditore ficorum. Caue ne iret scilicet ad parthicum bellum. hoc est ergo  
quod ait Plynius cauneas uenales uoce proclamantis fecisse omen Crasso: quia cauneas significare uide-  
tur Caue ne eas. Caunus autem unde fici cauneæ nuncupantur ciuitas est & æstate & autumnno pestilens  
propter æstus ac pomorum copiam: unde Cauni coloni ad modum uirides pallentesq; existunt: un quos  
olim Stratonicus cytharedus uersu Homerico ita iocatus est: Tale quidem genus est hominū: quale  
est foliorum. fuerunt caunii rhodis subiecti: a quibus aliquādo descuerunt. Molo orationem scripsit ad  
uersus caunos scribit Plynius in cauno gigni homines lienosos.

IN. 25. ubi de helleboro loquitur menda est his uerbis aliqui pastores eodem nomine iuenisse tradūt  
capras purgari: pastore illo animaduertente: datoq; lacte earum sanasse parotidas furentes. in hoc enim  
loco dictio illa parotidas adulterina est. & ab incuriosis supposita pro prætidis. nāq; Plynius eo in loco  
intelligi

inte  
fuisi  
nus  
sic  
nat  
faci  
qua  
sic  
lose  
rent  
der  
non  
rei e  
pro  
para  
loc  
tes i  
I  
mo  
cup  
epi  
not  
rat  
una  
Cu  
atti  
cre  
alte  
dis  
nec  
tes.  
gis  
not  
hæc  
Cui  
qui  
cisc  
est.  
pei  
go  
chu  
biu  
cos  
cur  
har  
dur  
uat  
ne  
pec  
log  
qui  
pec  
I  
fau  
gat  
nos  
que

intelligi uult prætidas illas hoc est præti filias carminibus poetarum celebratas: cum furore agitent  
fuisse sanatas helleboro a Melampo: de diuinationis arte clarissimo. a cuius nomine unum hellebori ge-  
nus appellatur Melampodion. de hac melampodis curatione meminit Vitruuius in. 8. de architectura  
sic scribens: apud fontem clitorio Melampus purgauit: præti filias: restituitque earum mentes in pristi-  
nam sanitatem: & Ouidius in. 15. metamorphoseos: cum de fonte clitorio loqueretur: cuius aqua epota  
facit abstemios ita subiunxit. Siue quod indigenæ memorat amythaone natus Prætidæ attonitas post  
quam per carmen & herbas eripuit furis purgamina mentis in illas Misit aquas odiumque meri perman-  
sit in undis. Seruius quoque enarrans illud Virgilianum. Prætidæ implerunt falsis mugitibus agros: fabu-  
lose scripsit illas Iunonis iracundia ac insania fuisse uexatas: ut se uaccas putaret: adeo ut plerumque geme-  
rent: & aratra formidarent: quas Melampus postea purgasse perhibetur. Addit p̄bus prætidæ ob hanc  
dementiam patriam argos reliquisse: his itaque argumētis subnixi asseueramus legendum esse Prætidæ  
non parotidas apud Plynium tradentem qua medicina sanauerit Melampus Prætidæ furentes: Cuius  
rei etiam meminimus in Propertii cōmentariis: non inficior parotidas identidem ab eodem memorari  
pro tuberculis: quæ ut autor est Celsus in sexto sub auribus oriri solent. Sicut & nomen ipsum declarat.  
para enim græce apud signat. & ota aures dicuntur: unde parotides nuncupantur. sed haud quæ in hoc  
loco apud Plynium parotidas legere debemus. sed ut iam docuimus Prætidæ. Solent etiam iuxta den-  
tes in gingiuis oriri dolentia: quas græci parotidas appellant: quæ remedia diligentissime scribit Celsus.

IN Eodem. xxv. eodemque capite mendosa dictio est his uerbis: plurimum helleborum nascitur in Oeta  
monte & optimum uno eius loco circa epirum. Nusquam legimus locum esse in oeta monte epirum nun-  
cupatum. nec epirotica regio oete propinqua est: quo circa Theophrasti auctoritate confisi pyram pro  
epirum emendauimus: a quo Plynium hunc locum transfuisse facile cognoscas: si Theophrasti librum  
nonum de plantis cum hoc Plyniano contuleris: in quo cuncta ferme leguntur de hellebore quæ memo-  
rat Plyn. & hæc in primis plurimus helleborus optimusque eo prouenit loco. non tamen ubique sed parte  
una tantummodo oete: quam pyram uocant. ex his liquido apparet pyram legendum esse: non epirum  
Cur autem locus illa in oeta monte pyra nuncupetur: docet Liuius libro. xxxvi. Cuius hæc sunt uerba. M.  
atilius oetam ascendit herculique sacrificium fecit in eo loco. quem pyram (quod ibi mortale dei corpus  
crematum sit) appellant: fabula est olyram fluium Herculis rogum extinguere conatum esse una cum  
altero fluiuo nomine mella: Cuius rei meminit Strabo in. 9. geographiæ: Sed hactenus de Plynianis mē-  
dis & obscuritatibus: quæ omnia ferme peculiari uolumine priuatim annotamus. quod (ut speramus)  
neque inutile: neque inuicidum erit sectatoribus Plynianæ eruditionis: Sed iam ad alios transeamus.

APULEIUS Madaurensis plurimis scæter mendis: propterea quod plurimi eius lectionis sunt infrequē-  
tes. quæ res scriptorem luculentem atque eruditum non solum reddit scrupulosum: sed etiam in dies ma-  
gis mendosum facit: & enim ut in præsentiarum pauca ex plurimis deprauata attingamus: succurrunt  
nonne in primo de asino aureo mendum est: quod correctores dissimulater preterierunt. uerba Apulei  
hæc sunt de Theseo scribentis: non est aspernatus ales anus hospitium tenue. truncatur uerbum est ales.  
Cuius nullus est sensus: nulla extat historia. nos pro ales hecales emendauimus secuti scriptores idoneos:  
qui tradunt uetulam rusticam nomine Hecalem hispitolo Theseum suscepisse: quæ illo ad bellum p̄si-  
ciscete uouit se loui immolaturam si incolumis redisset in patriam: uerum ante reditum illius extincta  
est. Cuius cadaueri dum in rogo semiustulatum esset: Theseus superuenisse fertur. unde a poeta in pri-  
mo Hecalem hanc significante dictum est: Æqualis tibi quam domum reuertens Theseus repperit in ro-  
go iacentem. de Hecale scribit Plutarchus in theseo: Hecales hospitium apud græcos celebrat Callima-  
chus: qui scripsit Hecalesia cuius testimoniū citat Plynius in. xxii. quo in loco impressores: ne quid acer-  
bius dicam incorrectores. pro Hecale becate ipresserunt Plynii uerba subieci: quæ hæc sunt estur & son-  
cos: ut quem Theseo apud Callimachum ponat hecale. caule uterque albus & niger. Idem Plynius. xxvi.  
cum de crethmo herba loqueretur: quæ inter eas est: quæ eduntur siluestrium herbarum: ita subiunxit:  
hanc certe apud Callimachum apponit rustica illa Hecale. cum de hac igitur intelligat Apuleius: legen-  
dum est hecales anus: & illud ales obelo confodiendum.

APVD Eūdem: pro laniena lanien passim legitur: nullo sensu: nulla cōstructione: nulla latinitate ser-  
uata. ita enim ipresserunt. ne nefarius homicida totam ædium lanien: quam cruenter exercuit impu-  
ne cōmiserit: quis non uidet dictionem esse inuersam: & lanien pro lanienā fuisse perscriptū: quæ dictio  
peculiaris est ipsius Apulei: & signat quādam quasi laniationem. auctor est. M. Varro libro primo de ana-  
logia lamenam locum esse ubi caro uenditur: quod uulgo macellum appellatur. Sicut pellefuinam anti-  
qui uocitarunt: ubi pelles ueneunt. uideturque dicta esse laniena a laniando. unde & lanii dicti qui laniant  
pecora: & lanistæ: qui laniandis præfunt gladiatoribus.

IDEM libro floridorum primo ita scribit. Si minus est riseris. funere plus timueris. Si comœdia est  
faueris. Si philosophus didiceris: fateor me ignorare quid significet funere plus timueris quod si ita le-  
gatur Apuleius ipse talia se scripsisse inficiabitur: & inuenustam insulsamque eloquutionem aspernabitur  
nos pro funere plus emendauimus funepeus. Significat autem funepeus eum qui graditur per funes:  
quem latini uocant funa bulum: græci schenobarem: quæ uox iam pro latina recepta est. primus mella-

la (ut autumat Porphyrio) pro schenobate dixit funabulū: qua dictioe usus est & Teretius in ecyra. sensus est Apulei: Spectatores ridere si minimū in teatro spectauerit histrionā exercentem. timere uero si fune peum aiaduenterint per funes cū periculo ambulante: tanquā iam lapsurus sit. alibi idem Apuleius usus est hac dictione sicut scribens: comædus sermocinatur. tragædus uociferatur: fune peus periclitatur.

ILLVD quoq; indiget interpretationis: quod ab eodem in epilogia scriptum est ex Homero translatum: Nec Vlysses scrobē: nec æolies follē: nec Helena crateram aliquo pisculento medicauit: ad hore uerborum enarrationem inspiciēda sunt illa: quæ de Vlysse: quæ de Aeolo: quæ de Helena tradit Homerus: apud quem legimus in .xi. odyssæ Vlyssē: Circes cōsilio ad inferos demeasse: & scrobem effodisse mensura quoquo uersum cubitali atq; in ea manibus defunctorū sacrificasse mulso uino dulci aqua polentaq; cōmixtis: quæ ouium mactatarum: cruore repleuerit: atq; ita facta est manium euocatio per scrobem: & hunc Homeri uersum æmulatus Syllius luculente scribit libro .xiii. Scipionem ad euocandos manes iussu sibillæ cumanae fecisse scrobem: & humano refossa defuper mella uinum: & lac fuisse cum immolatione bidentum: hætenus de Vlyssis scrobe Aeolus uero quem nō solū poetæ: sed & historici uentorum regem esse dixerunt. utrem ulyssi dedit uentosissimum: quo .s. uentos omnes inluserat præter zephyrum: ut illo flante domum classe sociisq; superstibus deportaretur: hunc autem follem cathena argentea artissime alligatum ulyssis socii resoluerunt thesaurū clusum arbitrātes: ut cecinit in .x. odyssæ: & ab Ouidio repetitum est in .xiii. metamorphoseos. Quod uero ad Helenæ crateram pertinet: propter quem locum ad hæc accessimus enarranda. Scire debes quæ admodum apud Homerum in .4. Odyssæ. helena thelemaco ulyssis filio desiderio patris comploranti crateram ppinavit. in qua nobile illud phar macum uino cōmiscuit quod nepentes appellant quasi sine luctu: ne enim priuationē significat: & pen thos luctum. huius enim efficacissima uis est ad tristitiam animi auferendam: & obliuionem mærorum omnium conciliandam. hoc autem luctus medicamentum helena dono dederat Polydamia Thonis regis ægypti coniunx qui Menelaum & Helenam hospitio suscepit. huius pharmaci ab Homericæ helena thelamacho ppinati meminit Plynius li. xxv. his uerbis. Herbas certe ægyptias ab regis uxore traditas suæ helena plurimas narrat Homerus. ac nobile illud nepēthes obliuionē tristitiæ ueniāq; afferēs: & ab helena utiq; omnibus mortalibus propinandū. idem in .xxiii. nepentes hoc melytum nil aliud fuisse. q̄ uinum sentire uidetur: quod curas dissipat: & securitatibus est accōmodatum. unde de uino ita scripsit iamq; dudum hoc fuit: quod homericæ helena illa ante cibum administruit. Macrobius uero hoc remedium mæroris: quod helena uino miscuerit interpretatur esse dulcedinem sermocinationis: quæ nō minus hilarare solet cōuiuium: q̄ uini suauitas: uerba Macrobii ex libro Saturnalium nouissimo hæc sunt transcripta. Si Homeri latentem prudentiam in scruteris altius delinimētum illud quod helena miscuit non herba fuit: non ex india succus: Sed narrandi opportunitas: quæ hospitem mæroris oblitum flexit ad gaudium. Meminerunt huius quoq; nepentis homerici Herodotus in euterpe: Diodorus in secundo: & Strabo libro ultimo Geographiæ. igitur Apuleius: ut iā illius eruditissimi scriptoris uerba explicemus ad refutanda argumenta accusatorum: qui pisces eum quæsisse ad magiam exercendam obiiciebant ostendit autoritate homeri pisces magiæ celebrandæ adhiberi non solere: cum Homerus scribat nihil pisculentum adhibitum fuisse ab Vlysse ad scrobem illam qua manes euocauit: nec ab æolo: ad follē illū quo uetos inclusit: nec ab helena ad craterā illam: qua thelamachonepēthes: hoc est luctus delinimētū ppinavit: & ita docet falsam fuisse accusatorū criminationē: cū nihil negotii sit magno cum piscibus.

IDEM in nominum similitudinem iocabundus ita scripsit. pōt. cancer ad ulcera alga ad quercerum quod primo loco posuit satis apertum est: quod postremo non satis: quo circa scito quercerū dici frigidum cum tremore: qua dictione rarerent usi sunt recentiores scriptores. frequenter uero uetustissimi Lucilius & Plautus. Præterea ita scripsit Aul. Gellius libro ultimo noctium atticarum. An tu forte morbum appellari hic putas ægrotationem grauem: cum febris rabida & quercera: quibus uerbis febrē significat frigidam cum horrore quando totum corpus intremiscit: quæ grauis est ægrotatio. Præterea anti qui autore Festo querceram dixerūt grauem & magnam. alga uero res notissima est: cuius meminit Plynius in .xxvii. sensus Apuleii hic est: si ex uocabulo suspitiones ducuntur: poterit similiter: propter nominum similitudinem cancer marinus accōmodari ad ulcus: qui cancer nuncupatur. & alga quæ ab algote hoc est frigore deriuari uidetur: accōmodabitur ad quercerum: hoc est febrem frigidam: & grauem quem admodum & calculus hac ratione posset uideri idoneus ad uesicam hominis calculosi. Si in manū sum pferis ipsum Apuleium facilius percipies: in quem sensum ista dicantur. nobis satis sit declarasse quomodo alga ad quercerū accōmodari posset. Sed anteq̄ ad alios trāseamus illud quoq; qd̄ in primo de asino declarem: saccariā faciens merebam. lego apud iurisconsultos libro digestorum. 16. Saccariam negociationem nuncupari a nomine sagorum. quando .s. saga & id genus uestimenta mercamur: ut in distrahendo lucrum faciamus: ille itaq; eleganter dicitur facere sagariam qui exercet hoc genus mercimonii unde existimo apud Apuleium legendum esse sagariam ab huiusmodi negociatione. Quod si saccariā legis significabit mercaturam saccorum: & ita accipitur pro negociatione uiliori. Siue saccariam legas ut impressi codices habent: siue sagariam: ut mihi legendum esse uidetur: & ita sagaria absolute dicitur. Sicut argentariam & pyriticam: & fabricam dicimus: quamuis in piratica ita dici possit: ut fabrica dubi

raue  
AP  
untu  
cum  
biæ l  
enir  
quar  
corre  
impi  
nos i  
cieb  
quæ  
num  
bro.  
qui e  
simu  
esse  
res V  
non  
uari  
dos:  
solo  
rias  
uari  
tate  
drin  
Suet  
uena  
dum  
ligul  
auto  
eius  
res e  
bant  
rum  
uerb  
foro  
credi  
fraus  
pitu  
rium  
decip  
AP  
genc  
ptim  
rum  
qua  
us: le  
Secū  
eē ac  
AP  
nom  
qui f  
uerb  
dori  
eam  
rum:  
tem  
cum

tauerint Quintiliani præceptores.

APVD Pedianum Aſconium doctiſſimum Ciceronis interpretem: multa mendosa & mutilata reperuntur. Sed interim illius loci uenit in mentem: qui legitur in oratione contra Piſonē: minimeq; i Sicilia cum equitatu tranſerat ad nos: ciuitatem romæ datam: ædeſq; & pecuniam ex ærario: hiſtoria haud dubia hoc in loco ſignificatur. ſed illa dictio minime: ualde lectorem perturbat: ſententiamq; corrumpit: quæ enim quæſo nūquam legit ciuitatem Romanam donatā homini nomine minime: cum aduerbia nuſquam pro nominibus propriis mortalibus imponantur. nos autem re diligenter penſitata pro minime correximus Mutine. Sicut ab auſonio traditum eſſe proculdubio exiſtimamus: fuit autē Mutines uir impiger. & ſub magiſtro Annibale omnem belli artem edoctus: cuius uirtus cum in Sicilia cōtra Romanos maxime enituiſſet: formidolosa eſſe cœpit duci pœnorum Annoni: cuius famæ mutinis gloria efficiebat: unde cū iniuriis afficeretur præfectura ſpoliatur tranſiit ad Romanos tradito prius agrigento. quæ cauſa fuit. ut omnis repente Sicilia ad Romanos inclinet. ob hæc merita mutine i ſenatum Romanum introducto honores habiti ſunt: & ipſe ciuis Romanus factus eſt hæc traditur a Lioio diſperſim libro. xxv. xxvi. xxvii. ab origine urbis: & de hoc Mutine hoc in loco intellexit Aſconius. illum quoq; locū qui eſt in oratione pro Scauro: capiſtro ſub toga cinctus emēdauiſus campeſtre ſuper quo affati ſcripſimus in Propertii cōmentariis. idē in interpretatione orationis cui titulus eſt in toga candida mēdoſus eſſe hiſ plane uerbis. quod in ædilitate: quam annuam non geſſerat: uertias nō habuerat dedit gladiatores. uertias uerbum eſt abſonum: & abſurdum circa aliquem ſignificatum. nos. penſitato ſenſu: & litteris non multū immutatis correximus uarias. uarias autem pantheras appellat: a macularum (ut arbitror) uarietate: quibus ſunt ſpectabiles. unde ita ſcribit Plynius in. 8. in capite de pantheris. nunc uarias & pardos: qui mares ſunt appellati: in eo omni genere crebriſſimo in africa ſyriaq;: quidam ab hiſ pantheras ſolo candore diſcernunt: nec adhuc aliam differētiam inueni. hæc Plynius. cuius autoritate ſubnixus: uarias pro uertias apud Aſconium emendaui: qui ſignificat ædilem dediſſe ſpectaculum gladiatorium cū uarias: hoc eſt pantheras non habuiſſet. quas ædiles in ludis ædilitiis dabant. Sicut olim Scaurus i ædilitate ſua centum. L. uarias exhibuit. deinde Pompeius magnus quadringentas decē: diuus Auguſtus quadringentas. xl. alio nomine pantheræ africanæ nominatur: in quo ſignificatu accipiendū eſt illud apud Suetonium in caligula. edidit & circenſes plurimos a mane uſq; ad ueſperam: iteriecta modo africanæ uenatione: modo Troiæ decurſione. male litterati ſicuti libros impreſſos africanorum legunt: cū legendum ſit africanarum: & de pantheris itelligendum: quarum uenationem inter circenſes interpoſuiſſe caligulam ſignat Tranquillus. ſenatus conſultum fuit uetus ne liceret africanas aduehere. idem Traquill⁹ autor eſt Claudium exhibuiſſe africanas conſiciente turma equitum ſtorianorum: in interpretatione eiſdem orationis: apud eundem ex litterarum tranſmutatione dictio uetuiſta corrupte legitur. ipreſſores enim pro ſeplasia impreſſere ſeplasia. fuit autem ſeplasia forum capuæ in quo unguentarii negociabantur. ſeplasia delitiis contuſam fractamq; fuiſſe punicam ferociā teſtatur Valerius libro nono dicto rum factorumq; memorabilium ſeplasia meminit Cicero in oratiōe legis agrariæ contra Rullum hiſ uerbis: ſam uero qui metus erat tunicatoꝝ illorum in alba. & ſeplasia ubi albanam intellige pro altero foro campano: cuius ſit mētio quoq; apud Valeriū. hæc eſt illa ſeplasia. de qua ita ſcribit Plynius in. 3. 4. credūt ſeplasia ea oibus quidē modis corrupenti. idem in. 16. loquens de reſina arboris piceæ. hic ait eſt fraus ſeplasia: ubi ipreſſores nō ſeplasia impreſſerūt. Sed ſepiſſime aſia: a ſeplasia ſeplasiarius deriuat: accipiturq; pro effœminato unguentario. Lampridius in heliogabalo. pinxit ſe ut cupedinarium: ut ſeplasia: ut popinariū: propter unguenta: quæ ſeplasia conſiciebantur: dictū eſt ab Auſonio. Aere ſeplasia decipiare caue: quo uerſiculo pro aere ſeplasia odorem unguentorum atq; fragrantiam itelligi uoluit.

APVD Quintilianum in decimo inſtitutionum oratoriarum turpe mendum deprehendimus interlegendum: & etiam emendauiſus. ita enim ſcriptum eſt: Sed non quicquid ad aliquam partem ſcientiæ pertinet: protinus ad faciendam etiā Aphereſim: de qua loquimur accōmodatum: ex librorum impreſſorumq; incuria menda facta eſt in eo uerbo aphereſim: cum legēdum ſit phraſin: ſicut & nos correxim⁹: qua dictione tanq̄ latinitate donata uſi ſunt latini. unde alibi idem dixit Quintilianus: Macer & Lucretius: legendi qdem: ſed nō ut faciant phraſin: hoc eſt corpus eloquentiæ. Hieronymus i prologo galæto Secūdus machabeoꝝ liber græcus eſt: qd̄ ex ipſa phraſi. p̄bati pōt. de hac itaq; loquēs Fabi⁹ iqt nō oia eē accōmodata ad faciendā hac phraſin: hoc ē elocutiōem abſoluendā: quæ ex aliqua parte ſūt erudita.

APVD Eundem in tertio pro Tiberi⁹ cæſar. impreſſum legitur in oibus codicibus Titus cæſar: quæ nominis deprauatio hiſtoriam peruertit: & tempora. Verba Quintiliani hæc ſunt. Theodorus gadareus qui ſe dici maluit: rhodum: quē ſtudioſe audiſſet: cū in eam inſulam ſeceſſiſſet: dicitur Titus cæſar. ſenſus uerborum iſtorum maniſteſtariuſ eſt. Sed ab hiſtoriae fide diſſentiens: Se legatur Titus cæſar. nāq; Theodorus de quo loquitur Quintilianus docuit præcepta rhetorices rhodi per id tempus quo Thibetius in eam inſulam ſeceſſit: ubi circa ſcholas & auditoria profeſſorum aſſiduus fuit. & i primis audiuit Theodorum: manſitq; illic annos octo: de quo Tiberii ſeceſſu multa ſcribit luculēte Tranquillus. dictus eſt autem gadareus theodorus a gadaribus ciuitate ſyriæ quam iudæi ſibi uendicauerūt: unde ait Strabo lib. 16. cum de gadaribus loqueretur. hinc fuit Theodorus orator: qui ætate noſtra uiguit: Strabonem autem

etate Tiberi scripsisse: clarum est ipsius testimonio: qui in sexto memorat se Tiberii tpe floruisse: quilegit apud Fabium titum caesaris prorsus & historiae: & temporum ignarus est. de hoc Theodoro gadareo intellexit Iuuenalis illo uersu: Artem scindens theodoi. Illud quoque in eodem scriptore: quod adeo nuper legimus: indiget emendationis unius litterae immutatione. nam in primo: marcipotes publipotesque scriptum est. pro marcipotes publiioresque. maiores enim nostri a praenominibus dominorum seruos in familia nominabant: unde a Marco & publico dicti sunt marcipotes & publiiores quasi pueri hoc est serui Marci & publici. Sicut quintipor nomen seruile frequens fuit apud antiquos a praenomine domini dictum. ita marcipor & publicor a Marco & Publico nominantur. unde & emendatus est locus apud Plynium deprauatus: namque libro. xxxiii. naturalis historiae icuriosi scripserunt. marisfacere lociferesue. ubi scribendum erat marcipores luciporesue. p seruis marci & lucii: & hoc est: quod ait Plynius id genus seruos dominorum fuisse gentiles. i. eodem nomine appellatos: quo domini appellabantur. gentilis enim praeter notam significationem dicitur is qui simili nomine appellatur: id quod Cicero in topicis & Festus tradiderunt. uerba Prisciani ex libro sexto transcripta subieciimus. quibus auerte significatur. quod dicimus ut a puero composita: publicor publicoris: marcipor marciporis. Sic probus. ita enim antiqui pro publicipuer & marcipuer dicebant: quidam apud Plynium mariferes & lociferes dici existimant tanquam bauiolos marisuperiorum: & loculorum: sed male.

ÆMILIVS Probus: qui uitas graecorum imperatorum luculento sermone conscripsit. Aristidem tradit a themistocle collabefactum esse testula: quae sententia cum non solum tyronibus: sed etiam ueteratis subobscura uideri soleat: hoc in loco a nobis copiosissime explicabitur: qui studia iuuenum: & imprimis tui fouere ac iuuare pro uirili parte contendimus. ciuitates antiquitas: quae populari statu regebant: eos qui supexcellere uidebant: uel pp diuitias: uel pp amicos: uel propter aliquam aliam potentiam extra ciuitatem relegare solebant ad tempus: sicuti docet Aristo. libro. 3. politicorum. Athenienses uero exilio decenniali multare consueuerant potentes nimis ac excellentes gloria uiros: & hoc exilii genus ostracismo appellauerunt: qui repertus est: non ad castigandam improbitatem: sed ad potentiam moderandam. ostracismus autem ab ostrato. i. calculo: siue testula nomen sortitus est. qui in hunc maxime modum athenis agebatur: ostraci. i. calculi uirum in consilio dabantur: in quibus quisque nomen illius perscribebat: quem urbe cedere uoluisset. magistratus uero qui huic negotio praerant uniuersos simul calculos recensebant qui nisi sex millium numerum excessissent nihil confectum esse iudicabatur. ubi uero legitimus numerus repertus fuisset: eum. x. annorum exilio afficiebant: quem pluribus calculorum sententiis damnatum esse cognoscerent: hoc ostracismo multi proceres atheniensium in exilium e ciuitate eieci sunt: ut Aristides Themistocles: Cimon: alique complures. Nemo autem sordidus: nemo ignobilis: nemo famosus: ut Plauto comicus inquit: consueuit ostracismo multari unde id genus exilii apud athenienses cessauit. postquam Hyperbolus homo sordidus ostracismo relegatus est: qui nobilissimorum: & potentissimorum hominum: non autem sordidorum & humilium causa fuerat institutus. de ostracismo multa scribit Plyn. in Aristide: & Alcibiade: hoc latini testularum exilium uocant. unde etiam dixit Plutarchi interpres in pericle. Pericles eum iuuenis esset ueritus teste exiliu nulla ex parte rempu. attigit. sensus itaque Probi aemilii est aristidem a themistocle eieci tum fuisse ciuitate collabefactum testula: hoc est decenniali exilio ostracismi multatum: Quam historiam copiose scribit Plutarchus in Aristide: qui in themistocle sic ait: testarum exilio aristidem ciuitate eiecit: Quotiescunque leges testarum suffragiis eieci tum fuisse aliquem ex principibus atheniensium scito ostracismo: de quo diximus: hoc est exilium decennale significari.

IN Quarto apud Gellium locus est partim mendosus: partim praeposterus: ita enim scriptum est: de myope peri nodu quoque: qui lusciosus latine appellatur disensum est: in his paucis uerbis multiplex error est: quem nos ita emendauimus. & ita Gellium scripsisse opinamur. de myope qui lusciosus latine appellatur peri nodu quoque disensum est. & antequam sensum scriptoris explicemus: prius uerba ipsa quae significet declaremus. Myopas graeci uocant in die parum uidentes. quae dictio composita est a uerbo graeco myo quod signat claudo: & ops quod dicitur oculus. quasi myopes propter uisus hebetationem clausis oculis intueri uideantur latini id genus homines lusciosos appellant: a luscatione quadam: ut opinor quae scilicet luscios imitentur. alio nomine graeci lusciosus nyctilopas uocant a nocturno uidelicet aspectu Plynius libro. xxviii. ita scribit sanguine hirci sanari lusciosos. nyctilopas appellant graeci. Idem in octauo. ita scriptum reliquit. tradunt capras non minus uidere noctu: quam inter diu: & ideo captinum iecur: si uescatur: restituit pristinam aciem his quos nyctilopas uocant. Scribunt iurisperiti digestis de edilitio edicto: eum hominem morbosum esse qui neque matutino uidet: neque uespertino: quod genus morbi graeci uocant myopa. autor est Nonius myopes: qui latine lusciosi uocatur: ad lucernam non uidere. de luscioso faceret semper Plautus dixit in milite: adepol tu quidem caecus non lusciosus es: & eodem loco inquit mitum te lolio uiscitare: & tam uili tritico: quid iam: quia lusciosus. ubi impressores pro lolio impresserunt oleo. & ita plautinam eruditionem deprauarunt. Dicunt enim (ut inquit Placides) quod lolium comedentibus oculi obscurantur. cuius rei etiam testis est Ouidius illo uersiculo: Et careant loliis oculos uiscantibus agri. Festus pro luscioso nusciosum scribit: tanquam anyctilopa hoc est a nocturno aspectu derivatum: si nisi forte a librariis confusa sunt: quae Festus ipse ex ordine litterarum optime digesserat. Nodos uero

ro græce latine dicitur edentulus: hoc est ille: qui dentibus caret. erit itaq; sensus Auli Gellii. taliis: dissen-  
sisse eruditos de myope: hoc est eo: qui parum uideret: qui latine Iusciosus appellatus. an redhiberi debeat  
tanquam morbosus: similiter de edentulo quod ipse græce dicitur perinodu: quæsitum est an sit morbo-  
sus de quo scribens Paulus iuriconsultus cui dens abest inquit non est morbosus: maxima enī pars ho-  
minum dente caret: neq; ideo morbofi sunt: præsertim cum sine dētibus nascamur: nec ideo minus sani  
simus: donec dentes habeamus: alioquin nullus senex sanus esset. Sed iam ad diuum Hieronymū tran-  
seamus: apud quem nō minus eruditionis reperio atq; facundia: q̄ apud ethnicos scriptores.

**DIVVS HIERONYMVS** in Epistola ad Paulinum: quæ in liminari est pagina instrumenti uete-  
ris. Scribit Apollinum philosophum perrexisse ad Æthiopiam: ut gymnosophistas & famosissimam  
solis mensam uideret in fabulo. Quæri solet a curiosis Hieronymi sectatoribus. quæ nam fuerit illa solis  
mensa: quam ut uideret Apollonius ad Æthiopas accessit. de qua quid tradiderint luculenti scriptores  
eloquamur. autor est Herodotus in tertio historiarum fuisse in Æthiopia pratum omnium quadrupe-  
dum carne refertum: quam per noctem magistratus illic ponere festinabant: & ubi illuxisset: cuiuslibet lice-  
bat illuc accedere epulatum. indigenæ existimabant copiam epularum diuinitus suppeditari: & hanc so-  
lis mensam nuncupauerunt: ad quam inspiciendam olym cambyses misit legatos in Æthiopiam. Soli-  
nus græco uocabulo nuncupat heliutrazam: hoc est solis mensam ἡλιος enim græce sol: & trapeza  
mensa nominatur. de hac mensa solis ita scriptum reliquit Pomponius mella. est locus in Æthiopia pa-  
ratus: semper epulis refertur. & quia ut libet uesci: uescitibus licet. heliutrazam appellant: & passim  
apposita sunt: quia affirmant innasci subinde diuinitus. Interpretamenta quæ super hoc loco scribuntur  
a Nicolao de Iyra alioquin erudito sunt mera deliramenta: neque sententiæ Hieronymineque histo-  
riæ accomodata.

**APVD Eundem libro secundo contra Iouinianum** in peruulgatis impressisq; codicibus hæc uerba  
leguntur: nunc restat ut Epicurum nostrum sudantem in hortulis suis inter adolescentulas & muliercu-  
las alloquamur. Ego uero illud sudantem emendandum esse censeo: & unius tantummodo litteræ im-  
mutatione legendum subantem. namq; subare uocabulo antiquissimo dicuntur sues cū libidinant un-  
de translatio quoq; facta est in cætera animalia: ut docet Porphyrio enarrans illud Oratianum: iamque  
subando tenta cubilia testaq; rumpit: & ut autor est Aristoteles libro sexto de animalibus. ita subare dici-  
tur in suis: quemadmodum equæ libidine stimulata dicuntur equire. unde & Columella mulam ap-  
pellat equientem: hoc est desiderio libidinis equum appetentem. Et hinc maledictum trahitur in mulie-  
res libidinosas. in hanc sententiam loquitur Plynius. cuius uerba subieci ex libro decimo Verrem suban-  
tis audita uoce nisi admittatur cibum non capere usq; in maciem: ubi subantis accipitur pro libidinantis  
& ueneri inhiantis. ita Hieronymus taxare uolens Iouinianum eum appellat Epicurum subantem: hoc  
est in coitum ruentem: & in coitus uoluptate summum bonum collocantem: & hæc est erudita & perin-  
de uenusta sententia. Quod si sudantem legerimus: ut passim legitur: sensus erit plane frigidior atq; uul-  
gator. hac dictione usus est idem alibi in epistola contra diaconū Sabianianum. ita scribens: sic subantē  
& lasciuientem huc atq; illuc rapiebat uoluptas. & apud eūdem plurimis locis: hoc tanquam peculia-  
re uerbū deprehēdēs: sed fere semp librarioꝝ impressorūq; incuria: pro subantem sudantem leges.

**APVD Eundem contra Ioannem Hierosolymitanum** dictio deprauata est in his uerbis. Rogo quæ  
tanta est cæcitas cinericiis: sicut aiūt: tenebris inuoluta. Ego uero pro cinericiis tenebris correxi cimeri-  
is: quod ex hystoria prisca ueterique prouerbio depromptum est. nam cimerii populi fuerunt Scythici:  
a quibus bosphorus cymierius nominatus est. In cuius hostio fuit oppidum cimerion. quod alio nomi-  
ne cerberion uocabatur: ut author est Plynius in quinto. existimat Strabo in septimo dictum esse Bos-  
phorum cymierium quasi cymbricum a cimbris. qui incertis etrabundi sedibus usq; ad mæotim palu-  
dem militiam agitarunt: Cimeriorum clima obscurum est ac tenebrosum: ut idem memorat in primo:  
cuius reieriam meminit Homerus sic loquens de cimeriis. Illis sol nunquam phællon sua lumina spar-  
git: Perniciosa super nox semper tenditur istis. Tibullus Homericæ carminis æmulator ita cecinit in he-  
roico poemate: Cimmerion etiam obscuras accessit ad arces. Quis nunquam candente dies apparuit or-  
tu? Siue super terras phæbus seu curreret infra. Cum itaque cimeriorum regio esset tenebricosa & aer  
caliginosus: deductum est inde prouerbiū: Tenebræ cimmeriæ: quod usurpat Lactantius sic scribens  
in quarto diuinarum institutionum: O cæcum pectus: o mentem cimeriis (ut aiunt) tenebris atritorem  
Lactantium (ut opinor) immitatus est Hieronymus: cuius uerba ita emendanda sunt. Prout emendau-  
imus: & sic legenda: Rogo quæ tanta est cæcitas cimmeriis: sicut aiunt tenebris inuoluta. Qui cinnericiis  
legunt: sicut semidoctum uulgus lectitare cōsueuit: hi iudicio sunt plane cinericio: & omni penitus scin-  
tilla uiduato. Ephorus author est ciminerios in Italia quoque fuisse iuxta lacum Auernum. eosque i sub-  
terraneis habitasse domiciliis: quorum morem patrium esse: ut nemo solem aspiciat: noctu uero egredi-  
antur: de cimneriis ita scribit Festus: Cimerii dicuntur homines qui frigoribus habitatas terras inco-  
lunt. quales fuerunt inter baias & cumas in ea regione: in qua conuallis satis imminente iugo circūdata  
est: quæ neq; matutino: neq; uespertino tempore sole contegitur.

**IN Cæsaris secundo commentario** ita scriptum est. Sectionem eius oppidi uniuersam Cæsar uendi-

dit ubi sectio dictio est uetus sicut & sector. dicuntur autem sectores qui spem sui lucri secuti. ut docet Aconius: bona damnatorum emebant in auctionibus: ac postea pro compendio uenditabant: ide a Cicerone. M. Antonius sector Pompei appellatur. quoniam scilicet in subhastatione bona Cnei Pompei redemerat: ideoq; ab eodem dictum est inflammantibus expectantibus omnibus quisnam esset tam impius: tam demens: tam diis hominibusq; hostis: qui ad illud scelus sectionis auderet accedere? inuentus est nemo præter Antonium: ubi sectionem in eo significato accipit: quo Cæsar pro illa: scilicet iuris persecutione: qua sectores utuntur in auctionibus. Alibi a Cicerone eleganter dictum est in Oratione pro Roscio amerino: nescis per ista tempora eosdem fere sectores fuisse bonorum: & colorum. Cornelius tacitus ubiq; hasta & sector & inquieta urbs auctionibus. deniq; crebra mentio est sectorum apud eruditos qui pro emptoribus his accipiuntur: qui auctionantur bona hastæ subiecta: a Lucano dictum est sectorq; fauoris ipse sui populus. ubi sector scienter & eleganter dicitur populus Romanus: quia fauorem suum uidebat candidatis spem lucri secutus sensus est Cæsaris uenditam fuisse oppidi sectionem. id est Cæsarem bona ciuitatis uendidisse sub hasta: his qui sectionem facere dicuntur. & in hoc significato sectiones accipiendæ sunt apud Tranquillum ita scribentem in Vitelio. Cuius filius sectionibus & futuris uberius compendium nactus: scribit Festus sectionem significare iuris persecutionem: quæ interpretatio nõ multum abest ab ea quã tradidimus significatione. sectores enim facta in auctionibus sectione ius suum persequuntur.

**HIEREMIAS** Propheta ita inquit: cum pinxeris stibio oculos tuos frustra componeris. in Ezechie. le quoq; legimus circumlinisti tibi oculos tuos stibio. & ornata es modo muliebri: & libro quarto Regum scriptum est. depinxit oculos tuos stibio. & ornauit caput suum: idemq; hæc dictio stibium scaturiens est apud ecclesiasticos scriptores & in primis apud Hieronymum. Quid autem sit stibium tam nescit Nicolaus de Lyra: nescire curauit. ut autem studiosi sacrarum scripturarum intelligant quid proprie stibium significet: quo ad uenustandos oculos peculiariter utebantur: sciant in argenti metallis iuueni lapidem spumæ candidæ atq; nitentis: quem alii stibium: alii alabastrum: aliqui turbasim appellant. Cuius uis principalis est circa oculos: quos dilatat: quorumq; fluitiones inhibet exulcerationesq;. Ideo id græci platyophthalmõ appellauere ab oculorum scilicet dilatatione: auctor Plynio libro trigesimo tertio: stibio ergo oculos scæminæ pingebant: ut ita formosiores uiderentur. quod uiris & maxime religiosissimum est: & maximo olim probro dabatur. unde ait Apollonius. Dic mihi crinem fucat prophetes: stibio oculos linit.

**IDEM** Hieremias ita inquit. facit laquearia cedrina pingitq; sinopide cum interpretes quid sit sinopidis non explicent: a nobis explicandum est: sinopidis color est unus ex coloribus natiuis: cui nomẽ idem est ab urbe ponti sinope: ubi primum inuenta est. nascitur teste Plynio in Ægypto: Balearibus: Africa sed optima in Lemno & in Cappadocia: Sinopide: usi sunt ueteres pictores ad splendorem. Rubricæ genus in ea uoluerit intelligi quidam. unde a Vitruuio libro septimo: rubrica sinopica nuncupatur: de qua ita scribit Strabo libro duodecimo Geographiæ. In Capadocia nascitur ea: quæ sinopica rubrica dicitur omnium optima: quæ cum iberica decertat: circiter sinopica appellatur: quod eam mercatores eo de ferebant: priusquam ephesiorum emporium tam celebre esset.

**IN** Daniele dicit Susanna ad puellas. afferte mihi oleum & smigmata: interpretes scribunt: smigma esse aquam ordeaceam ad faciẽ abluendam. ego quemadmodum nescio an smigma sit ex hordeo aqua ita hoc scio smigma appellari omne quod purgat emaculat abstergit: a smicho uerbo græco deriuatum inde ita scribit Plynio in ærariis officinis: & smegma fit iã liquato ære atq; percocto. idem alibi smegmata mulieres faciunt ex his. idem in uigesimo secundo: succus lupini smegma fit: quo solent fouere gægrenas. & frequens est hæc dictio apud eundem: accipiturq; pro uocabulo generali: quo medicamentum omne significatur: quod ualet ad emaculandam faciẽ: & abstergenda corporum de honestameta: a smegma deriuatur smecticus: unde a Plynio identidem uis smectica usurpat accipiturq; pro efficacia tali: quam habet smegma ad purgandum scilicet & emaculandum.

**APVD** Tranquillum in Galba dictionem deprauatam correximus: & pro adulterina ueram uenustamq; substituimus uerba Tranquilli hæc sunt: ut siquid scænici: aut histrici donatum olim uendidissent: auferretur emptoribus: nos pro histrici emendauimus xystici: dicuntur autem xystici athletæ: qui per hiberna tempora antiquitus exercebantur in porticu quæ xystos: apud græcos appellatur. auctor Vitruuius in libro quinto de architectura: qui docet quemadmodum faciẽda sunt xysta. usus est hac dictione idem Tranquillus iugusto sic scribens. nec tamen eo minus aut xysticorum certationes: aut gladiatorum pugnas seuerissime semper exegit: ubi xysticorum nomine athletas intelligit apud iurisconsultos digestis de his qui notantur infamia. duæ dictiones iunctim locatæ pariter mendosæ leguntur: ubi ita scriptum est neq; theomilici neq; xesustici ignominiosi habeantur: nam pro theomelici thymelici: pro xesustici xystici corrigendum est: & in eo significato xystici accipiuntur: quem iam declarauimus. thymelici uero ut hoc quoq; iurisconsultorum uerbum explicemus: significant histriones: & græci thymelen pulpitem & histrionicam appellant. unde a Vitruuio dictum est: scænici & thymelici græce sepatim noiant. & Aufonius festiue scripsit: nos thymelê sequimur. in decretis quoq; distinet. ultima. de con. sacerdotes admonent de conuiuiis surgere debere anteq; thymelici ingrediant. sed ut ad Tranquilli smigam explicandum reuertamur.



mur. Dicit ille liberalitates Neronis a Galba fuisse reuocatas: ut id quod olim scenicis aut xyfticis: id est athleticis donauisset id exigetur. hanc historiam Plutarchus apertioribus uerbis explicat: quibus plane sententia Tranquilli fit manifestior: ita enim scribit in Galba. quas largitiones i Galba dederat scenam palæstramque agitantibus: eas uehementius repeti iussit præter decimam partem. eadem historia traditur a Cornelio tacito omiſſis scenicorum xyfticorumque nominibus præterea xyftici dicuntur. qui xyſto ludunt. significat autem xyſtos haſtile: uel ſpiculus: unde xyſtophoros græce nominatur latine ſpiculator: xyſtos quoque præter iam dictas ſignificationes accipitur pro ambulatione in qua arbuſculæ ſunt in plurimas ſpecies effigiatae: & talis ſignificatur a Plynio libro quinto epistoſularum: ita ſcribente. ante porticum xyſtus conciſus in plurimas ſpecies diſtinctusque buxo. & ut autor eſt Vitruuius latini xyſta ambulationes appellant: quas græci paradromidas dicunt. de xyſto ait. Cicero in Bruto: nam cum ambulare in xyſto & eſſe ocioſus domi. legatur igitur apud Tranquillum xyſtici potius quam hiſtrici: & pro athleticis accipiuntur. non ignoro hiſtoricos dici poſſe hiſtriones: cum a Plauto in penulo imperator hiſtricus hiſtrio nominetur: & ab eodem alibi dictum ſit. hæc imperata ſunt pro imperio hiſtrico: pro eo quod imperio hiſtrionico uideaturque alludere Plautus ad hiſtriam: regionem: ex qua primum hiſtriones ueniſſe: inde nomen ſortitos eſſe autumat Feſtus. cuius autoritati Liius Valeriusque refragant ſcribentes nomen hiſtrionibus fuiſſe inditum: quia hiſter tuſco uerbo ludio uocabatur. uerius eſt prior ſignificatus & hiſtoriam accommodatior.

IDEM in Veſpaſiano inquit. publicum quadrageſimæ in aſia egit. ego exiſtimo publicanum potius quam publicum legendum eſſe: ut ſit ſenſus: ſabinum de quo loquitur fuiſſe publicanum in aſia ad quadrageſimas exigendas: hæc eſt enim elocutio & luculenta & erudita: ut ita dicamus: agit publicanum: agit ſenatorem: agit amicum imperatoris pro eo quod eſt facit officium publicam ſenatoris & amici imperatoris: & hic mos dicendi apud eruditos eſt frequentiffimus: quadrageſima uero eſt tributum & exactio ſicut uigefima: & quinquageſima: ceteriſima: & ducentiſima: & id genus alia publicanorum fraudibus excogitata. uñ ita ſcribit Cornelius tacitus manet tamen abolitio quadrageſimæ quinquageſimæque: & quæ alia ex auctonibus illicitis nomina publicani inuenerant: ita Cicero decumanos in uerrinis appellat principes publicanorum: a quibus decumæ exigebantur: & a Liiuo uigefimarium aurum dici uidetur: quod ex uigefimis exigebatur: quauis in mendoſis Liiuanis codicibus non uigefimarium aurum: ſed incenſimarium legatur. de uiceſima ſcribit Plynius in panægyrico luculentiffime. a Seneca ſanguinolentæ ceteriſimæ elegantiori epitheto appellantur: ducentiſimas auctonum italiae olim Caligula remiſit.

IDEM in Auguſto ſcribit: Octauium Auguſti patrem inter diuiſores operaque campeſtres proditum: quæ uerba cum a multis perperam intelligantur: a nobis in hoc loco explicabuntur. diuiſor criminis nomen eſt. hiique antiquitus diuiſores uocabantur: qui pecuniam inter tribus uiritum diuidebant nomine candidatorum hoc eſt magiſtratus petitorum: quos Plautus magiſtros curiarum in aulularia uocat his uerbis: nam noſter noſtra qui eſt magiſter curiæ: diuidere argenti dixit nummos in uiros. quærit Aſconius utrum legitimos habeant tribus omnes diuiſores ſuos: diuiſoris autem nomen criminofum fuiſſe utpote tribulium corruptoris in ferendo ſuffragio docet Cicero in oratione pro Plancio his uerbis. Quam tibi comodum eſt unam tribum dilige tu: doce id quod debes: per quæ ſequeſtre: quo diuiſore corrupta ſit. idem alibi ait: qui ſi erat diuiſor præſertim eius: quem tu habebas reum: cur abs te reus non eſt factus. idem alibi docet inquit diuiſiſſe pro eo quod eſt diuiſorem fuiſſe pecuniæ inter ſuffragatores: ut libentius candidato ſuffragarentur operas uero campeſtres appellat eos: qui in campo martio ſeruilem operam candidato impertiebantur: & pro eo laborabant: ut ſuffragatoribus ſuffragantibus magiſtratum conſequeretur. nam cum opera ſceminino genere ſignificet teſte Vlpiano diurnum officium: accipiatque pro operatione. ſignificat etiam ipſam perſonam quæ aliquid facit: ſicut docet Seruius: & ita accipitur frequenter apud Ciceronem: qui pluribus in locis operas contumelioſe appellat ſordidos & abiectos uiliſque conditionis homines. unde ait in oratione pro Sextio: cum per tribunum aliquem & ſexcentas operas ſe fortunis ſpoliari uideant. & alibi operarum inquit ſuarum gladiis: & lapidibus obiecerit: & in oratione pro Flacco: operæ faceſſant: ſeruitia ſileant. Oratius quoque nomine operæ ſeruum ſignificauit illo uerſu: accedas opa agro nona ſabino. idem Tranquillus alibi mancipem operarum nuncupauit: quem intelligi uoluit conductorem redemptoremque ſeruatorum maniceps enim ut hoc quoque declarem: ſignificat eum qui a populo aliquid emit conducit uel: in hoc ſignificatu accipiendum eſt illud Plynianum. eorum maniceps proxime ſutrinæ examinauit. Cicero manicipes appellat Romanos publicanorum principes: qui quaerſtus ſui cauſa decumas redimunt a populo Romano: mancipis nomen a manucapiendo dictum eſt. unde & ius mancipii deriuatur: de quo ait Cicero in oratione pro Aruſpicum reſponſis: iure autoritatis: iure mancipii: iure nexi. Campeſtres operæ dicuntur a Tranquillo ab eo: quod in campo martio pro candidato ſatagebant: & operabantur.

LEGEBAMVS nuper oblectamenti cauſa paulatinam fabulam: cui titulus eſt. miles. inter legendum correxiſimus locum mendoſum: & penitus deprauatum. adeo ut nullus ſenſus percipi poſſet. ſed priuſquam emendationi noſtræ applaudamus: uerba Plauti: quæ in omnibus codicibus mendoſe preſcripta ſunt referamus. cauſam hanc habeas ſurugene quæ ſunt hæc portenta uerborum: ipſe medius fidius Plautus talia non interpretaretur. nos uero perſtatim curioſiſſime & uerbis & ſententiis paulatim demutantes ita correxiſimus. Cauſam

habeas ferrugineam:causea autem dictio est uetustissima:qua significatur tegumentum capitis calori aptum:unde & nomen accepisse uidetur.causis enim græce dicitur latine combustio:& causon æstus.Inde ab Hippocrate & Auicenna causon febris æstus appellatur.hac dictione utitur Valerius libro quinto scribens in capite de clementia:quemadmodum Antigonus caput Pyrrhi textit causia : qua uelattū caput suum more macedonum habebat.Scribit Plutarchus in Antonio:Ptolomæum Antonii & Cleopatraz filium ornatum fuisse chlamyde & causia cum diademate:qui erat habitus Regum macedonum ab Alexandro.apud Martialem lemma est causia:accipiturq; i hoc eodem significatu:quod declarat distichon subiectum.In Pompeano textus spectabo teatro.Nam uentus populo uela negare solet.ferrugineam causiam optimo epitheto Plautus appellat:quam intelligi uult subnigram cæruleiq; coloris:hoc enī significare ferrugineum carminibus Virgilianis & grāmaticorum interpretationibus manifestissimum est.Igitur uolens Plautus describere ornatum hominis naucleri uult: ut habeat pro capitis tegumento causiam ferrugineam:qui color est marinis fluctibus similis:unde ab eodem Plauto is color in eadē fabula thalassicus nuncupatur:hoc est marinus : quis impressores pro thalassico Thessalinis impresserint: corrupto uerbo & sententia.græci enim thalassian mare appellant:unde thalassicus deriuatur:idcirco dixit idem alibi:nescio quis tecum incedit ornatu quidem thalassico.hunc colorem Venetum scienter appellat Vegetius libro quarto de re militari:scribens nautas ueste ueneta esse induendos. & uela nauium exploratoriarum colore ueneto esse tingenda:est autem uenetus color cæruleus:& ut inquit idem Vegetius similis marinis fluctibus author est Lampridius heliogabalum pisces comedisse coctos cōditura ueneta:quasi in marina aqua cum colore suo.hic est ille color:a quo aurigarum factio ueneta nominat:q; factio apud scriptores memoratissima est:cui ita fuit addictus uitelius:sicut prasinæ factioni deditus erat caligula ita nūcupatæ a prasino hoc est uiridi colore:& olim Verus Antoninus:autore Iulio capitolino passus est iniurias a Venetianis:quod prasinæ factioni contra eos faueret:ubi Venetia nos appellat aurigas uenetz factionis.& hic est ille prasinus uenetusq; pannus:de quo ita scribit Ply. lib.8. Epistolarum: nunc fauent panno pannum amat.& si in ipso cursu nō mediocri certamine hic color illucille huc transferatur:studium fauorq; transibit & repente agitadores illos:quos procul noscitant:quorum clamitant nomina relinquet tanta gratia:tāta autoritas in una uilissima tunica.hæc Plynii uerba quidam neoterici interpretes perperam allegauerunt:parum diligenter animaduertentes. Plynium in hoc loco ostendere uoluisse inane studium Romanorum inanemq; fauorem:qui nō hominibus ipsis fauebant:sed colorum quo erant induti.unde ait:si color panni ab una factione ad alteram factionem transferatur: similiter spectatorum fauorem transiturum:qui si personis ipsis fauerēt:nō relictis illis pannum sequerent.

SCRIBIT Diuus Hieronymus in prologo Paralipomenon:quod sæpe culpa scriptorum: unum nomen in duo uel tria uocabula diuiditur.quod uerissimum esse in compluribus aliis scriptoribus:tum in Plautino poemate deprēdi.ubi sæpe duo uel etiam tria nomina subtractis e medio syllabis i unum uocabulum coagmentata deprendes.uel regione unū nomen propter latitudinem suā in duo uel tria uocabula diuisum.Legebam adeo nuper persam plautinā fabulam:in qua sic loquitur toxillus seruus. hūc ego hominem hodie intra semina doctis ducam dolis:ubi illud intra semina.ita emendādum est:in trasenna.significat autē trasennā extentum funem:Salustius trasenna demissum uictorie simulacrū cum machinato strepitu tonitruum coronam metello imponebat.cum ergo ex fune laquei intendantur ab his qui insidiantur feris capiendis:facete plautinus seruus(in comædiis enim serui fallaces inducuntur) dicit se dolis circūuenturum lenonem:ducturūq; in trasennam:tanq̄ laqueos ex fune fraudulenter intēderit:alibi in eodem significatu dixit Plautus in Bacchidibus:nunc e trasenna hic turdus lumbricum petit. impressi codices pro turdus habent tardus. idem in rudente sententialiter loquens ait.o gryppe gryppe in ætate hominum plurimæ fiunt trasennæ:ubi decipiuntur dolis:atq; xepol in eas plerūq; esca impōnitur:quam si quis auidus poscit escam auariter decipitur in trasenna auaritia sua:ex his Plauti uerbis aperte colligimus trasennam significare decipulum & laqueum ad decipiendum concinnatū. In alio significatu:si Nonio credimus. Trasenna accipitur pro fenestra apud Ciceronem libro primo de Oratore ita scribentem:quasi per trasennam prætereuntes strictim aspeximus. uerba Salustii : cuius auctoritate paulo ante diximus trasennæ nomine funem significari:allegat Nonius & accipit pro fenestra. Sed Seruius enarrans illud Virgilianum:uolucrem traiecto in fune columbam. Traiecto exposuit pro extēto: & subiungens ait:unde trasenna dicitur extentus funis:& citans Salustium testem illius uerbis suam nititur de trasenna fulcire sententiam:idem exemplum Salustianum refertur a Macrobio in tertio Saturnalium: exempla Plautina quæ iam recensuimus cum Seruii opinione conueniunt.

ILLVD quoq; apud eundem in mentem uenit:quod indiget modicæ castigationis uinceretis certū cursu:uel glabatorem gradu:ubi glalatore legendū esse Festus Varroq; notificāt:qui ambo hæc plautina uerba allegantes glalatore dici demonstrāt a gradu magno:& hi proprie sunt glalatores : qui peticis superstantes magnis passibus gradiuntur.has uero Plautinas mendas aliasq; complusculas dubioq; cul impressoribus ascribimus:non autē correctori Georgio Alexandrino:qui in memoria nostra uix doctissimus est:in cuius ingeniu eruditionemq; eruditissimam tam turpia errata non cadunt.

IN Penulo itroductis seruus Lenonis nomine Syncerastus: qui ita loquit. Si herus meus me esse locutum cuiq;

tum  
esse  
inter  
guedi  
ita  
me  
ex  
admo  
serui  
dam  
& uer  
situs  
mine  
IN  
in his  
quas  
dem  
foret  
des  
Vari  
hæc  
sus  
cio  
posc  
hoc  
dici  
rem  
gestu  
C  
noia  
brat  
tion  
xano  
tra  
dix  
perr  
gun  
cict  
tus  
num  
ter  
do  
re  
tion  
cæ  
ufus  
siuc  
cum  
Igit  
dixi  
A  
lias  
pro  
teq;  
tur  
græ  
uidi  
mil  
me

tum cuiq̄ mortali sciat: continuo is me ex sincera fecerit. Iam pridem didici Varrone docente synceraſtū esse omnem medulam antiquo uocabulo græco. ex qua Varroniana doctrina ita hunc Plautinum locū interpretor: ut dicat seruus synceraſtus se futurum ex syncera: hoc est sine synceraſto: id est medula & pinguedine propter uerba: quæ sibi irrogauit herus leno: si rescuerit eum esse cum aliquo collocutum: & ita Facetissime in nomen suum iocatus est: qui dicebatur synceraſtus: quasi medulloſus: quid si ita legas me ex synceraſtum fecerit: non absurde leges: ut ex synceraſtus dicatur nomē cōtrarium synceraſto: quē admodum ab eodē Plauto expeculati dicūtur serui sine peculio: & hæc erit snia urbanissima Plautini serui tanq̄ dicauego qui nunc synceraſtus quasi medulloſus & pinguis uocor: male multatus ab herō p̄dam pristinum nomē: & siam ex synceraſtus: quia factus macer & emaciatus flagris dñi melius no iabor & uerius ex synceraſtus q̄ synceraſtus & ita sales plautini ex nois significatione ducunt: sicut i Persa parasitus saturio cū esurire: trait esurio uenio: nō aduenio saturio: tanq̄ qui esurit & famelicus sit: non uero nomine uocet saturio: qd̄ saturitate deriuat: meliusq; esurio tanq̄ ab esuritiōe sit no iandus: sed hæc hæden.

**INTERDVM** unius tm̄ modo litteræ atq; iuersio totam immutat inuertitq; sniam sicuti licet intueri in his uerbis: quæ apud Curtium dicit Alexander militibus ad concionem uocatis ueſtram uirtutem rege quas gesturus sum: uadem prædamq; habeo: sane imutatio est unius litteræ in ea dictione prædā cū prædem legendam esse & ab ipso Curtio ita scriptum fuisse proculdubio credamus: præſ aut̄ significat sp̄s forem: qui obligat se: quiq; a magistratu interrogatus ut præſtet quod p̄mittit: r̄ndet se prædē esse: prædes uero differūt a uadibus: qm̄ uas appellatus est: q̄ pro alio uadimonium promittebat: ut docet Marcus Varro: quis de uade aliter tradiderit Lautentius uallensis. Quantum ex Aufonii lectione intelligi datur hæc est differētia inter uadem & prædē: quod uales dant in re capitali: prædes uero in lite nūmaria. uerſus Aufonii: quibus hæc differētia tradita est ex monosyllabis hi sunt: qui subit in pœnā capitali supplicio: uas. quis cum his fuerit nūmaria quis dabit: præſ. De prædē idē scribit Festus: qd̄ Varro. prædes poposcit tribunus plebis a Scipione asiatico: cui multā irrogauerat: ut author est Gellius. De prædibus in hoc significatione crebra mētio est apud scriptores opinatissimos: de prædib; ita scribit Aſconius. prædes dici fideiuſſores: quoq; bona prædia dicunt. igit̄ Alexander magnus dicit apud Curtium se habere uirtutem militatē pro uade & prædē: tanq̄ militū uirtus satis dederit & fideiuſſerit pro rebus: quas Alexander gesturus erat: quē admodū prædes & uades p̄mittunt p̄ alieno. hi in re capitali illi in lite nūmaria.

**CORRIGĒ** illum cuius quoq; locū. nūc in mentē uenit: nāq; apud eundē scriptorē petram dorinū no iari leges. In aornin emēdato: fuit enim petra apud indos p̄ceps & iuia monumētis historicorū celebrata: quæ Aornos nomitat: quasi auibus inaccessa. unde locū graui dixerūt noie Aornon. A enī priuationem significat: & ornis auem: hanc olim frustra ab Hercule obsessam fuisse fama uulgauit: hanc Alexander maximo cum periculo occupauit: a quo aræ in petra locatæ sunt Mineruæ Victoriæq; de hac petra ita scribit Strabo lib. xv. cum Alexander petrā quādā noie Aornin primo adortu cœpisset: gloriabūdī dixerūt Herculē petrā adortum pinde repulsum eē. scribit Plutarchus Alexandrū: cum intellexisset hanc petram teneri ab homine meticuloso dixisse: nunc locus iste facillimus est captu.

**APVD** Aufonium poetā Burdegalensem ex minutulis l̄rarū imutationib; maximæ difficultates emergunt: sicut in illo: quod quia præ manib; est referemus. Dum ciston costonq; putas cois odoris: ubi p̄ ciston cyston. Pro coston costō legēdū est: cysti enī græce dicit̄ latine uesica. costos aut̄ frutex est odoratus. igit̄ cū inter cystin: & coston nulla sit differētia syllabarū: cū parua l̄ræ sit imutatio. iocat̄ poeta i eunum cūnilingū: qui cyston. i. uesicā locosq; fœmineos: & coston putabar esse cois odoris: quia utroq; p̄ter delectabat: nā cyston lingua lambebat. & coston natib; olfaciebat: quis ergo sit magna nois similitudo inter cyston & costō. tñ maxima ē odoris differentia cū alterū exhalet nephites fœtoresq; alterū odorē sp̄ret olfactu incūdū: & qm̄ incidimus in hoc Aufonii epigramma ille quoq; uersus. qui indiget emēdationis. corrigat dicēs. hæc mediā lābere nō uidere. expūgas illud uidere: qd̄ neq; sniæ cōuenit: neq; metri cæ rōni quadrat: & in eius locū substituas molere: est aut̄ molere uerbū uet; & significat subagitare: quousus est Orati; in f̄monib; sic scribēs: Huc iuuenes æquū est descēdere nō alienas p̄molere uxores in pas suo significatione alibi Aufoni; inqt. deglubit: fellat molit̄ p̄ utrāq; cauernā. unde molitores subactores dīcunt: i qua significatione accipit̄ apud eundē alibi sic scribētē: cū dabit uxori molitor tuus & tibi adulter. Igit̄ poeta mordax: & pinde Facerus significare uolens eunū fuisse cūnilingū. & nō subactorē mulierū dixit. illum fœminā mediā hoc est cūnum lambere. quod lingua fit: nō aut̄ molere: quod fit mentula.

**ENIGMA** est apud Aufonium in epistolio ad Theonē: quo litteras symbolice & obscure Cadmi filias appellat: papyrus niloticam milonis paginam: apices atramento formatos notas furuæ sepiæ: & pro nesciculis amatoris Cnidios modulos dicit ideo autem: ut sigillatim singula explicemus: obscuritatēq; hanc illustremus litteras Cadmi filias uocat: quoniam Cadmus litterarum inuentor fuisse perhibetur: qui e phœnice in græciam sexdecim numero attulisse fertur a Ply. li. 7. de natu. histo. unde antiqui græci litteras phœniceas cogonominauerunt: ut author est Herodotus i Terpsicore. ait idem scriptor se uidisse in tēplo Apollinis l̄ras Cadmeas in tripodib; quibusdā incisas magna ex parte ionicis l̄ris consimiles q̄netiā Corneli; tacit; Cadmū authorē l̄rarū fuisse autumat rudibus adhuc græcorū populis: non me p̄terit alia ab aliis scriptorib; de origine l̄rarū cōmemorari: quib; in p̄sentia supersedebimus: cū ad rem

nostram non pertineant: nigellas optimo epitheto litteras cognominat: propterea quod ex atramento scriptorio conficiuntur. melonis uero paginam papyrum nuncupant: quæ peculiariter nascitur in palustribus Ægypti: aut quiescentibus Nili aquis: ut docet Ply. lib. xiii. unde niliaca & niliatica papyrus appellatur ab idoneis scriptoribus. melo aut. apud antiquos latinos dictus est nilus: sicuti telamon atlas ut tradunt Seruius & Festus. per notas futuræ sepia ipsas litterarum formas atramento scriptas intellige: sepia enim pro sanguine habet atramentum: quod ubi apprehendi se sensit effundere consuevit: & ita infusa aqua absconditur ut meminerunt Ply. & Aristo. inde sepiam accipimus pro atramento: & ita accipit Persius eo uersu. Nigra quod infusa uanescat sepia lymphæ: quod autem ait cnidios mons intelligi uersiculos amatorios propter uenerem regiam enidi paphiq: ut ait Oratius.

IN Epistola ad Simachum loquens de grypo ternarii numeri ita inquit. Hunc cum uelut galinaceus euedionis: si tu carthei pulueris eruissem excussum relegi. mēdum est i illo euedionis: pro quo nos emēdauimus euclionis. & ita emendandum esse iudicabit quicūq; legerit uel solam Plauti Aululariā: in qua inducitur senex ille nomine Euclio omnium mortalium auarissimus: qui gallam galinaceum domesticum: & staphilæ anus peculiarem fuste obruncauit: propterea q̄ eum uiderat occipiētem scalpurire ungulis: ut urar Plautinis uerbis. ubi defossa erat aula illa auri plena. itaq; ad hūc galinaceum euclionis aludens Ausonius ait se ita a situ puluereo: qui carthas infestat eruisse librum: uelut galinaceus euclionis scalpebat ungulis terram: tanquam eruere uellet thesaurum senis in aula defossum.

EIVSDEM in monosyllabis est iste uersiculus. An libyæ ferale malum sit romula uox: ses. menda est in nouissimo uerbo: quam nos ita correximus ut pro ses: emendes seps: est aut seps serpentis genus ex cuius ictu membra percussa putrescunt. unde & nomen mutuari uidetur. sepo enim uerbum græcū significat putrefacio. & sepsis dicitur putrefactio. de id genus serpentib⁹ ita scribit Solinus in polihistor. ictus sepium putredo sequitur: & Lucanus in nono pharsaliæ hoc uersu naturam sepsis luculenter expressit. Ossaq; dissoluens cum corpore tabificus seps. ubi epitheto elegātissimo & etymologiæ accommodato usus est idem decentissime narrat ictu sepsis exigui sabellum militem Catonianum fluente cute fuisse consumptum. eiusq; cuncta uiscera in terram effluxisse. Ausonius sepem uocat ferale malum libyæ quoniā afflicta serpentibus adeo fœcunda est: ut mali huius merito potissimum palma illi detur. sensus est Ausonii per interrogationem quærentis: an seps sit romula uox: hoc est latina dictio. nam græca potius esse uidetur uel græcanica cum a uerbo græco deriuatur: de quo iam diximus.

APVD Iurifconsultos in titulo ad legē Corneliam de sicariis: duæ sunt iunctæ dictiones deprauatæ: & ex latinis per incuriā librariorū ad barbaras dictiones traductæ. nam in oībus codicibus. p̄ctuo carpat aut bobustrū legimus: cum legere debeamus p̄tyocāpas aut buprestin. nā p̄tyocāpa sunt erucæ uenenatæ in pino nascētes. unde & nomen mutant: græcæ enī p̄tys uocat pinus. unde & p̄tyusæ in sulcā a græcis dictæ a frutice pineo monumētis scriptorū iclytæ. campe uero significat bracum siue erucā a flexura quæ græce dicitur campe: p̄tyocampæ quæ sint docet Ply. luculentissime his paucissimis uerbis: quæ sunt ex. 23. transcripta. usus sapæ contra cantharidas buprestin pinorū erucas: quas p̄tyocampus uocant sala mandras & contra uenenata mordentia. idem in. xxix. scribēs de cantaridibus inqt. Vis earū adurere corpus: crustas obducere eadem p̄tyocampis picea nascentibus. Scribit Columella li. xii. hæc uerba. Bestiolæ quæ a nobis appellantur erucæ græce cāpæ noīantur: idem docet in lib. de cultu hortorū: has bestiolas occidere omnes: & mori: si mulier quæ in mēstruis est solutis crinibus: & nudo pede ter circum areolas horti ducatur. uersus Columellæ hic est. Voluitur ad terram distorto corpore campe. Palladius quoq; de hisdem uermiculis ita scripsit in primo de re rustica. campas nonnulli ficulneo cinere persequuntur. Buprestis autem animal est simillimum Scarabeo longipedi: rarum in Italia: fallit inter herbas bouem maxime: unde & nomen inuenit. deuoratumq; tacto fele ita inflammat. ut rumpat. Plynius libr. xxx. a quo idem talem buprestis mentionem fieri reperies: multa q; ab eodem tradi remedia aduersus buprestis uenenam. igitur iurifconsultus scribit pigmentarios: si cui temere dederint p̄tyocampas aut buprestin: quæ ambo uenenata sunt. teneri pœna legis Cornelie de sicariis & ueneficis.

IN Titulo de auro & argento legato uetus uerbum & elegans deprauatum est: unius litteræ adiectio ne: quæ menda quis leuis esse uideatur: tamē significatum uocabuli corrūpit elocutiōemq; dehonestat: ita enim scriptum est: certe si cacabos argenteos habebat uel militarium argenteum dubitari poterit an escario contineatur. illud militarium littera una detracta corrito miliarium: significat enim miliarium uas ad coquendum accommodatum: de quo ait Cato in libro de re rustica. inter orbem & miliarium unū digitum interesse oportet: qua figura sit miliarium: significare uidetur Palladius libro quinto sic scribēs uas æneum miliario simile: id est altum & angustum uespere inter aluearia collocemus: & in fundo eius ponamus lumen accensum. In alio significato miliarium dicitur columna aurea in capite Romani fori statuta: in qua incisæ omnes uia: Italiae terminabantur: & hoc miliarium Plynii. Traquil. Plutar. atq; Taciti monumentis est celebratum. iuxta hoc miliarium consalutatus Otho fuit imperator. in alio significato accipitur miliaris porticus apud Flauium. Vopiscum in Aureliano: & apud Tranquillum in Nerone porticus miliarie: de qua dictione alibi plura dicemus.

DIXIT Iurifconsultus digestis de legatis. seruos obsonatores nō uideri negociatiōis appellatiōe contineri

tinere  
in me  
randa  
aliis u  
uenia  
pfecto  
exofce  
qbus  
lucibil  
Senec  
est. ap  
ris int  
tibi est  
rorum  
scire l  
aiūt a  
pluili  
circa  
comp  
daren  
cunq;  
sculo  
ti: cū  
na q;  
rum  
diofi

Hab  
es. V

Vld

C

Atq;

C

Quo

A

Qui

V

Vos

V

illi n

H

Og

Ann

Phil

Phil

Phil

Phil

Phil

Phil

Phil

Phil

Phil

Phil

Phil

Phil

Phil

Phil

Phil

tinere exposuit Acursius obsonatores esse: qui custodiunt dñm in lecto: uel qui resonante & cantant dño in mensa. O interpretationem ex penitentissimis doctrinarum sacrariis depromptā o miseram & miserandam conditionem mortalium q̄ Acurso ita addidit: ita m̄cipati sunt: ut cum illo errare malint: q̄ cū aliis uera sentire. cuius interpretatione si quis ausus fuerit improbare ille anathema sit. sed quod cū bōa uenia dictum sit acursi sectatorū (ubi quæso legit: ubi didicit acursus hāc obsonatoris significationē? p̄fecto nusq̄: suum est inuentum. ipse peperit: ipse excogitauit: ipse cum suis hāc doctrinam tanq̄ filiolā exosculetur nos certe riuales nō hēbit: qui legimus obsonatores dici eos qui obsonāt: hoc est obsonia: q̄bus uescimur sciēter emunt: qd̄ a uerbo obsono deriuatur. unde ait Plau. in Bacchidibus: obsonate. pol lucibiler: & alibi cōnā obsonau. i. obsonium emi: & hoc uerbum frequentissimum est apud ueteres: Seneca lib. epistolarum ad Lucillum sexto inquit. Adice obsonatores: q̄bus dñici palati noticia subtilis est. apud Mar. distichon est: cuius lēma est: obsonator: quo manifeste declaratur quis nomine obsonatoris intelligatur. sic enim ait: Dic quotus es: q̄ti cupias cōnare: nec unum addideris uerbum: cōna parata tibi est. igitur iuriconsulti sn̄ia hāc erit obsonatores. i. eos q̄ p̄sunt emēdo obsonia atq̄ cibariis negocia totum noīe nō contineri. sexcēta sunt id genus apud iuriconsultos: ab Acurso perperā enarrata. sed cū scire leges sit nō uerba earum tenere: sed uim ac ptātē (ut iuriconsulti tradunt) ab Acurso medullas ut aiūt ac sanguinem legum exigamus. interpretamenta uerborū ne petamus: ego de huiuscemodi rebus pluribus non inuitus dicerem: nisi iam me numerum centū annotationum excessisse conspicerem. Quo circa receptui. canendum est. alibi alia plura & uberiora scribemus. satis sit hāc feriarū mēstruarū spacio composuisse: quæ ut festinantius absoluerentur: & ut apud te clarissime Vldrice ex ipsa celeritate cōmēdarentur. nō scripsi: sed dictaui excipiente Rainaldo n̄ro (ut optime nosti) uiro p̄bo: & mearum: q̄tulæ. cunq̄ sunt: s̄ratum studiosissimo. ego linguam ille articulū pariter mouebamus: quāobrem si nō eos sculos eamq̄ uenustatem in hac nostra tumultuaria dictiōe deprendes: quā desiderabas: imputato dictāti: cū non eodem dictemus lepore quo scribimus: nec oratiōis fila tam apte tam cōcinne cōtexātur aliena q̄ nostra manu. cæterum hāc ideo concinnaui: ut ex his rerum doctrinam colligeres: nō uerborum elegantiam sectareis: quare me fecisse operæ precium existimabo: si tu si reliqui litterarū bōarū studiosi in annotatiōib⁹ nostris aliqd̄ iuenietis: quod tibi: quod illis sit usui legisse & uoluptati meminisse.

Habes adolescēs ornatissime has tanq̄ primitias frugum mearum. deinceps maturiores fructus accipies. Vale: & nostrum hunc libellum boni consule. & hoc hendecasyllabon si non sordescit edisce.

Vldrici nitidos lares adite.

Centenæ simul annotationes:

Atq̄ a limine prorinus salutem.

Centenam date regulo Rosensi:

Quo nil candidius dedere terræ

Arctoæ populis diu latinis

Qui comis: facilis: libens: benignus:

Vos uultu excipiet sereniore:

Vos larga premet osculatione:

Vos & perleget & manu tenebit.

Illi nomine mox meo agminatim,

Hæc mandata referte diligenter.

O gentis decus inclytum Rosensis:

O rara probitate nominande

Auceps phasiacas dabit uolucres:

Venator capreas lepusculosq̄:

Piscator maris amniumq̄ prædam:

Merces institor. hortulanus herbas:

Sic mittet sua quisq̄: sic Philippus!

Noster conditor: & parens patrono

Nos donat tibi: tu nouos clientes.

Sub patrocínio tuo tuere

Vni nos tibi mittimur dicamur:

Vni scribimur: omnibus legemur

Vldrici nitidos lares adite

Centenæ simul annotationes.

Annotationum a Philippo Beroaldo Bononiensi editarum.

Finis.

Philippi Beroaldi bonoñ. Contra Seruium annotationes. Ad Franciscum Cesatum Mediolanensem.



Onsueuerūt religiosi agricolæ primitias frugum diis imortalibus dicare. Cōsueuerūt eruditi scriptores elucubrata nolumina principibus quos uenerant̄ iscribere. Quorū ego secutus exēplū te unū ex oibus potissimū delegi uir p̄stātissime: Cui mearū lucubrationū: quas nuper excuderā. primitias dedicarē. Enim uero ego te præ oibus litterarū litteratorūq̄ studiosissimū amantissimūq̄ cognoui: te summo ingenio summa prudentia præditum: ac singularibus animi dotibus ornatissimū sum admiratione prosecutus. Tuā in iuuenali ætate Nestoream sapientiam suspexi: iam pridem colui adamaui: quæ cum illustrissimis tuis principibus esset cognotissima tibi haud imerito honoratissimam prouinciam iniunxerunt: ut hic apud nos ducalis oratoris mune re q̄ amplissimo fungereris. in qua quidem perfectura uirtutes tuæ singulares in dies magis elucēt: cum omnibus nostratibus: tam facilis. tā comis: tam urbanus semper occurras: ut omnes te certatim ament ac uenerentur: ut tu sine nobis possis: nos sine te uiuere nequeamus: ut magnus uir Ioannes Bentiuolus

qui bononienſium caput eſt & columen: incredibili te beniuolētia proſequatur: de te honorificēſſime loquatur & ſentiat: & profecto omnia quæ maximo futuro uiro ſint optanda. tibi ſuperſunt. Cupiēt ca-  
teri oratores ueſtigia tua ſequi: ſed pauciſſimi aſſequentur. Sed hæc hæcenus ne ineptus ſim: q̄ tam ſtri-  
ctim uirtutes tuas eximias memorādo magis obſcurare uidear: q̄ illuſtrare. Nec epiſtolicus character p-  
mittit me effaſius uagari. Accipe ergo uir circunſpectiſſime læta fronte libellum a Philippo tuo in com-  
mentarios Seruii concinnatum: & ſucceſſiua tpa his annotationibus perlegendis quæſo impriariſ. Reſ  
eſt lenicula: nec inficior. ſed quæ tamē equo iudici diſplicere nō poſſit. Quicquid ideſt dii faxint ut mo-  
numentū ſit meæ erga te obſeruatiæ ſempiternū. Vale decus meū: & Philippū tuū pinde ac ſoles ama.



**SERVIUS** Qui doctiſſimus a Macrobio nuncupatur cōmentarios ſcripſit in Vergi. ma-  
ximæ elegantia nec minoris eruditionis. Vnde inter cōmētatores authoritatē ſibi ſum-  
mam comparauit. Verū (ut iquit) Varro nemo unus oīa poteſt ſcire: & iuxta illud Ora-  
tiani: qñq; bonus dormitat Homerus. Nā cum plurima a Seruio bene & erudite dicta  
ſint: nōnulla tamen reperiuntur parum curioſe pēſculata & ab hitoria fide diſcrepātia  
idq; potiſſimū in his reb' q̄ ad geographiā ptinēt licet aiaduertei: nāq; ea ſcripſit Seruius:  
quæ eruditorum aures ferre nec poſſint nec debeat. Quapropter cum errores cōmentatoris non minus  
obſint legentibus q̄ proſint bonæ interpretationes: inſtitui ſummatim breuiterq; annotare loca q̄ pluri-  
ma: quæ apud Seruium magis obeliſco q̄ aſteriſco digna eſſe exiſtimaui: quod negocium dū Vergilia-  
na poeſim publico auditorio proſiterer: ſuſcipe non reſuſaui: ut auditoribus id a me efflagitātibus gra-  
tificarer. quibus iſta excipientibus dictaui: non eruditionis oſtentandæ gratia ſed ut pro uirili parte iuua-  
rem latinæ linguæ ſtudioſos: & potiſſimum Vergiliani pœmatis amatores. Nō ego iſ ſum qui obſtrigi-  
landi gratia ſeruio uel tantillum derogare uelim: aut hominis doctrinam uellicare: immo Seruiū ut po-  
te optimum cōmentatorem laudo & lectito. ſed quandoq; deficientem ac minus recte enarrantem emē-  
dare contendi: ſtudioſi ſubciſuo & opera (ut aiunt) rumultuaria: Exiſtimans me facturum eſſe opepre-  
cium ſi ea quæ partim manca: partim inerudita apud Seruiū legebantur noſtra induſtria integra & eru-  
dita legerentur Proinde lectores rogo: quæſoq; ut hæc qualiacunq; ſūt boni cōſulant: nec prius iproba-  
re moliantur q̄ improbatione ac cēſoria nota digna eſſe compererint: & hoc potiſſimum peto: ne q̄ſpiā  
cupiditate mordendi exiſtimet me ſolicitatum iſta ſcripſiſſe: qui profecto ſtilum in manes deſūcti ſtrin-  
gere ſuperſediſſem: niſi mihi perſuaſum foret cōmentarios Seruii incuria temporum fuiſſe deprauator  
mutulatoſq; nec tales ab ipſo: quales nūc paſſim leguntur fuiſſe publicatos: hoc autē in primis obſeruaui  
ut cōmodiſſime quid mihi uideretur explicarem: idq; fulcirem ac roborarem autoritate excellētiſſimoꝝ  
ſcriptorum: quibus fides ab eruditis maior adhiberi ſolet q̄ Seruio: & ne prolixior prologus faſtidū pa-  
riat: hinc ordiemur: preponentes uerba Seruii: deinde noſtra ſubiicientes.

Seruius. Latium duplex eſt. unum a tyberi uſq; fundos: aliud inde uſq; ad uulturnum.

**PHILIPPVS.** A Seruio diſſentit Plynus ſcribens in.iii. na. hi. libro latium antiqui a tyberi uſq; Circe-  
ceios fuiſſe ſeruatum: deinde uſq; ad lirim fluuium pceſſiſſe: qd' etiam reſert Solinus in collectaneis.

**SERVIVS.** Genus unde latinum. Nouimus q̄ uicti uictorum nomen accipiunt: potuit ergo uictore  
ænea perire nomen latinum: Sed uolens ſibi fauorem latii conciliare: nomen latinum non ſolum illi  
non ſuſtulit: ſed etiam troianis impoſuit.

**PHILIPPVS.** Melius & uerius locum Virgilianum declarant uerba Liuii ita ſcribentis: Æneas adue-  
ſus tanti belli terrorem ut animos Aboriginum ſibi conciliaret: ne ſub eodem iure ſolum: ſed etiam no-  
mine omnes eſſent: latinos utrāq; gētem appellauit: hoc idem a Strabone in. v. reſert: & Iuſtinus quoq;  
in. xxx. ſic iquit. Quid latinos populos qui ab Ænea conditi uidentur: ex his maniſteſſime apparet cur  
poeta dixerit. Genus unde latinum. Non inficior tamen a Vergi. latinos populos appellari tanq̄ ita nunc  
cupantur ante aduentum Æneæ: cui<sup>9</sup> rei uel ille uerſus argumento ſit: Ne uetus indigenas nomen mu-  
tare latinos: quod ſi uerum id eſt q̄ Liuius: Iuſtinus: ac Strabo memorant apparet nō latinos ante Æneā  
fuiſſe nuncupatos: ſed Ab'origenes ac Laurentes quos poſtea Æneas latinos nūcupauerit. præterea apud  
ſcriptores idoneos non memini legiſſe q̄ uictores uictis nomina immutarent id quiſq; ſecum poterit  
penſitare: & ſequi quod probabilius iudicabit.

Seruius. Vnius ob noxam. Noxam pronoxiam Noxia culpa eſt. i. peccatum: noxa autem pœna.

**PHIL.** Apud eruditos & idoneos ſcriptores noxa pro culpa reperitur frequentius q̄ pro pœna: quod  
iuriſconſul. apertiffime oſtendit ſcribens de uerb. ſig. Noxæ appellatione omne delictum contineri: idē  
noxales actiones nominantur a noxa. hoc eſt maleficio & peccato ſeruorum. Quint. in declamatiōibus  
inquit maniſteſſima quæq; noxa. i. delicto. Ouidius: Inuidiam noxæ detrahit illa meæ. i. culpæ. Liuius  
Ob quā meam noxam. i. delictum: & ita paſſim apud eruditos noxa accipit. Vnde Virgilius proprie lo-  
cutus eſt. Vnius ob noxam. i. culpam: nec expolendum eſt prout exponit Seruius noxam pro noxiam  
Quin etiam noxa ſignificat damnum & periculum ac detrimētum in qua ſignificatiōe ſapiffime apud  
priſcos reperitur. Ouidius. Nocte nocent potæ: ſine noxa luce bibuntur. Columella: nebulas ac pruinam  
ſine noxa perfert: & alibi omnem iniuriam ſine noxa patitur. Suetonius: ſine ulla ſua noxa a deſſent idē  
martia. Noxia uero ſæpius adiectiuum eſt q̄ ſubſtātiuū: & ſignificat nocētē: cuius rei plena ſunt omnia  
& noxi

& noxii fontes nuncupantur. Curiosus pfecto lector ex frequēti antiquorū lectione comperiet id uerissimū esse quod a nobis traditur: & differentiam illam Seruii utpote futile ac praxicidā esse repudiandā.

Seruius. Nouem sunt insulæ æoliæ post fratrum siciliæ.

PHILIPPVS. Geographi oēs scribunt insulas Æolias esse numero septem: non nouē: quatum noīa hæc sunt Lipara: Hiera: Strogyle: Didyme: Euphusa: Phenicusa: & nouissima æuonymos. Strabo in sexto: Plynius in tertio: Solinus: Mella de Æolis quæ aliis noībus Vulcaniæ: Liparæ: Ephestiades nuncupantur scribentes numero tantūmodo septē esse dixerunt: quibus utpote orbis situm describentibus credere malim: q̄ seruiio grammatici partes usurpanti.

Seruius. O terq̄ quaterq̄ beati. i. sapius: finitus numerus pro infinito.

PHILIPPVS. Eruditis auribus non satisfacit Seruii interpretatio: perinde ac uulgaris & frigidiuscula. Elegantius & eruditus Virgilianum carmen interpretatus est Macrobius: qui in primo ī somnium Scipionis cum septēnarium numerum esse perfectissimum docuisset: deq̄ eius ut ac potestate multa disseruisset: ita subiunxit: unde Virgilius nullius disciplinæ expertus & per oīa beatos exprimere uolens ait. O terq̄ quaterq̄ beati. Hactenus Macrobius cuius sententiæ astipulatur Tibullus illo uersu: O mihi felicem terq̄ quaterq̄ diem: q̄ quidem uersiculus non secus a Tibullo pronunciatus est: q̄ a Virgilio: o terq̄ quaterq̄ beati: quod æmulatus est (ut opinor) Syllius sic scribens. Fœlix o terq̄ q̄terq̄ frater: Nō me præterit Strabonē enarrantē illud Homericū terq̄ die reuomit: scribere q̄ talis superlatio ab oībus usurpata unde Homerus ait ter beati danai ter exorabilis & terq̄ quaterq̄ beati.

Ser. Maturate fugam: cum maturitate idest cum tranquillitate discedite.

PHIL. Insula mediustidius: hæc est expositio tanq̄ maturitas significet tranquillitatem: & maturate tranquillam facere: magis itaq̄ Macrobio credendum est: qui in sexto Saturnalium illud Virgilianum declarans sic scribit Maturitate est quod neq̄ citius neq̄ serius sed medium quiddam & temperatū est: & paulo post. sic ego & Virgilius inducit Neptunum discessum uentis imperantem: ut & tam cito discedant tanq̄ fugiant: & tamen flandi mediocritatem in regressu teneant: tanq̄ mature idest temperate abeuntes: apud Gellium caput est & elegantissimum: quo quid mature & maturare significet: abunde monstratur: Cuius uerba mutuatus est Macrobius.

Ser. Heros uir fortis dicitur plus ab homine habens.

PHIL. Nimis concisus est Seruius in explanatione Heroum: nec absolutam expressit in rem nō pura significatione. audiatur itaq̄ Augustinus copiosissime docens qui sint Heroes libro x. de ciuitate dei his uerbis: Nomen heroum a Iunone dicitur tractum q̄ græce iuno hera appellatur. & ideo nescio quis filius eius: secundum græcorum fabulas: heros fuit nuncupatus: hoc uidelicet mysticum significatē fabula q̄ aer Iunoni deputetur: ubi uolunt cum demonibus heroas habitare: quo nomine appellant alicuius meriti aīas defunctorum. idem. vii. inter lunæ gyrum nimborum ac uenturum cacumina aeris esse animas: sed eas anima nō oculis uideri & uocari heroas & lares & genios. ex his liquido patet qui sint heroes: & unde nomen sortiantur. Trimegistus quoq̄ autor est heroas habitare iter aeris purissimam partē supra nos & terram ubi nullus est nebulis locus. minime ptereūdum est id quod Martianus capella tradit in nuptiis philologiæ heroas uidelicet ab hera: quæ terra dicitur esse nuncupatos: ista curioso interpreti fuerant uestiganda & enarranda: nisi forte Seruius existimauit satis superque esse id quod tractabat mutilatum tradere atq̄ concisum: cum boni tamen grammatici officium sit etymologias: uerborū significataq̄ ubertim explicare.

Ser. Ex illyrico uenit quidam henetus rex: qui uenetiam tenuit: a cuius nomine uenetiam dictam posteri uenetiam nominauerunt.

PHIL. Admiror Seruium in tā manifestariū errorē incidisse: idq̄ scripsisse: quod a nullo historicorū traditum sit: cū oēs idonei scriptores cōsono ore cōscribāt: in paphlagonia regione asiatica fuisse populos henetos nominatos: a quibus in italia oriūdi sint cognōies eorū uenetii: hoc Liuius in p̄rio. Ply. in 6. Cornelius nepos & Qui. curtius memoriæ pdiderunt: Strabo uero opinat uenetos italicos a uenetis galliciæ populus. coloniā fuisse deductos: istorū omnium (ut arbitror) merito Seruii est explosa sententia.

Ser. Iulius cæsar dictus q̄ cæso matris uentre natus est.

PHIL. celeberrimi scriptores & potissimum Tranquillus ac Plutarchus scribunt Cæsarem matri Aureliæ olim dixisse. mater aut pontificem aut exulem filium hodie uidebis: eadem laudatur q̄ nurum semper obseruauit. & singulari pudicitia fuerit prædita. atq̄ uixerit. florueritq̄ uiuente atq̄ florente filio cæsare. præterea non ipse Iulius Cæsar dictator apud Romanos primus hoc nomine decoratus est: sed Scipio Africanus: ut author est Plynius cuius uerba hæc sunt ex libro. 7. Auspicatus enecta parente gignitur sicut Scipio africanus prior natus: primusque cæsar a cæso matris utero dictus. Solinus idem scribens Plynii uerba corroborat hoc in loco memorandū ē id qd̄ a Sparciano de cæsare noīe refert: q̄ in Elio uero iperatore tradit eū q̄ primus Cæsar appellatus sit: hoc nomē esse sortitū ab elephantho. qui lingua maurosum cæsa dicitur. in prælio cæso: uel quia mortua matre cæso uentre sit natus: uel cum matris crinibus sit utero parentis effusus: uel q̄ oculos cæcos habuerit.

Ser. Compago usurpatum est: compaginis autem nemo penitus dicit.

**PHIL.** Sententiam Seruii refellit Manlius in primo astronomicon scribens: Interdum æquali latera compagine ductus. Idem in eodem aeriam in nebulam clara cōpagine uersus: & Ouidius in primo metamorphoseos: Atq; ita disparibus calamis compagine ceræ. & Seneca in .14. epistolarum ad Lucillum cuius hæc uerba sunt: siue flāma; uiolentia cōpaginē soli rupit siue uetustas. Inde compaginatio & cōpaginatus deriuant: qua dictione utitur sæpius Hieronymus: Augustin⁹. & Iosephi iterpres Ruffinus.

Ser. August⁹ primo Quirin⁹ dictus est: & idē cæsar: postea qd̄ obtinuit Augustus. sicut Suetonio pbat. **PHIL.** Cum talia in commentariis Seruii lego in eam sententiam pedibus uado. ut existimem eos fuisse adulteros: & in plurimis locis corruptos mutilatos inuersos: etenim Suetonius nusquam hoc refert. Cæterum sic scribit in augusto. infanti cognomen thurino inditum fuisse: postea Cai cæsar: deinde Augusti cognomen assumpsisse: alterum testamento maioris auunculi. alterum Munatii planci sententia. cum quibusdam censentibus Romulum appellari oportere. quasi & ipsum conditorem urbis p̄ualuisse ut Augustus potius uocaretur: Thurinus autem uocatus fuerat a pago thurino: nulla mentio: nullum uerbum a Suetonio fit. q̄ Quirinus fuerit nominatus: nisi fortassis credere uelimus in aliis a Tranquillo scriptis opusculis huiusce rei habitam esse mentionem: quod existimare ridiculum est: nāq; in cōmentariis Seruii etiam Plynius sæpissime allegatur: sed perperam: de his rebus quarum nulla penitus apud Plynium fit mentio quæ admodum de lycisca scribens Seruius ait. Lyciscæ sunt ut etiā Plynius dicit canes nati ex lupis & canibus: hoc nusquam apud Plinium reperitur: nusquā in Plynio lectum est qui quidem refert canes in gallia e lupis cōcipi. sicut apud indos e tigribus: sed appellari lyciscas minime tradi. Idem Crocutas nuncupat ex cane lupoq; conceptos: quinetiam dicit Seruius a Plynio in na. hi. mentionem fieri de lauandis cadaueribus & conclamandis: cum apud Plynium nullum super hoc uerbum sic scribitur de his qui dicti sunt reuixisse. libuit. hæc duo exempli causa ponere: cum sæpissimæ (ut dixim⁹) Plynium falso citet Seruius: qui Ouidii quoq; allegat metamorphosim referrens fabulam phyllidis: cui⁹ rei nulla penitus mentio in eo opere facta reperitur: ex his itaq; ego coniecto aut mutilatos fuisse Seruii cōmentarios: aut non fideliter exscriptos: non enim ausim affirmare tantum alioquin uirum tam pueriliter delirasse: nisi fortassis idem Seruio crimini dam⁹: quod Senecæ dat Quintilianus: uidelicet q̄ ab hiis quibus inquirenda quædam mandabat deceptus fuerit. nos ad propositum institutum redeamus.

Seruius: Historia est eorum temporum quæ uidimus uel uidere potuimus: Annales uero sunt eorum annorum: & temporum quæ ætas nostra non nouit.

**PHILIPPVVS.** Et si Seruio in hac re. Isidorus libro primo etymologiarum suffragatur: tamen apud me pluris est auctoritas Ciceronis & Gellii (ut opinor) & Seruio & Isidoro doctores extiterūt. Etenim Gellius in .5. illos arguēs: qui de historia & añalibus idem qd̄ Seruius tradiderunt: inqt. Annales oīno id esse quod historia sint. Historias nō oīno id esse quod añales sint tanq̄ alterum speciale nomē sit: alterum generale: itaq; historia erit rerum gestarum expositio: Annales uero libri sunt id quod factum quoq; anno gestum ue sit continentes: historia quo consilio qua ratione res gestæ sint: demonstrat. . habet affectum simpliciter sine ullis ornāmētis. sine fūco: sine affectibus res gestas continentes: de quibus annalibus ita scribit Cicero libro secundo de ora. Erat historia annalium confectio: res omnes singulorum añorum mandabat litteris pontifex maximus: efferebatq; in album. & proponebat tabulā domi potestas ut esset populo cognoscēdi: hisq; annales maximi nominantur. Virgilius itaq; omnium rerum peritissimus ex persona Æneæ tanq̄ pontificis dixit in primo. Et uacet añales nostrorum audire laborum: nam cū pontifex annales conficiat: & Æneas a poeta perinde ac pontifex inducatur: merito annales appellat historiam rerum suarum: & hic Maronius uersus a Macrobio cum diligētia lectus est: & eruditissime expositus enucleatusq;: a Seruio autem parum curiose examinatus pensitatusq;.

Ser. Incusare proprie est superiorem augere. Accusare uero uel parem uel inferiorem.

**PHIL.** Quis non uidet falsam ac penitus inanem esse differentiam: quā Seruius nobis persuadere cōtendit nemo fere eruditorum in latina lingua ita loquitur: nemo hanc differentiam obseruat: quin imo sæpissime secus legitur. Cæsar in primo commentario omnium ordinum adhibitis ad id consilium cœturionibus uehementer eos incusauit. Certe cæsar militibus suis maior est non minor: & tamen contra Seruii disciplinam dicit se illos incusasse. & p̄fecto latinissime locutus est. Incusare enim significat reprehendere uel culpate sine aliquo discrimine: hinc Cor. tacitus inquit itemperiem cœli incusantes: & apud Diomedem legitur incante Cicerone Catilina cōuictus est: quod quidem exemplum de maiore in minore dici nemo inficiatur: cum consul Cicero fuerit: & Catilina priuatus. Accusare uero ab auctoritate idoneis usurpatur. nusq; obseruata fetutina illa & rancida Seruii obseruatione: qua de re exempla ideo ponere superfedeo: quia talibus scatent scriptorum cuncta uolumina.

Ser. Dixit Terentius: Quod pleriq; omnes faciūt adolescentuli: ordo est q̄ omnes faciunt adolescentuli ut animum ad aliquod studium adiungant pleriq; equos alere: pleriq; canes.

**PHIL.** Istæc morosa nimis Seruii distinctio Terentiana uerba obscurat: & ex apertis operis facit operta: ex nitidis sordida: ex manifestis ambigua: nanq; modus loquendi est apud eruditos: ut ita dicant pleriq; omnes pro una parte orationis: quod diligenter animaduertit Donatus apud Terentium: & curiosus

iosis at  
satis all  
pant lo  
mouer  
& Maci

Se

PHI

scriben

nus tric

tilianus

In eode

quo Sc

opinio

æstua: p

uio in p

epulab:

quæ p̄

ait lect

tionem r

ritas: q̄

ctos di

S

PHI

monst

ne digi

castiga

qui de

quid e

tis eru

ci quæ

xerem

natura

ra dici

penus

strand

penori

nis gra

nus di

copiof

terator

ra pen

signifi

riū: pet

inquit

penor

lentis

locum

lo: apu

inscrip

uii. Cel

tur int

experi

suis p

Se

PE

tam de

hoc eff

tur. ho

fuerun



hosq; auribus demonstravit: scribens q; pleriq; omnes pro una parte orationis dixerunt ueteres: ut plus satis allegatq; illud Neuianum. pleriq; omnes subigunt sub suum iudicium: hoc locutionis genus usurpant locupletissimi scriptores: inter quos haud dubie numeratur Gellius: qui ita scriptum reliquit in primo: uersus istos ex georgicis pleriq; omnes sic legunt: & alibi pleraq; omnia ueterum litterarū quaesita: & Macrobius uultis ne diem sequentem: quem pleriq; omnes abaco & latrunculus conterunt.

Ser. Apparet errare eos qui triclinium dicunt ipsam basilicam uel cœnationem.

PHIL. Errauit ergo Quintilianus qui in undecimo triclinium pro cœnatione & conclauī posuit sic scribens. Vix eo limen egresso triclinium illud supra conuiuas corruit. his uerbis haud dubie Quintilianus triclinium appellat id quod Cicero conclauē nominauit in secundo de oratore: ubi idem qd' Quintilianus exemplum referens inquit: hoc interim spacio conclauē illud ubi epularetur Scopas concidisse. In eodem quoq; exemplo enarrando Valerius maximus ita scribit eo momēto temporis triclinium in quo Scopas epulabatur collapsum est: ubi triclinium pro cœnatione apertissime ponitur: q; si uera est opinio Seruii: enarrauit etiam Vitruuius architectus: qui in sexto docet queammodum triclinia partim æstiuā: partim hiberna sint ædificanda: & in quā cœli partem uertenda: in expositione itaq; triclinii Seruii in pre suffragorū nāq; in eo q; ait triclinium sterni solitum fuisse: quoniā antiqui tribus stratis lectis epulabantur: homini assentior. Vnde & apud Plinium legimus triclinia romæ fuisse argentea & ætata: quæ proculdubio pro ipsis lectis discubitoriis ac triclinariis accipiuntur. Nam & Liuius idem referens ait lectos ætatos ab exercitu asiatico Romā adductos. q; autem inficiatur Seruius nusq; tricliniū, p cœnatione reperiri: in hoc ab eo aptissime dissentio: & ut dissentirē monuit me uetustissimoq; scriptorū authoritas: quos testes citauit: q; b' magis pfecto credēdū est q; Seruii. Tricliniū itaq; ut breuiter cōcludā: ipos lectos discubitorios significat: & ipsam cœnationē: & i utraq; significatiōe elegāter & rudite usurpabim'.

Seruii. Inter penū & cellarium hoc interest q; cellarium est paucoꝝ dieꝝ: penus uero longi tꝑis.

PHIL. Conueniebat erudito grāmatico diffinitē quid sit penus: deinde differentiā peni & cellarii demonstrare. enim ueto ex uerbis Seruii nemo itelligit quid significet penus. quod profecto interpretatiōne dignissimum est: cum in eo non pauci per iscitiam a ueritate deerrauerint qua quidem in re eandem castigationem meretur Seruius: qua apud Gellium quispiam insolens ac ostentator grāmaticus taxatur qui de uariis generibus penoris uariisq; declinationibus insolenter differens a Phauorino interrogatus quid esset penus mussitabat atq; hallucinabatur: quocirca cum Seruius quid penus sit non dixerit: nec satis erudite a cellario distinxerit: existimaui me facturum operæ precium si illa quæ de penu legi quæ didici quæ uigilando depræhendi: quæ a Seruii non traduntur in medium afferrem: & his cōmentariis ite xerem adiuuandum studioforum scholasticorum eruditionem. Est itaq; penus (ut Cicero in secūdo de natura deorum elegantissime docet) omne quo uescuntur hoīes. Cui suffragatur Festus scribens penora dici res necessarias ad uictum quotidianum. Penarum uero (ut inquit Varro) appellarunt locū in quo penus seruabatur. Ciceronis ac Festi auctoritatem corroborāt uerba Sceuolæ iuriconsulti q; ad demonstrandam penum ita scripsit: penus est inquit quod esculentum aut potulentum est. Cæterū unde ipsum penoris nomen deducatur cōmodissime declarat Phauorinus apud Gellium his uerbis. Quæ lōge usionis gratia contrahuntur & reconduntur: ex eo q; non in promptu sint: sed intus & penitus habeātur penus dicta sunt: & apud iuriconsultos titulus est de penu legata ubi quæ appellatione penus itelligant: copiosissime disputatur: præterea officium fuerat diligentis cōmētatoris illud quod a grāmaticis ac litteratoribus quæri solet de Virgiliano uersu non tacere: utrum. s. legendum sit quibus ordie longo Cura penum strenuerem uel longam penū: utrūq; enim legi solitum est. huc adde q; Cellarium uix unq; i ea significatiōe quā tradit Seruius reperitur: uidetur enim Cellarium ea figura dici qua panarium granariū: panarium: ut pro cella ac repositoꝝ potius accipiatur q; pro ipsis rebus reconditis: quæadmodum inquit Varro: panarium dicitur ubi panis seruatur: granarium ubi granum reconditur: & penarium ubi penora custodiuntur: hoc ita esse docet Donatus scribens Cellarium dici a ponēdis celandisq; reb' esculentis & potulentis. Quin & iuriconsultus digestis de legatis apertissime ostendit Cellarium ipsū esse locum non res. Cuius uerba hæc sunt. Item Cellarium iunctum eidem ditæ ab hærede meo ei cōcedi uolo: apud Columellā titulus est quæadmodum uillica tractare debeat penora siue cellaria: quæ quidem inscriptio si non est subdititia indicat Cellaria idem esse quæ penus & fere cōgruit cum significatu Seruii. Cellarius uero masculino genere dicitur is qui præest cellario & penoribus recōdenādis: de quo uidetur intellexisse Plautus inquit. Sum promus condus procurator peni: de hoc Martialis: hinc Cellarius expentur: artes. & Columella in. 13. quibus inquit studiū fuit pistoris & coci nō minus cellari diligētiam suis præceptis instituire: & alibi: ut cibus inquit & potio sine fraude a cellariis præbeatur.

Ser. Cū rūs; fuisset: illic iperū fore ubi & palladiū. adhibito Mamurio fabro multa sisia facta sunt.

PHIL. Nemo scriptor idoneus quod equidē sciam tradit hoc: imo omnes consono ore referūt peltam de cœlo lapsam in numæ māus decidisse: ad cuius similitudinem & formam undecim alias peltas hoc est breuiores scuta Mamurii inter opifices solertissimus fecit tanta arte: ut uera pelta uix dignoscere tur. hoc scribit Plutarch' in numā: hoc Ouidius in Fastis: hoc Dionysius Halicarnasæus in secūdo: hæc fuerunt illa celebratissima Ancyliā quæ per urbem a tripudiātibus salii in honorem Martis circum ge

stebantur: atq; id Seruius ipse cōfinxit: ipse peperit: ipse solus excogitauit nulla fretus autoritate: quod de palladiis a Mamurio factis fabulatur.

Ser. Barba singulari numero hominum: plurali quadrupedum dicitur.

PHIL. Autoritatem Seruii eruditorum refellit autoritas: nāq; barba quadrupedum in singulari numero apud idoneos reperitur. Oratius in primo sermonum: Vtq; lupi barbā uariā cum dente colubrae.

PLYNIUS In. 28. Afferunt & Magi sua cōmenta primum omnium rabiem hircorum: sic mulceatur barba mifigati. Idem in. 8. est in eadem specie barba tantum & armorum uillo distās quē tragelaphon uocant: & alibi Callitricēs inquit toto pene aspectu differūt a simiis: barba est in facie cauda lata diffusa priori parte. præterea non solum quadrupedum dicitur barba: sed etiam aliarum rerum: quod haud dubie ostendit Plynius sic scribens in trigesimo: Cum geminos transit sol cristis & auribus & unguib; gallinaceorum si una rasis barbīs eorum. Idem in. 9. Barbam dici posse singulari numero etiam in piscibus demonstrat his uerbis de mulis piscibus scribens: barba gemina insigniuntur inferiori labro: hinc Cicero in paradoxis & M. Varro in re rustica mulos barbatus appellat. Idem etiam Plynius bellionem florem quinis barbulis coronari refert in. xxi. Præterea barbæ de hominibus quoq; plurali numero dicuntur contra Seruii autoritatem: quod Syllius Italicus apertissime docet sic scribens in tredecimo. Indociles nunc propexis in pectora barbīs uerrere humum.

Ser. Phalanx est lingua macedonum legio.

PHI. Diligens & curiosus cōmentator in enarratione phalangis copiosius enarrare debuerat & eruditius: cum phalanx ab omnibus dicatur: a paucissimis quid sit intelligatur: nāq; phalangem prisca scriptores (ut mihi magistra lectione compertum est) appellarunt non proprie legionem: ut autumat Seruius sed cuneum militare: quando. s. pes pedi clypeus clypeo: uir uiro in acie conferebantur: & hoc peculiare fuit Macedonum institutum: ut author est Liuius: & meminit Curtius: cuius hæc sunt uerba: Macedones phalangen. uocant peditum stabile agmen Vir uiro. armis arma. cōserta sunt: idem traditur a Cæsare: qui in primo cōmentatio refert heluetios fecisse phalangem hoc est clypeorum connexionem: que etiam testudo nuncupatur a doctis: idem Cæsar paulopost inquit: milites nostri e loco superiori pilis missis facile hostium phalangem perfrerunt ubi. p. c. l. dubio accipitur phalanx pro armorum cōnexionem: atq; testudine: hinc per metaphoram a satyrico poeta dictum est: iunctoq; umbone phalanges: & phalangarii appellati sunt milites qui erant in phalange: quales habuit ad imitationem Alexandri magni Alexander syrus Romanus imperator: ut author est Lampridius: phalāgia uero sunt ex genere araneorum: ut alibi docuimus ex autoritate Plynii, Celsi & Aristotelis. Hoc in loco potissimū referēdū est illud quod a Plynio traditur libro septimo: phalanges etiā significare fustes quibus afri prælium cōtra ægyptios primi fecerunt. Nonius scribit phalanges dici fustes teretes qui nauibus subiiciuntur.

Seruius. Stella facem ducens. i. lumen: quod utiq; ex facibus nascitur.

PHILIPPVS Face fiat procul tam futilis & inanis interpretatio: nam Virgilius de face cælesti sensit & quo apertius poeticus sensus uersus intelligatur: adscribemus uerba Plynii ad hanc rem pertinentia quæ ita scribit in secundo emicant: & faces non nisi cum decidūt uisæ: qualis germanico Cæsare gladiatorum spectaculum edente præter ora populi meridiano transcurrit: duo genera earum lampades uocantur plane faces: alterum bolidas: quale mutinensibus malis uisum est: distant quod faces uestigia longa faciunt priore ardente parte. hæc Plynius: cuius uerbis haud dubie declaratur quid sibi uelit Matonius uersus: stella facem ducens multa cum luce cucurrit: & in eodem loco parū diligenter parūq; curioso introspexisse uidetur Seruius Virgilianam maiestatem: quando a poeta dicitur: Intonuit læuum: est enim id totum ex arcana augurum disciplina translatum: & a nobis diligentius exponendum ad iuuantiam studioforum eruditionem. Ethrusci cælum in. 16. partes diuiserunt ex quibus octo ab exortu sinistras: totidem e contrario appellauere dextras: hinc omnia fulmina leua existimantur esse prospera: quoniam a leua parte mūdi ortus est: ut autor est Plynius: & ut scribit Cicero in secundo de diuinatione. optimum auspicium habebatur apud Romanos si sinistrum fuerat: uerum cum Romani sinistra meliora existimarēt: græcis & barbaris dextra uidebantur auspiciosa: unde apud Homerum Ajax sic loquitur prospera Iuppiter his dextris fulgoribus edit. Virgilius itaq; omnis antiquitatis consultissimus ex ritu Romani augurii dixit in tonuisse læuum hoc sinistrum: quod foelicitatem portendere credebatur & imitatus uidetur esse Ennius sic scribentem: cum in tonuit læuum bene tempestate serena non omniter dum est a latinis omnia: quæ bona sint sinistra nuncupari etiam si dextra sint.

Seruius. Ceruix cum numero singulari dicitur collum significat: si plurali utamur superbiam ostendimus ut in Verrinis Cicero frange ceruices.

PHILIPPVS. Miror in errata tam manifesta tam turpia lapsus esse Seruium alioquin eruditum: uix enim talia refellenda sunt: cum seipsa refellant: ac sibi ipsis sint repugnantia: & contra ueritatē refelluntur: nāq; uetustissimi illi scriptores pluraliter Ceruices appellabant pro parte colli: nusq; Ceruicem primus autem Hortensius creditur dixisse ceruicem singulari numero: ut authores sunt Quintilianus & Varro si uera fuerit Seruii sententia in solœcismum incidisse dicentur prisca scriptores: qui ceruices sæpissime: Ceruicem non tam sæpe usurparunt: i. solœcismū incidit Cicero scribens in Vatiniū inflato collo

tumidis

tumidi  
hois ac  
errauit  
multa  
nis: qd  
ret eos  
unde d  
duræ c  
cet Ari  
flexibil  
ceruix  
Seru  
dæ dec  
Phi. l  
fastis ci  
pauerit  
Ephem  
& apuc  
tur fast  
Ser  
Phi.  
minis  
cibus l  
de que  
apud V  
bo. in.  
bis Ser  
dæmo  
Messer  
renti re  
Ser  
Phil  
ne dep  
solitos  
uitam  
tores p  
rentibi  
scripto  
ret par  
qui aie  
libere  
quoni  
accedi  
quosq  
nam a  
Aristo  
retur a  
pocrat  
milito  
mis &  
præter  
deban  
S  
Phi  
lo soli  
quos c  
Donat  
geban  
Ser

tumidis cervicibus intulisti: & alibi frigeris in carcere ceruices. ubi sine cōtrouersia ceruices pro mēbro hoīs accipiunt: terrauit etiā Cato cuius uerba hæc sunt. si caput aut ceruices dolent: eo lotio calido lauito errauit Celsus dicēs: Cucurbitulæ ceruicib⁹ admouēdæ: & alio in loco. In ceruicibus blādula posita: qd multa: ueteres pluraliter tñ ceruices dixerūt: ut testis est Quītilianus in. 8. præterea exemplum Cicero nis: qd pro se allegat Seruius cōtra ipm facit: nā scribit Cicero Verrē multoꝝ fregisse ceruices: cū iube ret eos decollari: non aut supbia ut Seruius opinat. Quinimo ceruix in singulari pro supbia sæpe pōit: unde dicit hō duræ ceruicis: & a Hieronymo in interpretatione instrumēti ueteris dictū est: populus iste duræ ceruicis est. huc adde qd ceruix nō significat collū: sed partiꝝ colli posteriorē: quæ exterior est: ut docet Aristoteles in primo de aīalib⁹: & ut author est Plynio in. xi. multis uertebratisq; orbiculatim ossibus flexibilis ad circūspectū articulorū nodis iūgit: & ut refert Celsus i. vii. septē uertebræ i ceruice sūt qnetiā ceruix nō solū dicit de aīalib⁹: sed etiā de reb⁹ aliis: Pōpo. Mella. sedet in ceruice peninsula cyzicum.

Seruius. Fastus supbia: & est quartæ declinationis: nam liber qui dierum habet cōputationem: secundæ declinationis est: unde errauit Lucanus dicendo: Nec meus Eudoxi uincetur fastibus annus.

Phi. Nimis audax ne dicam temerarius est Seruius: qui Lucanum scribit errasse dicendo fastibus & nō fastis cum Lucanus eruditissimus Seruio reliquisq; cōmentatoribus excellētior morem antiquo & usurpauerit: qui fastus etiam pro annalibus & libris in quarta declinatione nō unq̄ dicere solebat. Varro in Ephemeride Cæsar fastus correxit: Columella in. x. sequor nunc Eudoxi & Metonis fastus astrologorū & apud Oratium duplex scriptum inuenitur: fastos & fastus: & ut author est Priscianus eadē forma dicitur fastus uel fasti qua senatus uel senati in secunda & quarta declinatione.

Ser. Caulonifq; arces. Caulon mons est Calabriae ut Oratius & amicus Caulon fertilis Baccho.

Phi. Si uersum Oratianum ita legeremus ut allegat a Seruio præuaricabimus normā Sapphici carminis quod in penultimo pede exigit trocheū: ideoq; legēdū est amicus Aulon: & ita in emēdatis codicibus legit: est aut Aulon mons Calabriae cōtra tarētina regionē ut Porphyrio scribit Ferax. boni uinit de quo intellexit Martialis celebrans uinū Tarētina: Nobilis & lanis & baccho fertilis aulon: Enim uero apud Virgiliū caulon legit: & accipit pro oppido: quod a Plynio collocat i prima regiōe italiae: & Strabo in. 6. caulonia appellat: cui ad stipulat Mela in geographia ut ego aīaduerti: & in historia potissimū labit Serui⁹ ac parū curiosus est: nā cum origenē Tarētina referre uellet: dixit bellū inter Atheniēses & Lacedæmonios fuisse conflātū: quod a fide historiae penitus dissentit: cum bellū illud inter Lacedæmonios & Messenios per multos annos gestum fuerit: qui populi sunt in peloponeso atq; cōtermini: & originē Tarēnti referens Strabo istud copiosissime narrat: Ephorus quoq; & Iustinus idem tradiderunt.

Seruius. Apud antiquos in usu non erant prandia.

Philippus. Non eo inficias olim me pedibus iuisse in sententiam Seruii: sed ex multiplici uaria lesione deprehendi apud priscos in usu fuisse non minus prandia q̄ cœnas: & homines bis in die saturos fieri solitos: quod in primis affirmat Cicero scribens in. v. questione tusculana Platonem solitum improbare uitam italicorum: quoniā bis in die saturi fiebant: & apud Plautum atq; Terentium uetustissimos scriptores prandia celebrantur. Quinetiam Macrobius refert morem fuisse antiquorum Romanorum ut prandibus ianuis præsitaretur & cœnaretur: apud Plynium in epistolis legimus quæ admodum Plynius scriptor naturalis histo. cibum sumebat interdum leuem & facilem ueterum more: perinde ac prandiū foret parcus: cœna copiosior. Herodotus quoq; author Megacreontis abderitæ dictum celebratum fuisse qui aiebat magnam se gratiam habere xerxi: qd non bis in die cibum caperet: nam si prandium & cœnā iuberetur abderitæ parare de ipsis actum iri pessime asserebat: hoc ideo in Xerxe admiratus est abderites quoniam illa quoq; tempestate: quæ haud dubie uetustissima fuit prandere & cœnare consueuerūt: huc accedit authoritas Cornelii Celsi precipientis bis die potius q̄ semel cibum esse capiendum: celebratur quoq; a Plutarcho apophtegmatata Alexandri magni: qui dicitare solebat obsonium prandii esse nocturnam ambulationem: cœnæ uero prandii parcitatem. Supradictorum sententias confirmat authoritas Aristotelis: qui scribit in problematibus prandendum esse large: cœnādum esse parce: hoc non præcipere a doctissimo philosopho nisi in usu prandia & cœnæ pariter fuissent. hoc idem tradit ab Hippocrate medicorum excellentissimo. & Leonidæ spartani dictum illud peruulgatum est: prandere commilitones apud inferos fortasse cœnaturi. floruit autem Leonidas proculdubio temporibus antiquissimis & inter antiquissimos est numerandus. hinc a Satyro poeta dictum est: prandebat sibi quisq; deus. præterea a Valerio Maximo: simplicitas antiquorum in cibo capiendo laudatur: qui in propatulo prandebant atq; cœnabant.

Seruius. Moris fuerat ut nubentes mariti postes oleo ungerent.

Philippus. Dissentit ab opinione Seruii Plynius: qui scribit in. 28. nouas nuptas nō oleo sed adipe suis solitas fuisse postes maritorum intrantes attingere. Masurius uero tradit palmam lupino adipi antiquos dedisse: ideoq; nouas nuptas illo perungere postes solitas: ne quid mali medicamento inferretur: Donatus quoq; refert uxores dici ab ungendis postibus: qd cum puella nubent: maritorum postes ungebant: sed quo unguento siue adipe uterentur nō memorauit.

Seruius. Furibunda uel furenti similis.



ram unde hauserat Macrobius: haurire potuisset praesertim cum multa undiq; exquisiverit: sed ut mihi videtur nihil est cum praedicta Macrobi expositione comparandum.

Ser. Custodia est quae custodit: non quae custoditur.

Phil. Error hic est Servii manifestarius cum apud eruditos custodia repiat pro eo etiam qui custodit & in primis: apud iuriconsultos: qui disertissimi sunt: digestis de custodia reor: ita scriptum legimus: ne quis receptam custodiam siue casu dimittat: & alibi manifestus. si custodia se interfecerit vel praecipitauerit mihi litis culpa ascribitur: & alibi si casu custodia defuncta esse dicatur: ubi semper custodia significat reum & illum qui custoditur. quin etiam Suetonius hoc uocabulo in hac significatione usus est: cuius uerba haec sunt in Domitiano. Nec nisi secreto atq; solus plerumq; custodias receptis quidem in manu cathenis: audiebat idem in Tyberio. In recognoscendis custodiis: precanti cuidam poenae maturitatem: respondit: non dum tecum in gratiam rediit: & in Caligula: Custodiarum inquit seriem recognoscens.

Ser. Saxum ingens uolunt alii Sisyphum dicit. radiisq; rotarum: Ixionem dicit.

Phil. Nemo inficiat Sisyphum apud inferos hac poena torqueri: ut saxum perpetuo uoluat. iuxta illud Ouidii. Sisyphus est illic saxum uolensq; petensq;: & Ixionem a rota uersari ut idem uoluit Ixion: sese sequiturq; fugitq;: atqui curioso interpreti conueniebat diligentissime pensitare: an fabula Ixionis ad sensum Virgiliani carminis esset accommodanda: mihi enim aut quae quadrare uideat: nam cum poeta paulo supra dixerit Ixiona apud inferos intartato cruciari: quid opus fuerat idem iterum referre? ego autem cum Macrobio sentire malim: qui in somnium Scipionis scribit: poetam intelligere illos radiis rotarum pendere distritos: qui nihil consilio prudentes: nihil ratione moderantes: nihil uirtutibus explicantes: seque & actus suos omnes fortunae permittentes casibus & fortuitis rotantur: illos autem saxum ingens uoluere dicit esse intelligendos: qui efficacibus & laboriosis conatibus uitam conterunt: nam philosophi quidam fuerunt: qui inferos aliud esse negauerunt quam nostra corpora. & omnia quae de inferis antiquitas fabulata est: in nobismetipsis reperi: quapropter expositionem quoque Macrobii utpote optimam memorabimus: quam refert super illo uersiculo. Lucent genalibus altis aurea fulcra toris: ubi seruius de Tantalo dicit esse intelligendum. & eius fabulam notissimam enarrat. Macrobius uero dicit ad omnes auaros hoc esse referendum: qui epulis ante ora positus excruciantur fame: & inedia tabescunt quos magis magisque acquirendi desiderium: cogat praesentem copiam non uidere. qui in esluentia inopes egestatis mala in ubertate patiuntur: nescientes parta respicere dum egent habendis: praeterea non uidetur esse omittendum illud: Quos super atra silex iam iam lapsura cadenti imminet assimilis: quem uersum enarrans peritissime Macrobius asserit eos esse intelligendos: qui arduas potestates & infaustam ambiunt tyrannidem: quoniam semper uiuunt in timore: & sibi uidentur exitium quod merentur excipere: quod Dionysii exemplo declaratur: qui aulae sculae inclementissimus incubator Damocli familiari suo solam beatam existimanti uitam tyrannicam: uolens ostendere quam misera esset & quam plena impendentium semper periculorum: gladium de filo tenui pendentem mucrone demisso iussit illius ceruicibus iter epulas imminere: & cum Damocles regias & tyrannicas praesentis mortis imminet periculo aspemaret: talis est inquit Dionysius uita: quam beatam putabas sic nobis semper mortem imminet uidemus: haec historia praeter Macrobium ab Eusebio & Cicerone memorat: ista autem omnia: quoniam eruditionis refertissima sunt: ac subtilitatis referenda esse censui: ut quae expositione Seruii contentus non fuerit: aliquid audiat disciplinae remotioris: quae non minus delectare solet quam praesentem.

Seruius Titania astra. i. solem quem unum de titantibus fuisse diximus.

Philippus. Diodorus lib. vi. apertissime nos edocuit quare astra titania nominentur. scribit enim Hyperionem unum ex titantibus primum astrorum: lunaeque & solis cursum ac naturam demonstrasse: & ob hoc stellarum parentem existimatum. merito itaque a Virgilio astra. i. stellae omnes non solus sol titania dicitur: quasi perpetuo epitheto propter titanem hyperionem: qui syderum pater fuisse creditur. Quinetiam reprehendit Seruius illos qui dicunt hanc particulam: ergo aliquando poni pro causa. cum illi bene locuti sint & latine: qui hoc dixerunt. Seruius autem non recte: qui hoc inficiatur: nam ut author est Festus: ergo interdum significat gratiam: cum. s. gratia intelligatur pro causa: in qua significatione accipitur apud Liuium scribentem Apollinares ludos uictoriae non pestilentiae ergo fuisse constitutos: id est causa. & M. Cato in re rustica ita scriptum reliquit: tibi ius est porco piaculo facere illiusce sacri coercendi: ergo & alibi harum rerum ergo fundi terrae agrorumque mei lustrandi: & alibi Mars pater te precor quaeque uti sis uolens propicius mihi domo familiaeque meae: cuius rei ergo agrum terram fundumque meum solita uilia circumuagi iussi in his omnibus plane locis: ergo accipitur pro causa: praeterea extat exemplum epistolae antiquissimae a consulis Romanis ad Pyrrhum epirosem scriptae: ubi haec uerba leguntur: sed communis exempli & fidei ergo uisum est uti te saluum uelimus: ubi sine contouersia: ergo significat causam & apud Virgilium uelint nolint grammatici: ergo intelligitur pro causa: in eo uersu illius ergo uenimus.

Ser. Nysae de uertice tigres. Nysa mons est indiae. Nysa ciuitas est in monte Parnassoi qua liber colitur.

Phil. Scribit Diodorus Bacchum cognouit eum Dionysium ab eo quod educatus sit a Nymphis apud Nysam arabiae urbe: unde ab Ioue Nysae Dionysius nuncupatur. Nysa est non tantum mons est: quam ciuitas Indiae celebratissima carminibus poetarum: quam (ut author est Strabo) Bacchus condidit cuius etiam meminit Plynus in. vi. de qua copiosius & elegantius quam caeteris scribit Curtius referens quemadmodum Alexander cum exercitu Nysam obsedit: &

nysei Alexandro se dedidere a Libero patre conditos se esse memorantes. sita est ciuitas Nyssa sub radicibus montis quem Meron incolae appellant: & cum Meron graece semur significet: inde graeci metiendi tractare licentiam. Iouis femine Liberum patrem esse celatum: & de hoc monte intellexisse Maronem non ambigimus quando inquit Nyssa de uertice tigres. Praeterea alia est Nyssa non in monte parnaso ut autumat Seruius: sed in Helicone: ut author est Strabo: de qua (ut opinor) sensit Lucanus cum scriberet: Baccumque auertere Nyssa. Quinetiam in enarratione historiarum: quas poeta in. vi. tangit parum fidus est Seruius & perperam allegat dicta historico: & potissimum. T. Liuii. namque de torquato sic scripsit Seruius. Torquatus filium (ut dicit Liuius) fustuario necauit: manifestissimum hoc esse mendacium & turpissimum erratum nemo uel mediocriter eruditus inficiabit: qui uel octauum librum Liuii ab origine urbis inspexerit: in quo aptissime ostendit Torquatum impasse lictori ut filium securi percuteret: cuius uerba ideo subscribere suspensi: quia & multa sunt & quilibet: qui id nosse uelit: illic facillime poterit inuenire: ex hoc & id genus multis in eam (ut supra dixi) sententiam pedibus transeo: ut existimem Seruum non tales edidisse commentarios: sed quoquo modo fuisse corruptos adulteratoresque: quis enim non uidet a Virgilio dictum esse: saxumque securi aspice Torquatum uidelicet quod securi in filium iusserat pater aduertit: non autem fustuario ut Seruius opinatur. idem in expositione illius Maroniani uersus. Aut geminos duo fulmina belli Scipiadas cladem Libyae mihi nequaquam satis facit dum quaedam morosam nimis distinctionem adhibere contendit: ut geminos Scipiadas intelligamus illos duos Scipiones fratres: qui in Hispania perierunt poenorum insidiis circumuenti & cladem Libyae accipiamus pro duobus Africanis: ego uero existimo poetam illo toto uersiculo intellexisse de duobus duntaxat Africanis: qui proculdubio fuerunt duo fulmina bellorum: qui ambo cladem Libyae & Carthagini attulerunt: in quo aemulatus uidetur esse Lucretium: qui sic scriptum reliquit: Scipiades belli fulmen Carthaginis horror: sequatur tamen unusquisque eam sententiam quam ipsi uerior ac probabilior esse uidebitur: cum nobis satis sit edocuisse quid ipsi sentiremus: suum unicuique iudicium est & sua sententia.

Seruius. Parnassus mons Thessaliae diuiditur in Cytheronem liberi & Heliconem Apollinis.

Philippus. Autoritas Seruii cum apud grammaticos ac litteratores plurimum polleat: effecit ut omnes minus eruditi in hunc errorem delaberent asserentes cytheronem & heliconem colles esse parnassi: Corrigendus itaque hoc in loco est error publicus ex autoritate eruditissimorum geographorum: qui grammaticis in locorum descriptione haud dubie merentur anteponi. primo igitur sciendum est: quod Parnassus mons est in Phociae regione: non autem in thessalia ut scribit Plynus in. 4. & Strabo meminit in. 9. sub Parnasso sunt Delphi clarissimi in terris oraculo Apollinis. Helicon autem & Cytheron sunt in Boetia ut Plynus Strabo. Mela. Solinus reliquique omnes testantur: & musis natale in nemore Helicone scriptores assignant: quae & altitudine & ambitu non minor est parnasso: quod autem parnassus biceps & biuertex a poetis nuncupetur: non ideo debemus accipere uertices Cytheronem & Heliconem: ut grammatici hallucinantur: sed ipsius montis cacumina. Cum ego curiosus inquirerem quanam forent nomina duorum parnassi uerticum: repereri apud Herodotum in Vrania unum ex uerticibus Parnassi nominatum fuisse Tithorea: alterum Hyampeum. quocirca Herodoti auctoritatem sequens id credere malo: quod Cytheron Heliconem aut Nyssa aut Cyrra aut Cyrphus (namque & id traditur) fuerint uertices nuncupati. Cyrra. & Nyssa nomina quidem sunt ciuitatum: sed non collium: & nyssa non est in parnaso: sed in Helicone Cirphis uero rupes est non cacumen. Libuit haec pauca annotare super uerticibus duobus parnassi ad errorem manifestarium refellendum: qui a prioribus recentioribusque minus eruditis passim receptus est.

Seruius. Mutusca Trebia postea dicta est: quam modo Trebulam dicunt: apud hanc Annibal deleuit populum Ro. Lucanus. quod non in punica nati: tempora cannarum fuimus. Trebiaque iuuentus.

Philippus. Quis non uidet Seruium in rebus interdum leuissimis impingere: & toto (ut aiunt) errare caelo: uel hoc potissimum in loco cum dicit apud Trebulam: quae dicta sit & Trebia ab Annibale uictos esse Romanos: quo a fide historica penitus est alienum: namque Annibal apud Trebiam fluuium placentinum maximo proelio uicit consules Ro. Sempronium longum & Cor. Scipionem Africani patrem: ut Liuius Sylius atque Polybius apertissime ac copiosissime narrant: & nemo ullo tempore hoc unquam inficias iuit: errat itaque diligenter Seruius existimans Trebiam idem esse quod Trebula: cum interuallo locorum & dissimilitudine significationis disiungantur: nam Trebia fluuius est notissimus iuxta Placentiam: Trebula uero oppidum fuit haud procul ab urbe Romana: ut author est Plynus: & olim Trebulanis ciuitas data fuit a Romanis: ut scribit Liuius in decimo. Trebulae casei laudatissimi conficiebantur: Trebulani cognominati: de quibus sic scribit Martialis in xeniis. Trebula nos genuit comedit gratia duplex: Siue leui flamma: siue domamur aqua Trebiani fuerunt quoque populi contermini Trebulanis: sed hi nihil ad Trebiam: ubi Annibal Romanos profligauit: nec uersus: Lucani quicquam inuenit Seruii opinionem cum apertissime referatur ad Trebiam placentinum: perperam itaque allegatur a Seruio: qui altero quoque loco alterum Lucani carmen parum diligenter parumque curiose pensitauit. namque super eo Maroniano uersiculo. Infaustum interluit Allia nomen. ita scriptum reliquit. Allia fluuius est. cui additur unum. L. propter metrum: ut reliquias. Lucanus bene posuit: quas aliae clades: non possum non uehementer admirari Seruium in errores tam pueriles: tam manifestarios: tam crebro incidere: existimat enim Lucani uersum referendum esse ad cladem Alliensis. quod quam ridiculum sit quibus

uis aduertere

uis ad  
habuit  
canus c  
de: quae  
clades a  
ductam  
nus: E  
omnib  
sta: que

Phil  
confue  
Boetia

Phil  
tis exa  
insular  
ut Ply  
cudosi  
ruit an  
sunt p  
locis s

coluel  
legas  
se. At  
bitarum  
& olim  
xit sic  
Carac  
noiat  
est aff  
gina t  
gnas:  
ait. Q

Phil  
ratus  
firmat  
33. scri  
Pluta

ut Vir  
Phi  
uocat  
lia &  
ci me  
Au  
sentir  
ro in  
ni: sep  
est de  
testu  
coerc  
in cap  
in ou  
septis  
poeta  
ferent

uis ad aduertere poterit: qui librū Lucani septimū diligētius itrospexit: in quo carmē hoc legit: Non istas habuit pugnae pharsalia partes. Quas aliae clades. cuius sensus est manifestissimus: uult enim ostendere Lucanus oēs alias clades: quas Romani superioribus temporibus passi sunt: nō esse comparandas cum pharsalica clade: quae cūctas alias exuperat. & ita aliae sine cōtrouersia accipiuntur pro pronōie. Seruius uero credidit aliae clades accipi pro alieni clade: tāq̄ ab allia fluuio deriuat: cuius primā syllabā apud poetas semper productam repperit: quāuis Seruius reclamet. Ouidius. Haec erat in Fastis: cui dat grauis Allia nomen. Lucanus: Et damnata diu Romanis allia fastis. Syllius. Maior & horrificis sese extulit Allia ripis. sic a poetis omnibus secutis naturam nominis nulla metrica necessitate cogente Allia ponitur prima syllaba producta: quemadmodum a Virgilio traditum: & per geminum Lab eruditus scribitur.

Seruius. Cares Nemaea silua est uicina Thebis in qua Hercules interemit leonem.

Philippus. Nemaea silua est in Pelopōneso inter Cleonas & Phliuntem: in qua Argiui sacra celebrare consueuerant: quae Nemaea cognominatur: ut authores sunt Strabo & Diodorus: Thebae uero sunt in Boetia maximo interuallo a Nemaea silua distinctae.

Seruius. Cares insulani populi fuerunt: leleges thessali.

Philippus. Saepe admonuimus multa deprahēdi in cōmentariis Seruii: quae ad geographiā p̄tinet: nō factis exacte nec adamussim p̄sitata. quae uirgula cēsoria notari mereant: quale est hoc. Nā Cares nō sunt insulani: ut ipse autumat: sed in cōtinēti: & populi sunt Asiatici iuxta Meoniā Lyciā atq̄ Ioniā collocati: ut Plynius Strabo & Mela tradiderunt. Cariae toti impauit olim Mausolus: ut author est Vitruuius in secūdo: in Caria fuit. Halicarnassus & Mausoleū illud celebratissimū: quod inter septē orbis spectacula meruit annumerari. Nec Leleges sunt in Thessalia: ut incuriose refert Cōmentator. sed eleges & Cares idem sunt populi: ut meminit Strabo in. 7. nōnulli geographi tradūt eos eē finitimos: atq̄ in multis Cariae locis sepulchra Lelegū: & monumēta lelegia nūcupata: ostendunt: & olim Ioniā asiaticā cares & Leleges incoluerūt. Cares peculiariter barbari sunt cognōiati. Ceterū ut ego arbitror: uidef existimasse Seruius Lelegas eē Thessalos: quā uersu Lucani: quem ipse allegat: ostēdit Lelegas agrū Thessalicum quōdā tenuisse. Atqui Lucanus ideo uidef hoc tradidisse: quā Leleges fuerūt populi errabundi: & diuersis in locis habitauerūt. Nā ut scribit Aristotele. in politica. Acarnanū Etolōrū Leucadiōrū Leleges haec oīa loca incoluerūt: & olim etiā Thessaliā tenuerūt. sed nō ipsi Thessali fuerūt. Ouidius caras & lelegas ita carmine coniunxit sicut & Virgilius: quā uidelicet sunt inter se cōtermini. uersus Ouidii ex li. 9. metamorphoseos hic est. Caras & armiferos Lelegas Lyciāq̄ pererrat. scribit Plynius in. v. Miletū Toninae caput Lelegeida fuisse notatam. idem Seruius existimat Thermodoonta fluuium esse Thraciā: cum sit Cappadocia: quae regio est asiatica: ut Plynius Strabo atq̄ Iustinus meminerūt: iuxta quē olim Amazones confedererūt: quae regina ut author est Diodorus in ostiis Thermodoontis urbem condidit Themiscyrā nuncupatā inde pugnas amazonum Thermodoontiacas appellat Papinius in primo syluarum: & Propertius in tertio sic ait. Qualis Amazonidum nudatis bellica māmīs Thermodonteis turba lauatur aquis.

Ex Buccolicis.

Seruius. Pecunia dicta a peculio.

Philippus. M. Varro Romanorū doctissimus: quae uocabulo etymologias acutissime ac eruditissime perscrutatus est: tradit pecuniā a pecore notatā eē: quā priscoꝝ diuitiā in pecore cōsistebat: s̄niam Varronis confirmat Columella li. vii. & Ouidius illo uersu: hinc etiā locuples. hinc ipsa pecunia dicta est. Plynius autē in 33. scribit pecuniā sortitā esse nomen a nota pecudis: quā antiquitus nūmi effigie pecudis signabant: hinc Plutarchus asserit in publicola in uetustissimis nūmis signū fuisse ouis & suis bouisq̄ conspectum.

Ser. Septa sunt loca in campo Martio: & quia similia sunt ouilibus duo haec inuicē pro se ponunt. ut Virgilius hoc loco septa pro ouilibus posuit. item Lucanus ecōtra: & miseriae maculauit ouilia romae.

Philippus. Elegantius & uerius explanatum fuisset Maronianū carmen a Seruio: si dixisset. septa generali uocabulo significant omnia loca munita & quodam sepimento uallata: inde stabula ouilia bublia capri lia & id genus reliqua septa nūcupantur. Inde septiatim in campo martio loca inclusa tabulatis: septa dici meruerunt: de quibus Martialis. In septis Mamurra diu multumq̄ uagatus.

Aufonius in panegyrico: passus nō septa nō capū. & Suetonius: uenationē in septis datā eē testat: de his sentire uidef. & Plynius sic scribēs in. 16. Trabs in porticibus septorū a. M. Agrippa relicta. praeterea. M. Varro in re rustica appellat oīa septa quae hnt inclusa aīalia quae pascent. uñ ab eodē laudant septa Fuluii Hirpini: septa Pōpeii. i. loca quibus cōclusae ferae pascebant. idē igitur itra septa uillae hēas aquā. apud eūdē scriptio est de septis fūdi. A sepio quod significat munio. haec dictio deriuari uidef. idē septus locus: septa uilla: septū rectū nūcupat. & apud iuriscōsultos septa accipiuntur pro obiectis & claustris: quibus utimur ad impetus fluuiorū coercēdos: praeterea apud Lucanū nō est exponēdū ouile pro septis: sicut exponit Seruius. Nā ouile erat locus in campo martio ita peculiariter nūcupatus: de quo haec Liuius li. 26. Citatis Veturiae senionibus datū secreto in ouili cum his colloquendi tempus: nā si uerū esset id quod tradit Seruius: uidelicet Lucanū ouilia pro septis posuisse nunq̄ Liuius tam licenti translatione usus foret: ut & ipse ouile pro septis poneret: cum poeta aliter quā historici loquantur. Ceterū Lucanus eo modo dixit ouilia: quo Liuius. quo Strabo: qui in. v. referens idem quod Lucanus de crudelitate Syllae adeo cōuenit cū Lucani uerbis: ut alter ab altero accepisse

uideatur. Strabonis uerba hæc sunt: Sylla alios qui arma piecerant ad milia tria: uel ut alii quattuor: in campo martio ad ouilia coactos immisis militibus iugulauit. In eadem significatione accipiendum est apud Iuuenalem eo uersiculo: antiquo quæ proxima surgit ouili.

Seruius. Ligustrum flos est candidissimus: uaccinia uiolæ.

**PHILIPPVS.** Apud Plynium legi Ligustrum & uaccinia magis inter arbores q̄ inter flores numerari. in. 12. scribit cyperum appellari in Italia lugustrum. & in. 24. inquit ligustrum eadem arbor est: quæ in oriente cyperos: cuius acini contra phthi: iasim sunt efficacissimi. idem in decimo sexto refert uaccinia Italiae in aucupiiis sata esse. galliæ uero etiam purpurea tingendi causa ad seruorum uestes.

Seruius. Aracynthus mons est Thebanus.

Philip. Aracynthû scribit Plynii. 4. môtê eê Acarnaniæ. idê cõprobat Martian⁹ capella i geometria.

Seruius. Arbuſtum quidam locum in quo arbores sunt uolunt accipere.

Philippus. Mutilata hæc est interpretatio. nam non omnis locus in quo sint arbores nominatur Arbuſtum. Quid si essent quercus iliceſq; q̄ plurimæ? quid si innumerabiles? quid si filua? an significãter Arbuſtum nuncupabimus? minime. Etenim Arbuſtum (ut ego accuratius animaduerti) pprie significat arbores uitibus maritatas atq; uitiferas quæ in ordines digeruntur: ut docet Plynius. Columella atq; Palladius: scribentes quomodo Arbuſtum sit faciendum. unde uitis arbuſtiua & uinum mustumq; arbuſtium appellatur: ex huiuscemodi arboribus collectum. Cato quoq; collocat Arbuſtû in octauo loco prædiorum: & ne quispiam existimet eum intelligere de filua: subiunxit loco nono ponendam esse glandariam filuam. Claudius quadrigarius locum in quo sunt arbores plurimæ. inusitato uocabulo arboretum appellat: quod ipse nimis licenter peperisse ac formasse creditur: apud Palladium legi Arbuſtum pro castaneto positum: quod non longe abest a Seruii significatione.

Seruius. Lac nouum. i. colostrum qd' neutri generis est: nã fœminini esse penitus non potest.

Philippus. In tam paucis uerbis duplex inest error manifestarius. nam & fœminino genere colostrum reperiti ostendit Columella in. 8. his uerbis. Exiguum emulgendum est: quod pastores colostrum uocant ea nisi aliquatenus emittitur: nocet agno. Idem traditur a Palladio: & Plautus in penulo fœminino genere usus est. Mea colostrum: meus melliculus caseus: præterea colostrum non proprie significat lac nouum: sed est spongiosa densitas lactis a partu: ut author est Plynius: ad quod alludit epigrammaticus poeta illo disticho: cuius lemma est colostrum. Surripuit pastor: quæ nondum stantibus hædis De primo matris lacte colostrum damus: a colostro colostrati dicuntur infantes.

Ser. In medio duo signa conon Conon dux fuit: cui nomê dicit: quia in oïum ore uersatur.

Philippus. Quis nescit cononem fuisse Atheniensium ducem? omnibus insulis præfuisse: Lacedæmonios profligasse? Athenas in pristinam libertatem restituisse? de quo Æmilius Iustinus: Plutarchus multa tradiderunt: sed diligentius accuratiusq; considerandum fuit: an apud Virgilium de hoc Conone foret intelligendum: an potius de Conone astrologo: Quocirca uerius & eruditius interpretat Virgilianum carmen. Probus grâmaticus: cuius hæc sunt uerba: Conon Samius mathematicus: sed quâuis plures fuerint mathematici eleganter errantem rusticum inducit dicentem. quis fuit alter? alter eniz accipitur unus de duobus: is aut Conon de astrologia libros septem reliquit: hætenus. Probus. Huius Cononis Mathematici meminit Iginus scribens ab eo dictum esse Ptolomeo: quemadmodum ipse uiderat cœnem Berenices reginæ inter sydera collocatum: de qua re scripsit Callimachus carmen elegiacû: quod Catullus interpretatus est: in quibus uersibus ita de Conone hoc scriptum est. idem me ille conon cœlesti numine uidit. Et Bereniceo uertice cæsarem. de hoc conone itellexisse Propertium existimo: cum scripsit in. 4. Me creat Architæ soboles babylonius orops. Oron. & a proauo ducta Conone domus: exponamus itaq; apud Virgilium de hoc Conone astrologo: sicut exponit recte Probus: non autem de Conone duce Atheniensium: ut perperam existimat Seruius.

Seruius. Amomum flos est assyrius: ut Lucanus. Vicinæ messis amomum.

Philippus. Miror Seruium autoritate Lucani suam fulcire sententiam: tanq̄ a Lucano dicatur Amomum florem esse assyrium qui more poetico Amomum quidem nominat in decimo: sed quid sit haud quaq; aperte demonstrat. Debuiſſet itaq; Seruius Plynium consulere: qui eum edocuiſſet Amomum nõ esse florem: sed arbuſculam: qui in duodecimo scribens de peregrinis arboribus: Amomum arborẽ esse commemorat & eius uuam in usu esse. Forma est uite labrusca: frutice uenenoso: palmi altitudine: laudatur q̄ maxime parit Amomum punici mali foliis simile colore ruffo. Secũda bonitas pallida est: herbaecum peius: pessimum candidum: quod & uetustate euenit.

Seruius Sophocleo tua carmina digna cothurno: ac si diceret q̄q̄ impar sit ingenium meum laudibus tuis: nam tuæ laudes merentur exprimi sophocleo tantum cothurno.

Phil. Ego opinor eo uersu a Virgilio laudari carmina Cæsaris Augusti: qui floruit in poetica: qui (ut author est Tranquillus) reliquit librũ hexametris uersibus cõscriptum: cuius titulus est Sicilia: & libelli epigrammatum: præterea tragœdiam Aiace exorsus est magno impetu: uolens igitur poeta laudare tragicum Augusti poema stilũq; grandiloquum: dixit illius carmina digna esse sophocleo cothurno. i. stilo & sublimitate qua usus est Sophocles in tragœdiis scriptitãdis: fuit eniz apud græcos haud dubie princeps

ceps tr  
est. A  
rona h  
bio at  
deleue  
Auguf  
S

postic  
PH

libris c

ratum

ut ratu

Plauti

diliger

scriber

dum i

dam't:

ni carr

herbis

iste ue

S

per qu

PH

terpre

segete

frigo

hi uic

noua

deide

defici

Se

PH

re Ty

lum i

ſus ut

dii ue

est. Pr

re. Na

res. id

pote f

gilio:

Seruii

scribu

rator

Se

Ph

res ſc

Vade

impel

autho

PHIL

ſus eſt

gilian

rat G:

curio:

exem

cus q̄



**ceps** tragici poematis: quod etiā memorat Plynius in.7.hinc etiā illud in honorē augusti a poeta dictū est. Atq; hanc sine tempora circū inter uictrices hederā tibi serpere lauros tanq̄ Augustus hederacea corona hoc est poetica non minus coronari mereatur:q̄ laurea hoc est triumphali. Celebratur a Macrobio atq; Tranquillo locus Augusti:q̄ cū interrogaret quid ageret Ajax tragœdia. quā q̄ duplicisset ipse deleuerat. respondit Aiace suū in spongiam incubuisse. Audiui q̄ dicerent se uidisse poema Sophoclis ab Augusto donatū Romana lingua:q̄ si uerē est poterit cōmodissime ad id etiā referri carmē Maronianū.

**Ser.** Ante sinistra caua monuisset ab ilice cornix:hoc ad augularem pertinet disciplinam:& paulo post:cornicem dicit ab antica ad sinistram partem uolasse.

**PHI.** Virgilius utpote omnium disciplinarum particeps. omnis expert erroris legerat in augurum libris cornicem a sinistra parte ratum facere auspicium. Ideo sinistrā cornicem appellauit quasi a sinistra ratum faciētem nanq; ut Cicero scribit in libris de diuinatione. Aliis auibus dextra aliis leua datum est: ut ratum auspicium faciant:& alibi. Cur a dextra inquit coruus:a sinistra cornix faciat ratū: Illud quoq; Plautinum in Asinaria huic sententiæ conuenit: picus & cornix est a leua: Coruus porro ab dextra quod diligenter uidetur Maro obseruasse & facundissime transfulisse. Et hoc idem fortassis respexit Orati<sup>9</sup> sic scribens in carminibus. Teq; nec læuus uetet ire picus: nec uaga cornix. Non est hoc in loco prætereundum id quod a Plynio traditur libro. x. uidelicet Cornicem esse alitem auspicatæ garrulitatē. a quibusdam tamen laudatam. hæc omnia a curioso interprete fuerant inuestiganda:& ad enarrationē Virgiliani carminis publicanda. In eadem quoq; ægloga: illud frigidiuscule exponit. Quis humum florentibus herbis spargeret: cum poeta clanculum alludat ad carmen compositum in Daphnidis laudationem ubi iste uersiculus legitur. Spargite humum foliis: inducite fontibus umbras.

## EX GEORGICIS

**Ser.** Quæ bis solem bis frigora sensit: id est quæ bis & dierum calorem & noctium senserit frigora: per quod duplicem arationem ostendit uernalem & autūnalem.

**PHILIPPVS.** Potior apud me est authoritas Plynii. qui Virgilianum uersum secus quam Seruius interpretatur in. xviii. sic scribens: Quarto seri sulco Virgilius existimatur uoluisse: cum dixit optimā esse segetem: quæ bis solem bis frigora sensisset. Futilis est mehercle Seruii interpretatio de calore diurno & frigore nocturno: cum poeta loquatur de sole æstiuo & frigoribus hybernis: Et Probus grāmaticus mihi uidetur elegātius atq; eruditius enodasse nodum Maronianum scribens poetā loqui de eo agro quē noualē uocamus: qui sub exitu hiemis hoc est initio ueris profcinditur: & ita æstate quæ sequitur siccat: deinde sub itroitu hiemis semēte facta sequēti æstate reddit fructū: & ita bis sentit frigus semel ætate deficiente hieme initio ueris: iterum post semētū: bis solē semel æstate: qua cessat. Itæ qua fructū refert.

**Ser.** Tmolus est mons Ciliciæ in quo nascitur crocum præcipue.

**PHI.** Plynius in. v. refert Tmolus montem esse non Ciliciæ (ut Seruius opinatur) sed Lydiæ qui ante Tymolus uocabatur: & erat uitibus cōsitus. Strabo quoq; & Solinus idē sentiūt quod Plynius: Tmolus in Lydia collocantes: de quo sic scribit Ouidius: Riger arduus alto Tmolus in ascensu cliuq; exte sus utroq; Sardibus hinc. illinc paruis finitur hypæpis. iuxta Sardis positum esse Tmolus indicat Ouidii uersus. Sardis autem urbem esse in Lydia celeberrimam. Herodoti & Plynii testimonio notissimum est. Præterea non absurdum fortassis foret illud Virgilianum. Croceos Tmolus odores ad uinum referre. Nam cum Tmoli uineta laudentur a priscis tanq̄ generosissima: uidet poeta appellasse croceos odores. id est uinum Tmoli: quod odoris & coloris crocei sit: quale uinum in primis laudatur a Palladio utpote saluberrimum: & in hanc sententiam uadit Porphyrio dicens crocum pro uino positum esse a Virgilio: & allegat istud hemistichion. hoc ideo dixi: ut aliquid argutius reconditiusq; memorarem: non ut Seruii expositionem referre uellem. quæ Probi & Solini atq; Columellæ autoritate corroboratur: qui scribunt Tmolus esse croco florentissimum. Sed quia interdum gratæ sunt studiosis argutiores iteptiones: hæc pauca libuit his cōmentariis intexere: sequatur unusquisq; quod uelit.

**Ser.** Legunt in Terenti. Caue ne te tristem sentiat: hoc pcedere nō pōt: nā ne & caue prohibentis est.

**Philippus.** Quamuis hoc exigere uideatur regula grāmatices: quod a Seruio præcipitur: tamen ueteres scriptores sæpissime ita locuti sunt: ut hanc particulam. ne. cum uerbo caueo copularent. Oratius. Vade uale caue ne titubes mandataq; frangas. Plynius: Terram cariosam caue ne plaustro ne ue pecore impellas. Ouidius: Ne fallare caue proximus ater erit: itaque utroque modo & recte & latine dicitur: cū authoritas ueterum pro regula sit: & honestissimus sit error magnos duces sequentibus.

**Ser.** Ipsa suas mirantur Gargara messes. Gargara montes phrygii.

**PHIL.** Virgilianus uersus utpote eruditione refertissimus eruditiorem exposcebat enarrationem: concisus est interdum Seruius in rebus magnis: copiosus in paruis. Quis enim elicit ueram arcanamq; Virgiliani carminis sententiam ex tali interpretatione: Gargara sunt montes phrygii: Nemo eruditus ignorat Gargara esse montes uel potius cacumen montis Idæ: sed curioso cōmentatori inquirendum fuerat curiosus: & pensitandum diligentius: an poeta posuerit Gargara pro monte: quæ fertilitatis esse dicit exemplar: ego apud Macrobius animaduerti Maronianum carmē explicari accuratissime: & longe secus q̄ tradatur a Seruio atq; copiosus. Ait enim Gargara nomen esse cacuminis montis Idæ & oppi-

dū: & Virgilium non de summo monte sed de oppido loqui in georgicis: nam apud Gargara ciuitate tanta erat frugum copia: ut qui magnum cuiusq; rei numerum uellet exprimere pro multitudine imensa Gargara nominaret. Ita Alceus Aristophanes & Varro Gargara pro multitudine posuerunt: & de his intellexit Ouidius illo uersu: Gargara quot segetes, quot habet Methymna recemos. Non ergo Gargara pro monte apud Virgilium accipere debemus: prout accipit Seruius: sed pro oppido: ut sentiunt eruditi: quod positum est in imis radicibus Idæ montis. & defluentibus inde humoribus Gargara irrigatur: fiuntq; ueracissima Confirmat Macrobiū sententiam Plynius scribens in quinto. Gargara esse montem & oppidum. Et Strabo in. 13. iquit: Gargarus in superioribus idæ partibus locus ostenditur: a quo Gargara dicuntur æolica ciuitas Faceat itaq; mutilata expositio quam Seruius & Probus tradiderunt qui ambo nihil dixerunt nisi Gargara esse montem.

Ser. Massam picis urbe reportat: quia pix in agris nascitur: & in urbe nō distracta in agrū reportatur.

PHI. Poeta significare uolens usum piscis agricolis esse necessarium dixit picem eos solitos in urbe mercari: & ex urbe in agrum reportare a fello dosuuario: non autem ut exponit Seruius agricolas picem in urbem deferre uenalem & reportare non uenditam. Nam si aduertisset diligentius Seruius consuetudinem priscorum agricolarum: qui pice ad res q̄ plurimas urebantur: dixisset profecto secus sententiāq; mutasset. Namq; prisci utebantur in uilla pice potissimum ad uina condienda: ut author est Plynius scribens in. 14. pice ac resina cōdire musta uulgare est: & ab eodē ratio traditur condiendi musta aspersu piscis ut odor uino contingat & saporis acumina. Columella & Palladius picem ad uasa picanda & q̄ plurimis in rebus utilissimam esse tradiderunt. Portius Cato admonet agricolas ut uasa habeant bene picata unde impicare & oppicare: quod significat pice linere uerba deriuantur: quibus scriptores rei rusticæ frequenter utuntur: hæc & id genus alia in expositione Maroniani uersu ab erudito interprete fuerant referenda: cum illa Seruii enarratio nec poeta nec commentatore digna sit.

Ser. Aut resonantia longe littora misceri. bis idem dicit.

PHI. Si Seruius curiose pensulataq; annotasset prognostica tempestatum: quæ a Virgilio referuntur quæ exequitur Lucanus: quæ enumerat Plynius profecto non dixisset bis idem dici a poeta in expositione carminis maroniani. Nāq; aliud est haud dubie fragor in mōtib; tumor in mari aliud sonitus littorum: aliud mugitus nemorum. proinde ad expositionem Virgilianorum prognosticorum subiungimus uerba Plynii ex libro. 18. quæ ita aperte ita eleganter enarrat dicta poetæ: ut ab interprete nullo apertius elegantiusue possint enarrari. uerba Plynii sunt hæc. est & aquarum significatio. Mare si murmurauerit intra se uentum prædicat: si identidem & hyemem & imbrē: littoris ripæq; si resonabunt tranquilla asperam tempestatem. & mox paulo: sæpe & silentio mare intumescit: flatuq; altius solito. iam intra se esse uentos fatetur. Equidem & montium sonitus nemorumq; mugitus prædicunt tempestatem: hæc uerba Plynii adeo poetæ carminibus conueniunt: adeo quadrant: ut alter ab altero mutuatus esse uideatur. & Lucanus Virgilium (ut arbitror) imitatus: ita quoq; & ipse tempestatū præfagia recenset in. v. scribens: sed mihi nec motus nemorum: nec littoris ictus: & paulopost Turbida testantur conceptos æquora uentos: & si murmura ponti consulimus chori uenient mare.

Ser. Quin & claudicibus festis. & quod nunc dicit de oliua & Myrto: quarum sicci stipites secantur usq; ad medullam: & terra infossi ex se arbores gignunt: quod sine dubio mirum est.

PHI. Dicuntur a Seruio hoc in loco ea quæ nec uera sunt nec uerisimilia: nec ab ullo scriptorum memorata: neq; Virgilianis uersibus cōuenientia: namq; poeta illis uersibus loquitur de insitione qua leuigatur falce truncus: & aut inter corticem lignumq; inseritur calamus: aut fisso trunco imprimitur medulla: cuius rei tota disciplina tradita est a Columella in. 3. A Plynio in. xvii. A palladio pluribus in locis & tāta est uis insitionis: ut etiam satiuæ plantæ siluestrium radicibus inserantur natura siccoribus: aptissima enim est insitis siccitas: ut author est Plynius. Inde dictum est a poeta Truditur e sicco radix oleagina ligno. olea inserit & radices agēs uiuiscit etiā in sicco ligno: qd̄ ē mirabile dictu. Cato præcipit inseri oleas luna sicca.

Ser. Passum dē a patiendo: nā mustū decoquitur: & idē fit passū: hinc defrutū dictū quod defraudetur.

PHI. Quemadmodum etymologia uera est: ita significatio falsa quam tradit Seruius. nam passum non fit musto decocto: neq; defrutum nominatur: & quantum distet passum a defruto: & quemadmodum utrumq; conficiatur docent Columella & Plynius: ex quibus hæc pauca annotauimus ad passi defrutiq; demonstrationem passum fit ex uua quam græci sticam uocant nos apianam: uua in uite diutius sole aduruntur: aut oleo feruente. alii siccāt in sole uuas expansas: donec paulo amplius dimidium pondus supersit: Arida deinde acina in dolium coniciunt: eodem mustum adicientes: ita ut grana submersa sint: quæ ubi combiberint seq; impleuerint prælo premuntur: & ita uinum generosissimum tollitur passum nuncupatum a patientia. Qui autem uolunt secundarium passum facere: adiciunt uinaceis tantum aquæ puteanæ. quantū ex prima pressura passi fluxerit. Et hoc equidem esse crediderim: quod neotericis lingua uernacula maluaticum appellat: quod generosissimum ex insula creta his temporibus mititur: & antiquis mittebatur: quod abunde declarat distichon Martialis: cuius lemma est passum Gnoesia minoæ genuit uindemia cretæ hoc tibi: quod mullum pauperis eē solet. Et Iuuenalis: qui gaudes pingua antiquæ de litore cretæ passum & municipes iouis aduexisse lagœnas. Quinetiam quæris a iunioribus

consulto

consulto: n effectur passi cor Se deducit Phi sunt arlete ueff re ex li. v fce mini titur ut lini uert Vellera apud Se ro bon miculi cuius n xisse in tum est us atq; saliere ut nihi & uuar feuisset bundu suos ci in platur: & S PHI in ipsi regio. Cytoro bux pres uo dinē: s paphla menta neglig S PHI naita i nius S lapii te nis sui autem propte Epidauri urbi ac quæ di nec hi hoc ef nes co S PHII latinif gere n uium

consulto an uino legato passum contineat Defrutum uero uinū est musto usq; ad dimidiam partē de cocto: nāq; ut scribit Palladius defrutum a deferuendo dictum: ubi ad spissitudinē fortiter dispumauerit effectum est: Sapa autē appellatur ubi ad tertias partes redacta descenderit. Idē Palladius formulā tradit passi conficiendi: quod cōditū uasculo mellis more seruat: quod cū expositione Seruii minime cōuenit Seruius. Apud Seras sunt in arboribus uermes bombyces qui in araneaq; morem filia tenuissima deducunt: unde est sericum.

Phil. Historici omnes dissentire uidentur a Seruii sententia scribentes quemadmodum apud seras sunt arbores lanigeræ sine uermibus: quarum frondibus caniciem depectūt aqua perfusam: ex quo uellere uestimenta conficiuntur: quæ serica nuncupantur: ut author est Plynius: cuius uerba libuit subtexere ex li. vi. Seres lanitio siluarum nobiles perfusam aqua depectentes frondium caniciem. unde geminus sceminis nostris labor redordiendi fila rursusq; texendi: tam multiplici opere tam longinquo orbe petitur: ut in publico matrona transluceat. Hoc idem Solinus in Collectaneis tradit. Et, pfecto Plynii ac Solini uerba ita Virgiliano carmini conueniunt: ut ab illo mutuati esse uideantur: namq; poeta sic scribit. Velleraq; ut foliis depectant tenuia Seres: quo quidem uersu apertissime demonstrat uellera & lanitium apud Seras colligi ex foliis. non autem confici a bombycibus uermiculis: sicut expōit Seruius. Enim uero bombyces non apud seras sed in assyria & insula Co peculiariter proueniūt qui quidem bōbyces uermiculi sunt: relasq; araneorum modo texunt ad uestem luxūq; sceminarum quæ bombycina appellat: cuius mentio fit apud Iuuenalem: quarum delicias uel panniculus bombycinus urit: prima eas uestes texisse in insula Co. Pamphyla Platys filia dicitur: ut author est Aristoteles in. v. de animalibus: & repetitum est a Plynio in. xi. unde uestis Coa nominatur: cuius crebro meminerunt poetæ: & in primis Ouidius atq; Propertius: præterea non satisfacit mihi Seruius in enarratione illius Virgiliani carminis: unctos salire per utres: cū hic locus ab unico tantum higinio (quod equidem legerim) optime declaretur: adeo ut nihil uirgilianæ sententiæ sit accōmodatus: Scribit enim in libro de signis Bacchum uinum & uite & uuam Icaro tradidisse: ut ostenderet hominibus quo modo sereretur: & quid ex ea nasceretur. hic cū seuisset uitem hircus in uineam se coniciens tenerrima quæq; folia decerpfit: ex quo facto Icarus indigna bundus hircum interfecit: & eius pelle utrem cōfecit quem uino plenum coniecit in medium. Sodalesq; suos circa eum salire coegit. Alii tradūt Icarum cū a Libero patre uinum accepisset: statim utres plenos in plaustrum imposuisse. Ex hac Higinio narratiōe (ut ego sentio) Maronianum carmē aptissime illustratur: & sententia efficitur manifestaria.

Ser. Cytorus mons est Macedonia: in quo abundat buxus.

PHIL. Diximus alias Seruiū in rebus his: quæ ac gæographiam pertinent parum fuisse curiosum: cū in ipsius cōmentariis errores emergant manifestarii: qualis est hic. Nam Cytorus non est in Macedonia regione europeæ sed in asiatica regione quæ Paphlagonia nuncupatur: ut author est Plynius. Fuit autē Cytorus ciuitas a cytore Phrixi filio condita & appellata: quod Mela Straboq; testantur. In mōte cytore buxus plurima nascebatur unde a Catullo cytorus buxifer cognominatur. Credidit fortassis interpret uirgilianus Macedoniam & Paphlagoniam eandem esse regionem: ob quādam nominis similitudinē: sed pfecto quantum hipanis scythicus a ueneto erideno disiungitur: tantum Macedonia abest a paphlagonia: cum altera sit ut diximus europeæ regio: altera asiatica. Atqui hoc tam turpe erratum cōmentariis Seruii perinde ac deprauatis ascribere malim q̄ Seruio: quem mihi persuadere non possum tā negligenter cōmentarios scriptitasse.

Ser. Epidaurus ciuitas est Epiri.

PHIL. Quemadmodum in Cytori expositione errauit Seruius: uel potius ipsius adulterata uoluminaria in epidauri enarratione turpis est error cum ciuitas fuerit non in epiro: sed in pelopōneso: ut Plynius Strabo omnesq; gæographi testantur: & fuit in Saronico sinu epidaurum oppidū locatum: Esculapii templo celeberrimum: alio nomine uocatur Epitaurus. uerum opinor Seruium similitudinē nominis fuisse deceptum cum Epidannus inueniatur & Epidaurus. de epidauro iam dictum est. Epidannus autem cuius meminit Plautus in Mænachinis Ciuitas est epiro quā romani (ut in tertio scribit Plynius) propter inauspicatum nomen Dyrrachium appellauerunt: de cuius conditoribus ita scribit Appianus Epidannus rex urbem condidit quæ ab ipso nomen assumpsit. huius ex filia & nepos Dyrrachus portū urbi adiecit quod Dyrrachium appellatur. Epidanni meminit Lucanus in. x. ad campos Epidanne tuos quæ dictio in oibus fere codicibus deprauata legit: & pro Epidanne passum scriptū est Epidaurē: quod nec historie: nec Lucani sententiæ conuenit: cum de Sæua centurione loquatur: qui apud Dyrrachium: hoc est Epidannum in partibus Cæsaris uiriliter dimicauerat: & memorabile facinus quod historici omnes concelebrant: audacia prope incredibili patrauerat.

Ser. Nec pinguedo nec pinguitudo latinum est.

PHIL. Si uera est Seruii sententia non latine locutus est. M. Varro latinorum omnium (ut ita dicam) latinissimus: qui in secundo de re rustica sic scriptum reliquit. Sus pre pinguedine carnis non modo furgere non posset. Idem in tertio. Motus earum & lux pinguedini inimica. Plynius quoq; nō latine. si Seruium sequimur scripsit: qui haud dubie latinam linguā locupletauit: cuius uerba hæc sunt ex libro. xi. In

corde summa pinguitudo est quædam lætis extis: & alibi plerisque animalium est pinguedo sine sensu. Caelum in barbaram lex in id est dictionem lapsus est scribens in. 13. non sola exprimit amurca: sed & aliquid secum pinguitudinis attrahit & alibi. Respuat olei pinguitudo materia: qualis est gummi. Et Palladius pinguitudine inquit sua brachium quodcumque proximum debilitauerit. quid multa? eruditorum libri sentent pinguedine & pinguitudine: cum quibus equidem malim errare: quam cum Seruii commentariis recte sentire.

Ser. Vescas salicum frondes. i. siccas & teneras: nam uescum hoc est proprie: uinum & araneæ telæ uescæ uocantur. Philippus. Vescum quid sit optime intelligemus. si eius originem & etymologiam diligenter perscrutati fuerimus. nam uescum ex ue particula & esca copulatum est: ut auctor est Gellius in. 13. noctium attentati fuerimus. tum intentionem significet: tum munitionem. ita uescum utriusque diuersæ significationis uim capitaliter enim Lucretius uescum salem dicit: ex edendi intentione aliter Lucilius uescum appellat cum edendi fastidio: uescum itaque id significat: quod in esca & cibatu appetitur: & id quod fastidiosum est: in altero hæc particula ue intendit: in altero minuit. Et ita Virgilius appellat uescum uer ab edendi intentione: quod uidelicet in cibus adhibeatur: & uescas salicum frondes: quoniam scilicet escis iuuentorum sunt accommodatæ. Festus quoque scribit uescum fastidiosum significare & edacem. Præterea ut aliquid de interioribus litteris depromamus: uescus apud priscos pro pusillo usurpabatur: quod declarat Ouidius in fastis sic scribens: Vegrandia farra coloni. quæ malæ creuerunt: uescasque parua uocant & uesculi male curati & graciles homines nuncupantur: namque antiqui ue syllabam rei parua præponebant: unde ueiouis pro pusillo Ioue dictus est: quamuis in alia significatione: ut mox docebimus accipitur: & uegrandem fabam pro minuta uocitauerunt: & apud Ausonium uegrandes messes legimus pro paruis: & a Varrone scriptum est in re rustica. Oues fiunt uegrandes at imbecillæ: In hac significatione ut equidem arbitror accipitur apud Plinium qui scribit in. vii. Corpore uescos esse sed eximiis uiribus: Seruii autem expositio (ut dicam. quod sentio) non solum non uera esse uidetur: sed etiam sibi ipsi discors: cum uescas salicum frondes interpretat siccas & teneras: cum siccum tenero contrarium esse uideatur. Exponamus igitur uescas frondes uel quæ esca sunt & cibaria iuuentorum: uel (ut exponit Nonius Marcellus) quæ fastidiosæ sunt. Commentatoris officium fuerat diligentius scitiusque uirgilianum carmen arbitrari: & super hac dictione uescum: cum uetustatem redoliat: & eruditionem reconditam præ se ferat: copiosius disputare & eruditius

Seruius. Tennis non gloria si quem lumina leua sinunt. i. prospera ut alibi: In tonui læuum.

Philippus. Romani antiquitus deos quosdam ut prodesse colebant: quosdam uero ne obessent placabant. Cum iouem igitur & Diouem a iuando nominassent: Ve iouem appellauerunt dempta atque detracta iuandi facultate: ut auctor est Gellius in. v. simulacrum enim ueiouis sagittas tenet: quæ sunt uidelicet paratæ ad nocendum: quapropter eum deum plerique Apollinem esse dixerunt: præterea a Virgilio quoque aiunt multæ antiquitatis hominem sine ostentationis odio peritum: numina læua deprecantur in his uersibus. In tenui labor at tenuis non gloria si quem Numina læua sinunt: auditque uocatus Apollo. Significat enim quandam uim esse huiusmodi deorum in lædendo magis quam in iuando potestatem. Et ita secundum Gelli auctoritatem: qui per quæscite & adamussum Virgilianam maiestatem persistit. exponemus: Numina læua. id est sinistra noxiaque & magis lædencia quam iuuantia. Et quoniam in Gelli mentionem incidimus: admonendi sunt illius scriptoris sectatores: ut locum emendent in eo capite in quo de uerbo ioue differit deprauatum: cum in omnibus passim codicibus Gelliis hæc uerba legantur. In his diis quos placari oportet: uti mala a nobis uel a frugibus natis amoueantur: arungus habetur & robigus. Mendicium est maximum in nouissimis tribus uerbis quod nisi emendetur: difficultates pariet in extricabiles nos uero Marte nostro: ita corteximus. Aueruncus habetur & robigus: & ita corrigendum esse censemus saluti auctoritate eruditissimorum: namque aueruncus deus est qui malorum auertendorum causa colebatur ab aueruncando nominatus: ut docet. M. Varro in libris de lingua latina: aueruncare autem uocabulo antiquo significat auertere atque depellere quæ dictionem usurpat Liuius sic scribens in. viii. placuit ad aueruncandum deum iram uictimas cedi: & in. 10. prodigiorum aueruncandorum causa supplicationes in biduum senatus decreuit. Cicero ad Atticum in epistolis sic scribit: Certe contra igitur inquis dii aueruncant. Cato quoque in re rustica uiduertatem inquit uastitudinemque calamitates intemperiasque prohibebis defendas auerumcesque. & Festus pacuianum dictum amentiam auerumcassent tuam: interpretatur. i. auertissent. Auerumcum itaque deum romani colebant: & ab eo precabantur: ut pericula aueruncaret: hoc est auertere amoliretur atque propulsaret: legatur ergo apud Gellium: Auerumcus non autem arungus. Cum arungus nihil significet: & dictio sit illiterata: Auerumcus uero sit deus romanorum. & dictio uetustissima: atque ex interioribus litteris ac penitissimis deprompta. Aruncus apud Plinium accipitur pro uillo qui a capellorum mento dependet. Sed hoc & id genus sexcenta alia quæ apud scriptores in latina lingua reperiuntur partim obscura: partim deprauata tractantur ac enodantur a nobis uberiori uolumine: quod quotiescudimus: & adhuc sub incude est: quod edetur in tempore. In quo omni studio ac uigilantia contendimus



laboramus: enim ut parte de latine linguæ sectatoribus bene mereri.

Et sunt uir prestatissime: quæ partim in grammatica: partim in historia: partim in geographia apud Seruium commentatorem annotanda esse censuerim: nec inficias eo alia quoque apud eundem extare: quæ diligentius scitiusque enarrari potuisse uideantur: sed non mihi id studii fuit

ut minutissima

ut min  
cauendi  
si quicq  
dio uell  
pari con  
dum eff  
nisi exit  
bono in  
primis e  
tissime  
gatis: qu  
Seruio: u  
mentios  
tassis q  
scribens  
cendi se  
qualecu  
iam du  
trahete

I curre  
I recta  
Quo n  
Nostra  
Hic pa  
Infont  
In cuit

IN li  
monte  
& ita q  
nis rot  
ctus a l  
quoq  
si ab  
hi duo  
Serui  
non ta  
ro. Et i  
IN q  
cum T  
inquit  
africa.  
tradun  
per arb  
eas ubi  
us Mel  
In se  
Nos ex  
episce  
ius gh  
lius Ce  
IN  
histori

ut minutissima quæq; confectarer: & iam uereor ne hæc sint satis superq; cum Homeromastices obiter cauendi sint: & detractores formidandi: cum inuidis referta sint omnia. Caterum conscius cum mihi ipsi quicquid in cōmentarios Seruii scripserim id me candidè atq; simpliciter scripsisse sine liuore sine studio uellicandi. Non ego is sum (ut tu optime nosti) qui obtreffatione alienæ sciētiae famam mihi aucupari consueuerim. Immo ut in his annotationibus sapiissime professus sum: Seruium laudo & laudandum esse censeo: atq; inter eruditos numerandum. in cuius cōmentarios nihil ego scribere ausus fore nisi existimarem eos fuisse mutilatos & incuria temporum atq; inscitia hominum deprauatos. scio uiro bono indecorum esse in mortuorum scribere. scio cum defunctis non nisi laruas luctari: scio fugiendum in primis esse nomen obtreffatoris: & studium caninæ facundiæ minime exercendum. quare te uir præstantissime nosq; ceteri lectores optimi ac candidissimi rogo quæsoq; ut hunc libellum ita sine liuore perlegatis: quem admodum a me est sine liuore compositus: ita meo nomini faueatis: quem admodum ego Seruii: ceterisq; eruditis fauendum esse censeo: q; si aliquando Seruii cōmentarios uideor culpæ uehementius: danda est uenia ætati iuuenili: cum sexto & uigesimo ætatis anno uix dum exacto longius foras rassis q; par fuerat spiritus ferociores me prouexerint: quinetiam calcaria subdidit conditio stili: quæ hoc scribendi genus exposcere uidebatur: ut semel finiam quicquid scripsimus: id omne iuuadi causa nō nocendi scripsimus. Tu autem uir clarissime qui doctissimus es & doctor patronus unicus: quicquid id est qualecunq; est boni cōsulas quæso. Et Philippo tuo: cuius uitam: ingenium linguā: & mores ingenuos iam dudū habes cognitissimos patrocineris aduersus calūniatores uilitigatoresq; q; alieno nomine detrahētes gloriolas & rumusculos aucupant. Vale mi domie: mi patrōe: meū decus & mutuo me dilige.

Annotationum Philippi Beroaldi in Seruium.

FINIS.

Eiusdem hendecasyllabon ad libellum.

I curre ac dominum citus libelle.  
I recta ad nitidi lares casati  
Quo nil candidius benigniusq;  
Quo nil doctius est politiusq;  
Nostras diligit hic amatq; nugas.  
Hic patrociniō suo fouebit.  
In fontem ingenuum probum clientem.  
In cuius gremio & sinu recumbens:

Erontem nec metues Catonianam.  
Linguam nec metues Timonianam.  
Nasutos quoq; naribus repandis:  
Mordaces quoq; rictibus caninis:  
Ronchos liuidulos iocos dicaces:  
Non assis facies: nihil timebis.  
Tutus præsidio mei casati.  
I curre ad dominum citus libelle.

Annotationes seu emēdationes in Plynium: quas olim edidit Philippus Beroaldus.

IN libro tertio ubi sermo fit de latinis populis: ita scriptum habent mēdosi codices. Cū his carmen in monte albano soliti accipere populi Albenfes. in spectatæ fidei libris non carmen scriptum ē: sed carnē & ita ipse emendauit secutus historiam. Namq; in albano monte latinis populis uiscerationem quot annis romani dabant. M. Varronis ad hanc rem pertinentia uerba subieci. Latinæ feriæ dies conceptus dicitur a latinis populis quibus ex Albano monte exactis carnem petere fuit ius cum Romanis. Liuius quoq; libro 33. idem demonstrat his uerbis. Feriæ latinæ pontificum decreto instauratæ sunt: quod legati ab Ardea questi in senatu erant sibi in monte Albano latinis carnem: ut assoler. datam non esse: Nōne hi duo celeberrimi scriptores aperte monēt carnem apud Plynium legendum esse non carnē? Eodem Seruius quoq; grāmaticus locuples author accedit: q; in primo cōmētario sic scriptum reliquit. Viscera non tantum intestina dicimus: sed quicquid sub corio est: ut in Albāo latinis uisceratio dabatur: id est caro. Et in septimo super Virgilianum illud: populiq; latini: ait qui intererant Albani montis uiscerationi.

IN quinto locus per syllabæ adiectionem deprauatus est: oppidum Tachabracha ciuium Romanorū: cum Tabracha legendum sit: & ita correxi: Iuuenalis testimonio: qui locum ostendens simiis frequentes inquit. Quales umbri feros ubi pandit Tabracha saltus in uetula scalpit iam mater simia bucca. Namq; i africā. ubi Tabracha est. saltibus & latifundiis maximā simiarum esse multitudinem Solinus & Strabo tradunt. Possidoniū quoq; refert se in libyæ oram delatum siluam uidisse simiis plenam: quarū aliæ super arboribus: aliæ in terra sederent. Nonnullæ catulos haberent & ubera depēdentiā: risisse itaq; cum eas uberibus graues cerneret: nonnullas caluas quasdam etiam herniosas: Tabrachæ meminit Pōponius Mela. Tabracham Sylliu s italicus tyrium opus appellat.

In septimo ubi rerum inuētores enumerantur scriptum legitur Dædalum inuenisse Lithocollam. Nos exemplaria quæ emendatissima secuti correximus Ichthyocollam. Est autē Ichthyocolla glutinū episcæ factum ut nomen indicat: de qua sic scribit Plynius in xxxii. Ichthyocolla appellatur piscis: cuius glutinosum est corium deniq; nomen glutino eius: & alibi Ichthyocolla inquit erugat curē: Cornelius Celsus medicamentis compluribus miscendam esse docet Ichthyocollam.

IN octauo ubi de equis fit mentio: correctores inemendatum locum reliquerunt: non aduertentes historiam: sic enim scriptum est. Maximū uero eodem id est in capitolium peruenisse habenas cum pal

ma & corona effuso ratumena: qui ibi uicerat. Ex his Plynii, si modo Plynio ascribenda sunt uerbis: nemo profecto intelliget: ubi uicerit ratumena: & sensus erit mutilatus indignusq; Plyniana maiestate: nisi illud puenisse habenas immutes: ut dicat: peruenisse a Veiiis: & ita nos emendauimus secuti historiae fide & maxime Plutarchum: qui id ita clarissime refert. ut nihil amplius ambigendum sit. Scribit enim Veii oppido Etruriae: dum curule editur spectaculum ratumenam agitatore uictore & coronatu ex Hippodromo egredientem equorum celeritate atq; impetu Romam usq; fuisse raptatu. eoq; e curru excussio equos in capitolium peruenisse. Solinus quoq; idem breuiter refert: a Plinio (ut arbitror) acceptu. Ab hoc auriga Ratumena Romae nomen est iditu ratumenae portae. Authores festus Plynius & Plutarchus.

IN decimo ubi fit mentio de his quae inter se dissident: scriptum est Phalanges & aranei. Quid senserint hoc in loco correctores: coniectare non possumus nisi forte opinati sint legiones illas cuneosq; Macedoniae: quas ipsi teste Lilio phalanges appellantis scriptoresq; fere omnes celebrat agere discordias cum araneis. Quod quod ridiculum sit sentire etiam insulsissimi intelligunt. Ego uero correxi sic Phalagia & aranei. Est autem phalangium ex genere araneorum: quorum noxii sunt morsus: ut scribit Plynius in xii. corpus exiguum uarium acuminatum ad saltum ingredientium Phalangius. teste eodem. tricenos parit. idem in xxix. Phalangium est Italiae ignotum: & plurium generu. Et alibi. Phalangion graeci uocant inter genera araneoru. Cornelius Celsus in quinto. Vbi uero phalangiu nocuit: praeter eam curationem quae manu redditur saepe homo demittendus in solium est. Quid multa? haec dictio apud Plynium adeo est frequens ut correctores existime cum hunc praesertim locum non emendarint obliuiosiores fuisse Curione quae memoria ita fuit nulla: ut aliquoties triacu proposuisset: aut quartu adderet: aut tertiu quaereret.

IN. xiiii. ubi generosa uina referuntur: sic scriptu legitur. Ceterano. s. uino iter gallias consistit auctoritas. Quis quaso geographus: quae historicus Ceteranos populos quoru uina laudat Plynius illustrauit uel nudis saltem nominibus nuncupauit unquam? Mehercule nullus. At qui cum Cerretanos in hispania nobiles fuisse legerimus deprauatum permutatis litteris locum sic emendauimus. Cerretano inter gallias consistit auctoritas. Sunt enim Cerretani hispaniae populi: qui Iuliani cognominatur: & qui Augustani: ut auctor est Plynius in. iiii. Hae uina inter laudatissima locu habent. ut auctor est Plynius quae Martialis in Xenii setinis comparat. Cerretana nepos ponat: Setina putabis. Non ponit turbae cum tribu illa bibet. Scio omnes fere eruditos uiros haecenus existimasse Martialem hoc disticho esse locutum de Cerretanis etruscis. in quo exponendo non minus errarunt quam in illo: cuius lemma est perna. Cerretana mihi fiat uel massa licebit de Menapis: lauti de petasone uorent. Crediderunt enim hoc quoque ad Cerretanorum referendum. in quod manifestum erratum ne inciderent: potuissent Strabonis lectione admoneri sic in tertio geographiae scribentis: ubi de hispaniarum situ habetur oratio. Media pyrenes loca conuales tenent: quas frequentes cultores habitant: quas quae maxima hispaniae portio Cerretani tenent: a quibus multifariam pernae condiuntur cantabricis per quae similes. prouentum non mediocre hominibus exhibentes. Quid his Strabonis uerbis lucidus esse potest? quid apertius? quae clarissime ostendunt distichon Martialis non ad Cerretanos etruscos. qui nulla condiendi pernas laude censentur: sed ad Cerretanos hispaniae: quorum pernae celebrantur: esse referendum. Namque cum ex Hispania & Gallia. M. Varronis atque Strabonis testimonio falsamenta mitterentur laudatissima: uidetur Martialis eodem carmine tanquam confinium regionum pernas coniungere uoluisse. Cerretanarum uinearum miram ubertatem prouentumque incredibilem Columella tradit in. 4.

IN. xvi. cum in omnibus codicibus talis index sit. De hedera quae uocatur Similax: & eodem capite id uerbum Similax saepius repetitum sit. Fateor me. quo minus immutarem. supersedisse Verum quemadmodum fabulae conueniat non intelligo: quae Milacem appellat non similacem. Ouidius. Et crocon in paruos uersum cum Milace flores. Et Plynius ab Ouidio non dissentiens ait. Virgine eiusdem nominis propter amorem iuuenis croci mutata in hunc fruticem. Huc accedit quod in. xxiiii. scribens de natura hederae in medicina Milacem nuncupat: quae in. 16. similacem nominauerat: nisi exemplaria in hoc (ut equidem arbitror) deprauata sint: quod ideo facilius credere libet: cum apud eundem Plynium coplures deprauatos indices deprehenderim de quibus alias loquar. Praeterea ut ad similacem redeam. Sestius grauis auctor taxum arborem a quo toxica nuncupantur: uocari dixit a graecis similacem: et esse in arcadia taxifentis ueneni: ut si qui dormiant sub eacibus ue capiant: moriantur.

IN. 18. cum correctores ita emendauerint: uel uerius deprauauerint: Seruius rex ouium bouumque effigie primum aras signauit. habuisse uidetur quidam commune cum lacerta: cui animali memoria inest nulla. Nam dicant quaso apud quem idoneum scriptorem istud unquam legerint: Cur non ad Plynium boni uiri? Si apud alios non reperiebatis: recurrendum censuistis: qui in. 33. locum hunc (ut nos correximus) ita emendandum esse demonstrat. Seruius rex ouium bouumque effigie primus aras signauit: non autem atar id historiae fides exigit. idem Plynius repetit: cuius uerba ex praedicto libro haec sunt. Seruius rex primus signauit aras. Antea rudi usus Romae Timaeus tradit. Signatum est nota pecudum: unde & pecunia appellata. Eodem accedit locupletissimus auctor Plutarchus: qui scribit apparere in uetustissimis nummis insculum signum bouis: pecudis: suis.

IN. 19. in medosis codicibus uerbum priscu prioribus litteris ablatis mutilatu est: ubi scriptum legitur aedium

ædiū: cū legendū sit hærediū: & sic ego correxi. Est aut hærediū (ut ait Festus) prædiū parvulū: Et in legibus. xii. tabularū in horti significatione semp noīat hærediū. Ide hærediolū usurpat Columella: cui<sup>9</sup> uerba hæc sunt ex libro primo. Ad eosdem iuuenos & quattuor iugerum anium hærediolum redierit.

In eodē unius lfræ inuersione mendū admissum est: ita enī scriptū hnt deprauati codices inueterati uina succisq; castrari: cum scribēdū sit Saccisq; castrari. Atqui uideor nimis leuia sectari: imo grauissima & nota digna. Nō enim sono tā dissimile est Thais & Hermionēq; sensu succus & saccus. Nā si legēdū admiseris: Vina succis castrari: Qui sensus? Dii boni q̄ ineruditus: q̄ ridiculus: & Plyniano acumini minime quadrans erit cōfingēdus excogitādusq;? Si uero saccis quēadmodū nos emēdauimus correxeris: & sensum deprehēdes elegantē eruditū & ex cōsuetudine Romana sumptū atq; a Plynio nō discrepāte. Nam Romanū istitutū fuit uina sacco lineo colare: ut essent innocētia. ideoq; ait Plyn<sup>9</sup> in. 14. de uino loquens. Quinimo ut plus capiamus sacco frāgimus uires: & in. 23. utilissimū inqt oībus sacco uirib<sup>9</sup> fratis. Hæc Plyniana faciūt ut existimē Martialē cū de ægroto Tongilo loqueret in secūdo: sic scriptū reliquisse. Cecuba facent quæq; annus coxit opimi. i. sacco colent: cū sicet passim legat. ita enī salubriora purioraq; reddebant. Vnde & in. 12. ait Turbida sollicito trāsmittere cecuba sacco. Orat<sup>9</sup> quoq; in. 2. sermonū morē hūc trāsmittēdi uina p sacco tetigit eo uersu. integrū pdunt lino uitiatā saporem. Vbi Porphyrio exposuit: sacco colata. Et Martialis in apophoretis. Pauperiore mero tingere lina potes.

In. 25. legit Gallia sagittas in uenenato helleboro tingunt. Nos correximus in uenatu authorē secuti A. Gelliū uirum (ut Augustinus ait) multū facundæ sciētix: qui eadē referens ex Plynio sumpsisse se idicari: sic scribens in. 16. Præterea id scriptū est in Plynio legimus gallos in uenatib<sup>9</sup> tigrere helleboro sagittas: q̄ iis iætā examinata feræ teneriores ad epulas fiant. Ex his Gellii uerbis lucido apparet apud Plynium legendū esse in uenatu: ut ipse emēdauit: non aut in uenenato. Eiusdem quoq; Gellii authoritas fecit: ut aliterum quoq; locū in eodē. 25. deprauatū corrigerē: ita enī scriptū est: Mithridatis inuētū autumāt in anatū pōticarū miscere antidotis: quoniā ueneno niuerēt: quæ sunt hæc portēta uerbo: q̄ cōscisa snia: q̄ indecora cōstructio: nisi illud in natum ponticarū sic emēdes. Sanguinē anatū ponticarū: cuius rei non me authorē habebis: sed Gelliū sic scribentē in noctibus atticis. Anates pōticas dicē edēdis uulgo uenenis uictitare. Scriptur<sup>9</sup> etiā a Leneo Cn. Pompeii liberto Mithridatē illum ponti regē medicinæ rei & remediore id genus solertem fuisse: solitumq; earum sanguinem miscere medicamentis: quæ digerēdis uenenis ualentēuq; sanguinem uel potentissimum esse in ea cōfectione. quid his Gellii uerbis manifestus: quid lucidius esse potest: quibus idem enarrat quod Plynius. qui etiam ipsemet Plynius apte demōstrat ita corrigendum esse ut ego correxi: cuius uerba ex libro uigesimo nono hæc sunt. Coagulū quoq; agninum aduersus omnia mala medicamēta pollet. item sanguis anatum ponticarum.

In. 28. sic scriptum est. Medetur phytocampes uenenis. Ego uero permutatis litteris emēdauit pityocampes. Est aut pityocampe uermis siue eruca nuce pineas infestans: ut docet Plynius sic scribens in. 23. usus contra cantharidas buprestis: pinorum erucas: quas pityocāpas uocant. Dictio composita ex pitya & campe. Pitya uero inter genera nucū pinearum numeratur: e pinastris singularis remedii aduersus tus sim: ut Plynius refert in decimo quinto. Ab hac arbore pitya Salamin pityusa est nuncupata: ut author est Strabo in nono. quemadmodum & aliam in Hispania insulam pityusæ nomen inde esse sortitā scribit Diodorus in sexto. Campe uero est eruca infestans maxime hortensia: cuius meminit Columella hoc uersu. Voluitur ad terram distorto corpore campe.

In. 33. uerbum barbarum pro latinissimo: insolēs pro usitato elegantissimoq; receptū est: gratotafium pro græcostasi. Sic enim scriptū est. Flavius ædiculā æreā fecit in gratotafio. Nō inficiabor ignorare me quid sit gratotafium: imo ingenue fatebor. Quod si quis correctores iterroget: quid id significet: nescio qd musitabūt. & dictionē tanq̄ inauditā portētosamq; reformidabūt. Ego uero correxi in græcostasi. Græcostasis aut locus erat Rome substructus sub dextra curiæ hostiliæ supra comitium: ubi nationū subsisterent legati: qui ad senatum essent missi. is græcostasis (ut interpretatur. M. Varro) appellatur a græcorum legatis ibi subsistentibus. De græcostasi meminit Cicero in epistola ad Quintū fratrem his uerbis Deinde eius operæ repente a græcostasi & gradibus clamorem satis magnum sustulerunt.

In. 21. nec hoc quidem præteriboz: ppiū pictoris nomen deprauatū est: ubi sic legit. Sicyon ex ingenio Pausiani. Nos uero docēte Plynio correximus: ex ingenio Pausiæ: & ita correctores Plynium secuti authorē emēdare potuissent: nisi lethargo oppressi ceruario similes extitissent: cui etiam in fame mādenti si respexerit cibi subrepat obliuio. Nāq; plynius in. 35. clarissime ostendit Pausiam pictorem nuncupatum fuisse non Pausianū: cuius uerba hæc sunt Pausiā Sicyoniū primū in hoc genere nobilē. Vbi ei omnia illa ne forte alium putes ascribit: quæ in. 21. rettulerat. Alibi quoq; inquit Pausiæ filius & discipulus Aristolaus. Quinetiam Porphyrio pictorem nobilem fuisse Pausiam scribit: a quo tabellam pausiacā nominauit Oratium. Vel cum pausiaca torpes insane tabella. Cæterum hoc non solum hominis nomē in Plynio deprauatum legitur: id enim leuissime ferendum foret: sed tot ego deprehendi iuersa & ab historia fide discrepantia: ut ista priuatim uolumen non epistolam requirant.

Ad inclytum Hannibalem Bentiuolum Philippi, Beroaldi appendix annotamentorum post Suetonii enarrationes.



Ibuit has quoque annotatiunculas: inclyte Hannibal Bentiuole ueluti appendiculā quā dā apponere in calce commentationis: ut animi lectorum uniformi illa lectione fatigati hoc ueluti nouo pabulo recrearentur: & mutatione reficerentur. solent enim hæc legentibus non minus iucunda uideri: quā uiatoribus iam itinere lassescens diuerticula amana sunt. sed ne moriosior sit prologus quā fabula: hinc pauca quædam digna cognitu nec indigena relatu: minimeque protrita exordiemur.

Quid significet illud Hieronymi ab ecclesiasticis celeberrime usurpatum de Tantali fonte potantem  
Caput primum.

Plerique omnes ecclesiasticæ litteraturæ studiosi: anxie & sitienter uestigare solent quid significet illud Hieronymi uulgatissimum: quod liminarem paginam instrumenti ueteris introeuntibus statim obuium fit: ut Iarcham in throno sedentem aureo & de Tantali fonte potantem audiret docentem. nugatoria nimirum sunt: quæ a commentatoribus referuntur. Nos ut pro uirili parte iuuaemus studia studiosorum. Ad eundem fontem accessimus. ex quo Hieronymus hausit. philostrati enim penetralia ingressi explicationem inuenimus huiusce inuolucris latissimam: quæ talis est. Apud indos sapientes sunt barchmanæ nuncupati: quorum princeps Iarcas nominabatur: eo tempore: quo Apollonius thyanæus discipuli uiscendi studio ad illos se contulerat: quem antecedentem ceteri qui erant duo de uiginti apprehensa manu salutauerunt. Iarcas autem nominatim salutauit: qui in excelso sedebat throno: quæ ex ære fabricatum aureæ statuæ complusculæ exornabant. infra Iarcam sedebat omnes in sellis humilioribus. mox post philosophicam sermocinationem ostendit Iarcas Apollonio statuam Tantali subscriptione notatam: quatuor cubitorum longitudinis: quæ similis propinanti phialam porrigebat: in quam humor distillat incorruptibilis potionis phialam mensura nunquam excedentis: ex hoc Tantali poculo bibere solebat indici philosophi antequam somno indulgerent. & ita Iarcas potandi principium fecit ex phiala bibes: quæ largiter cunctos satiauit iugem humorem fundens: non secus ac si ex fonte scaturiret. bibit una cum philosophis Apollonius: est autem amicicie firmanda causa huiuscemodi compositio apud indos iuuentibus qui ministrum eius faciunt pocillatoremque Tantalem: propterea quod hic amicissimus mansuetissimusque erga homines habitus est. post hanc ex phiala potionem humi sternunt corpora in lectis herbatibus. hæc copiose refert Philostratus libro tertio de uita Apollonii thyanæi: qui etiam scribit in 7. quicunque bibunt ex Tantali phiala: participes periculorum cum amicis esse oportere. ex hac enarratione iam perspicuum fit cur dixerit Hieronymus Apollonium peruenisse ad barchmanas: ut audiret Iarcam illum principem philosophorum in throno sedentem æreo quidem: sed qui aureis statuæ exornaretur: potantemque de Tantali fonte hoc est de phiala: quam propinabat Tantali simulachrum ex quo mihi uidetur doctus & historiæ accommodatus legi posse de Tantali phiala: quæ fonte: cum inter phialam & fontem sit quædam litterarum proximitas: & ob hoc lubricus error: quod si nihil placet immutare expones fontem pro phiala: ex qua liquor ueluti ex fonte scaturiens continenter fundabatur: quæ a commentatoribus ecclesiasticis traduntur protrita sunt & a fide historica deerantia. sed ego malo hæc & id genus alia haurire ex liquido fonte: quam ex riuo turbulento.

Quid si uetus prouerbium. Mutuum muli scabunt. quid in codicibus Ausonii & Nonii perperam scriptum legitur.

Caput secundum

Apud Ausonium in epistolio prouerbium usurpatur litteris inuersis dictionibusque confusis. quid est mutuum muliscabant. tu uero ita distincte legas & emendate mutuū muli scabunt: cuius prouerbii sensus significat: tradere sibi operas mutuas & par pari rependere: namque mulorum mos est ut se mutuo scabunt & uicissatim defricent. Marcus Varro librum composuit hoc titulo. mutuum muli scabunt: cuius testimonium citat Nonius quamuis noniani codices mendo ineluibili sint maculosi: in quibus hoc prouerbium corruptius legitur: quæ in Ausonii uoluminibus. ita enim scriptum habent. multum muliscabant pro mutuum muli scabunt. prouerbii huiusce meminit sciens & enodate Symachus. cum in epistola sic inquit. mutuum scabere mulos: cui prouerbio ne uideatur esse confinis preconium uirtutum tuarum presso dente restringo: itaque cum muli soleant sese uicissim defricare & scabere: merito hoc prouerbium usurpatur in consimili remuneratione & talionis æquilibrio: quauis a Scipione Æmiliano dictum sit: iumenta quoniam manibus carerent alterius frictione indigere Adriani quod non longe ab re est: iocus balnearis innotuit: qui plures olim senes euocari iussit. & alium ab alio in uincem defricari: cum illi se marmoribus attererent ad liberalitatem principis prouocandam: qui seruis donauerat & sumptibus ueteranum quendam: qui se in balneis marmoribus defringebat: propterea quod seruum non haberet.

Quid intelligi uoluerit Hesiodus: cum scripsit. Dimidium esse plus toto.

Caput tertium.

Hesiodus in libro cui titulus est ἐργα καὶ ἡμέραι. id est opa & dies uersum hunc posuit. ἡμίσιον ἄλυσιν ὅσῳ ὡλεον ἡμίσιον πάντοσ. id est ignorant stolidi quæ toto sit dimidium plus dissoluenda questio



quæstio est: cuius mentionem fecit Gellius libro decimo septimo noctium Atticarum: nec tamen reliquæ explanatum. quid Hesiodus se dicere sentiat: cum dimidium plus toto esse dicit: quod cōmuni plane sensu uidetur reluctari. Plato libro tertio de legibus planissime explicat hoc ambigiosum scribens: rectissime dictum esse ab Hesiodo dimidium plus esse quàm totum: quando uidelicet totum comprehendere noxiū est: dimidium uero temperate se habet. hinc intelligi uoluit moderatum immoderato plus esse: utpote melius deteriore: docetque principatum moderate constituendum esse & ad mediocritatem redigendum. Idem libro quarto de Re publica: laudans uitam moderatam tanquam optimam: Hesiodum illud sapiēter dixisse commemorat dimidium esse plusquam totum. Consimiliter Aristoteles in quarto Politicorum dimidium esse plus toto docet. ex eo quod gubernatio temperata durabilior est & melior: quàm impotens & immodica: ideoque Phocilides bene optauit multa mediocribus optima: & ipse mediocris esse uoluit in ciuitate. Idem Aristoteles profitetur mediocritatem & medium esse optimum mediocrique fortunæ bonorum possessionem ait optimum omnium esse existimandam: idem in Ethicis uirtutes mediocritates esse tradit. hinc illa apud Græcos catholica sententia. μέσος τῆς ἡμετέρας εἰς πάντα. id est ex quo colligitur medium & moderatum optimum esse in uita degenda & plusquam totum appetendum. non me præterit aliter ab aliis Hesiodi uersum exponi solere: sed hæc Platonica nobis & Aristotelica interpretamenta magis probantur cum eruditiora sint & ueriora.

Enodatus nodus ex epistola. M. Ciceronis Ductus ex prouerbio Sero sapiunt phryges.

Caput quartum.

Mar. Cicero quadam ad Trebaciū epistola sic cepit in equo troiano scis esse in extremo. sero sapiunt. neotericoteri. hoc est recentiores interpretes magis implicanti: quàm explicenti sensum epistolicum. scire autem debes uetus hoc fuisse prouerbiū. sero sapiunt phryges: quod a troianis natum est: qui decimo de nique anno uelle ceperant Helenam: quæque cum ea erant rapta reddere Græcis: a quibus decennali bello per si uastati uexati fuerant: sed hæc sapientia troianorum serotina erat & nimis tarda: qui tunc demum respiscere ceperant: cum res eorum forent deplorata: & ægritudo irremediabilis hoc autem prouerbiū continebatur in extrema tragœdiæ parte: cui titulus erat. equus troianus: quam Liuius poeta apud Latinos uetustissimus cum primis condidit. unde a grammaticis citantur testimonia Liuii ex equo troiano. huiusmodi prouerbiū metio fit in codice Festi Pompeii integriori ex quo excerpta ex scriptaque sunt illa quæ uulgi manibus iugiter conteruntur: iam satis liquet opinor: cur Cicero dixerit esse in equo troiano sero sapiunt. uidelicet alludens ad prouerbiū illud sero sapiunt phryges: quod in extrema fabulæ clausula legebat

Emaculatum uerbum ex uersu Lucilliano. inibi que notata quædam super acipensere Decumano.

Caput quintum

Idem Marcus Tullius libro de finibus bonorum secundo: usurpat uersus Lucillianos: in quibus ad Gallionium sic loquitur Lælius: coenasti in uita nunquam bene: cum omnia in ista consumis squilla atque accubas ere cum decumano: si Lucillius reuiuisceret. carmen hoc in poemate suo satyrico plane non agnosceret summoueretque non solum ut subditiuum: sed ut inuersum adulteratumque repelleret: quid enim significat obsecro te accubas ære cum decumano: quis leporum: qui sales: quæ satyrica mordacitas. ego etiā atque etiam & sensu introspecto & uerbis syllabatim pensitatis sic censeo corrigendum: ut pro accubas ære cum decumano meo periculo legas: acipensere cum decumano. Lælius enim est: qui apud Lucilium carpit Gallionii ganeonis & gurgitis: qui patrimonium helluebatur in una squilla: quod genus piscis est & in acipensere pregrandis: qui piscis est imprimis nobilis: quem prodigis & gulonibus nutriunt maria: de quo Plinius noster libro nono naturalis historiæ hæc refert. apud antiquos piscium nobilissimus habitus acipenser unus omnium squamis ad os uersis contra aquam nando meat: fuisse autem acipenserem in honore mensarum præcipuo temporibus Lælii & Africani. testis est Macrobius in Saturnalium. & Marcus Tullius memorat: qui ait oblatum esse Africano Scipioni acipenserem: qui admodum raro capiebatur: ad quem epulandum cum plures conuictores inuitaturus uideretur. Pontius in aurem o Scipio inquit uide quid agas: acipenser iste paucorum hominum est. Samonicus quoque serenus tradit hunc piscem a coronatis ministris cum tibiae introferri solitum in sacrum conuiuium. Quinetiam Martialis signare uolens in magno precio fuisse acipenserem atque inuentu rarum sic scripsit in Xenis.

Ad palatinas acipensera mittite mensas      Ambrosias ornent munera rara dapes.

Decumanus autem acipenser a Lucillio dictus est: quæ intelligi uolebat prægrandem & enormem. antiqui enim decumana oua dici uoluerunt magna. apud quos scuta quoque decumana uocabantur: quæ eunt amplissima: & decumani fluctus: quia eunt magni: ex quo apud poetas decimus fluctus pro maximo & undabundo celebratissimus est. hinc decumana quoque porta in castris dici uidetur quæ eunt ampla & patens: sicut & decumanus limes in limitatiōe agrorum a magnitudine dictus pntat: cui Plinius & Columella meminerunt. candidus quæso lector diligenter perstet uerbum Lucilianum: syllabas trutinæ lras elementarias cōferat: sensum introspectat: perfecto correctione hæc nostram non improbabat: quæ si dicere fas est: nec Lucilius ipse sit improbat: ut autem in hæc sententiam non pedibus: sed calamo perclui rem impulit Oratianus Offellus. qui Gallionium hunc cuius ingluuiem diximus a Lælio Luciliano taxari: morsu satyrico lacinauit & sale perfricuit ob hunc ipsum acipenserem decumanum: sic enim scribit in sermonibus. Gallioni præconis erat acipensere mensa infamis.

Perp̄sa diligenter emendatæq; dictio Apud Marcum Tullium. in cuius libris legitur de nartheo pro Narthecio.

Caput sextum.

Idem Marcus Tullius in eodem de finibus bonorū & malorum uolumine sic scribit. iam doloris medicamenta illa epicurea tanq̄ de Nartheo promant. Tu emendacius leges & uerius de Narthecio. græci enim nartheca uocāt ferulam assurgentem in altitudine. humilem uero & dep̄ssam. ὤσσοκορισ τικωσ narthecion dicunt. cuius rei mentio fit a Plynio. cum autem semen ferulæ morbis quibusdā auxiliari dicant medici: hinc narthecion pro repositoio medicamentorum usurpatur. etiam si fuerit ex alia materia fabricatum: uel quia id ligni genus accommodatum est ad seruanda medicamenta. Apud Martiale in Apophoretis lemma est narthecion cui subscribitur hoc distichon.

Artis ebur medicæ narthecia cernis: habebis.

Munera quæ cuperet pactius esse sua.

Commentatores epigrammatici poetæ exponunt narthecium pro ferula: de qua dictum est: a iuncto ebur dici a poeta uel a candore eburneo uel quoniam in locum Scipionis eburnei successit narthecium. non inficior ferulam siue nartheciō baculorum usum senectuti potissimum præbere. quod & Plynio docet: sed hoc totum nihil prorsus ad poetæ sensum enucleandum: qui: (ut dicam quod sentio) ommissa infestatione aliorum: quod a me uitium longissime abest: nil aliud significare uoluit epigrammatista nomine narthecii: q̄ repositoium siue loculamentum medicamentorum: ut exponas ebur pro pyxide eburnea: quod & narthecium dicitur: in quo medicamenta seruatur: ex quo significato explicatior fit & lucidior sensus tam Ciceronis q̄ Martialis: qui narthecium plane accipiūt pro arcula medicamentaria: sicut myrothecium significatur theca atq; repositoium unguentorum delicatiorum: græci enim μυροπονο cant unguentum & ὀγκην thecam & loculum ac repositoium. hinc dictū est illum a Marco Tullio quadam ad Atticum epistola per translationem decentissimam. meus autem liber totū Isocratis myrothecium atq; omnis eius discipulorum arculas ac non nihil etiam Aristotelica pigmenta consumpsit: sed ut ad nartheca id est ferulam reuertamur: cum sit Baccho dicata: ministri Dionysiaci in mysteriis bacchicis ferulas gestabant: dicebanturq; græco uocabulo narthecophori. quasi feruligeri: hinc illud Apud Platonem in phedone: narthecophori multi sunt. Bacchi uero pauci.

Correctus Senecæ locus enarratusq; de psycholutre.

Caput septimum.

Cum mihi decretum sit non minus publicæ utilitati studiosorum cōsulere uelle q̄ gloriæ priuatae respectum habere: nō me a proposito deterrebit humilitas rerum: immo tanto magis minuta quæq; scribtabimur: quanto talia incuriosius transmitti solent. legimus Apud Senecam usurpari uocabulū græcū quod si recte legatur elegantissimum est. sed bis apud eundem perperam legitur. sic enim in septimo epistolarum scriptum est: frigida cultor mitto me in mare: quomodo per sicholutam decet gauisat? Idē in. xii. ille tantus psycholutes: qui casus Ianuarii euripum salutabam: mendum est hic & illic. sed in primo loco insignitum magis. Nos utrobique sic emaculauimus ut illic psycholutam: hic psycholutes legas: græco enim uocabulo psycholutes dicitur is qui frigida aqua corp⁹ lauat & balneo frigido lætatur. charmis massiliensis frigida etiam hibernis algoribus lauari persuasit: meruit egros in lacus. hinc illud Plynianus ex libro undetrigesimo. Videamus senes consulares usq; in ostentatione rigentes: qua de re extat etiam Annei Senecæ astipulatio asserit his uerbis Plynius Senecam probare frigida lauacra: quæ haud dubie non solum doctrina probat sed etiam exemplo: cum ait se fuisse psycholutrem hoc est lauacri frigidi cultorem: qui casus Ianuarii quemadmodum legere: scribere: dicere aliquid: sic auspicabatur i uirginem de silire. est autem uirgo fons Romæ clarissimus aquæ frigentis: quam Mar. Agrippa Romam perduxit: quæ uirgo appellata est ex eo: quod quærentibus aquam militibus puella uirguncula quasdā uenas mōstrauit ut docet Frontinus libro primo de aquæ ductibus. Plynius uero libro trigesimo primo: nomen uirgini inditum esse ex eo autumat: q̄ rium Herculanæ: qui iuxta est: refugere uidetur: quantum autem martia haustu prestat. tantum uirgo tactu præcellebat. ψυχος græce dicitur frigus ψυχρος frigidus λουτρον uero balneū & lauacrum ut cōposita ex utraq; dictione fit psycholutes significaturq; lauacri frigidi cultor & amator qualē se fuisse itelligi uoluit Seneca si sinceriter & legat & pbe itelligat.

Mendum occupasse codices Senecæ: in quibus pro parenetica philosophia corrupte scribitur parentia pro euthymia estimia.

Caput octauum

Apud eundem pars philosophiæ: quam nos præceptiuam dicimus corrupto uocabulo græco parentia nominatur: cum pareneica dicenda sit a græco uerba παρανεω quod significat præcipio & admonitio: inde παρανεωτικος præceptiuus & admonitioius. & παρανεωσις. pceptio siue admonitio. hinc Acron Oratianus interpret & si nō classicus nō tñ proletari⁹ identidē ait. hæc ode parenetice scripta est. pro eo qd̄ est pceptiue siue monitorie sicut ab eodē dicit hæc erotice dicta est pro amatorie. Nō min⁹ illud apud eundē emaculadū ē ex libro epistolæ. xi. asperomacheiā: auocauit pro ad speromachiā: quæ dicitio significat pilarem lusionem siue ludicrā pugnam spheristæ. qua dictione Papini⁹: quoq; usus est in epistola ad Marcellum sic scribens. sed & speromachias spectamus & pilaris Lusio admittitur. Sidonius ait

in certamine

In certamine spheræ se primum fuisse signiferum & quoniam Senecæ adhuc res agitur restituenda forma est deformatæ dictioni quæ nunc nuper in mentem uenit nãq; Democriti eestimia legi pro eorthymia: Democritus enim eorthymiam probauit tanq; beatæ uitæ effectricem: quæ interpretatur animi tranquillitas. cuius & Cicero meminit libro quinto de finibus bonorum & malorum: de qua Diogenes Laertius ita prodidit in uita Democriti. finem esse rectum quietuq; animi statum. quem eorthymia dicit: quæ non ut quidam male intelligentes: idem sit quod uoluptas: uerum fm quem animus magna tranquillitate cõstãtiaq; beatus est: dum nullo metu nulla supstitutione aut alia quauis perturbatione agitur.

Explicatum carmen Persianum de aceruo Chryssippi: longe secus: q; a commentatoribus & grammaticis explicari solitum sit.

## Caput nonum

Persius satyrogaphus poema suum hoc uersu cludit. depinge ubi sistam. inuentus chryssippe tui si nitor acerui. quo plene aliud significari uidetur: q; aut commentatores nouerit aut in scholis uulgo prodatur non enim ad ceruum uoluminum: quæ innumera condidit Chryssippus id referendum esse autumo sed ad argumentationes: quas græco uocabulo soritas uocant: Cicero aceruales interpretatur: sed ut ipse ait i secundo de diuinatione: sicut multa uerba græcorum sic sorites satis latino sermone tritus est. igitur chryssippus solitus erat per soriten argumentari & gradatim interrogare: ex quo argumentatio fiebat numerosior: & aceruus quasi quidam gradatim cumulabatur propositionum & probationum: ut ita conclusio efficeretur ad probandum quid moliebatur ultra prescriptum argumentationis. quæ ex præceptione dialecticorum tripartita est ex institutione oratorum. quinque partita fieri potest. ultra quem numerum progredi non licet: sed sorites idest aceruus siue acerualis chryssippeus in infinitum pene progrediebatur: diffusus per multiplicationem numerorum innumerabilem: cuius exemplum extat apud eundem Ciceroem: qui in Hortensio quoq; soritas lubricos esse & periculosos tradit. & post paulum placet inquit chryssippo cum gradatim iterrogetur uerbi causa: tria pauca sint an multa: aliquando priusquam ad multa perueniat. mox post multa per soritas progrediendo tractata subiungit: hæc chryssippea sunt nec ab eo quidem dissoluta. refert Laertius Chryssippum libros quattuor condidisse de soritis. nimirum ob hunc aceruum chryssippeum: qui longius progrediebatur. ita ut uix concludendi modum inueniret: dixit scire & eleganter Persius ex persona auari: cuius cupiditates immodice nullo modo finiuntur per apostropham ad Chryssippum: o Chryssippe saltem tu depinge modum ultra quem non progrediat aceruus diuitiarum interminabilis qui inuentus es finitor terminatorq; tui acerui: hoc est illius argumenti soricæ: qui quãuis longo ordine produceretur. tamen aliquãdo cõclusionis modo cludebatur terminabaturq;. & hic est uerus poetæ satyrici sensus hoc uerum interpretamentum. hic est ille aceruus chryssippeus in quo cecutientes commentatores hallucinantur: de quo est astipulatio illa Sidonii ex hendecasyllabo: Chryssippi potuisset ex aceruo. & Marciani. Chryssippus cumulet proprium consumat aceruum: qui alibi dixit soritas cumuli accessibus aggregans: potest uideri Oratius in hanc quoq; acerui chryssippeususpitionem lapsus esse. cu; dixit: mille talenta rotum dentur. totidem altera porro tertia succedat: & quæ pars quadrat aceruũ. illud quoq; ex secũdo ep̃læ hinc opinor fluxit: dũ cadat elusus rone ruetis acerui.

Quod sit roboris supplicium in lectionibus ueterum scriptorum.

## Caput decimum.

Apuleius Platonius philosophus in copiosissima illa & disertissima oratione: qua crimen magis a se alienum esse defendit: sic indignabundus exclamat: o mirum cõmentum o subtilitas digna carcere & robore. merito uideri potest ignorabile: nec indignum explicatu illud roboris supplicium scito igitur robor in carcere docilocum: quo precitabatur malefici & fontes & ex eo dictum quod robusteis lignis sepiabatur. de hoc robore in hoc significato accipitur locus hic Apuleianus: sicut & ille apud Valerium ex libro sexto distorum factorumq; memorabilium: quinetiam familiares eorum nequis Romani populi inimicis amicus eẽ ueller: de robore precipitati sunt. Plautus quoq; ad hoc robur allusisse uideri potest cum ait in curculione: ego uos ambo in robusto carcere ut pereatis.

Quam ob causam herculanea pars a Plauto dicta sit pro decuma. inibi q; sit pollucere & poluctũ.

## Caput undecimum.

Plautus latinæ linguæ delitium in comœdia: cui titulus est truculētus. ex persona Getæ serui sic inqt. detraxi partẽ herculaneam: quo dicto significat decumam se detraxisse: namq; ueteres herculi decimas dicauerunt. querit Plutarchus in questionibus. cur pleriq; copiosi & locupletes patrimonii sui decimam Herculi offerebant: an inquit quod Hercules in monte Palatino boum quas Gerione abstulit decimam immolauit: an quid Romanos ab ethruscis decimari solitos liberauit: an illud potius quasi odiosas ciuibus & molestas nimias diuitias comminuentes eo pacto maxime coli Herculem existimabant. quem iccirco luxuriam coercere & comprimere delectaret: quid ipse paucis contentus frugaliter continenterq; uixisset: refert Diodor⁹ i. 4. bibliothecæ herculẽ dictitasse eos: q; sibi iã diuo facto decimã bonorũ dicarẽ beate scelicitẽq; uicturos: ex quo multi decimas herculi uouerent: posteaq; fortunatiores facti bona sua ad q̃tuor talẽtoꝝ milia Herculi sacrarũ. tradũt historici syllã ex uniuersis fortũis Herculi decimã sacrificantẽ lauta po. Ro. fecisse cõuiuia. cõsimist Crassus ille Romanorũ ditissimus decimã facultatũ suarũ partẽ herculi cõsecrauit epulũq; populo dedit: uirumq; inas tres diuisit. hoc idẽ a Lucio lulo factitatũ est.

De hac decuma Herculi dicata sensisse uidet Marcus Tullius cum ait secundo de officiis ut Horesti nup pra dia in semitis decumae noie magno honori fuerunt. Quinetia Terentius Varro in ea satyra qua inscribitur κεραινον Testat maiores solitos decumam Herculi uouere. nec decem dies intermittere: quoniam polluerent. poluere autem est libamenta Herculi in ara porricere. idque sacrificium: quid Herculi decuma data sit polluerentur dictum. Igitur cum decumae fortunarum Herculi peculiariter dicatae sint: eleganter & scite dixit Plautus feruus se detraxisse partem herculeaneam ex bonis domini amatoris: intelligi uolens se decumam sibi subduxisse. in hanc sententiam non minus scienter quam festiuiter dixi columem plautinae familiae chrysalus in bacchidibus: si frugi est Herculem fecit ex parte decumam partem ei dedit.

Correctus Ouidii uersus. inibi que nonnulla super smintheo appollinis cognomēto digna memorata

Caput. xii.

In codicibus Ouidii uolumine metamorphoseon. xii. uersus hic prope legi & prope enarrari solet.

Talibus intonsum compellat cynthia dictis:

Tu uero dictione illa cynthia ueluti adulterinae subditiciaeque obelisco confodito: & in eius locum smintheaeque asterisco substitue: accipeque pro Apolline. inter caetera enim Apollinis cognomēta: quae multiuaga sunt hoc quoque celebre est: quo smitheus cognoscitur. autumat Macrobius in primo saturnaliu Apollinem sminthea dici. οτι ξωνοει qd feruens currit. sed Homeri interpretes & Strabo Homericis maiestatis illustratores pro dixerunt Apollinem smitheum a muribus tanquam Apollini sacris cognoscari: qui lingua cretensium σμινθηιοι appellantur: mythici referunt teucris e troia profectis datum esse oraculum ubi eos sedem posituros ibi terrigenae eos adorarent id circa maxicum dicunt corrigisse: maximamque agrestium murium multitudinem noctu exortam quicquid at more & utensium ex corio inuenissent cotrosisse: teucrosque ibi mansisse. Heraclides ponticus auctor est muris ibi circa templum Apollinis abundare & sacros existimari: simulacrumque Apollinis ita instructum esse ut muribus pedibus premit. multis in locis fuit antiquitus celebratum sminthei nomen. Nam iuxta amaxitum duo loca sunt quae sminthea uocantur. Item in Larisseo agro & in pariano locus erat smintheus appellatus. Item apud Rhodum & Lindum. nunc (ut inquit Strabo in. 13) templum smintheum uocant: Apud Plynium dictio mendosa est in quinto natu. histo. Namque pro smintheum templum: legitur zinitium templum durat: in urbe chrysa fuit Apollinis sminthei templum cum statua. cuius pedibus subiacebat: quam Scopas parius fecit Homerus in prima iliados thapsodia mentionem facit sminthei Apollinis in oratione chrysaē sacerdotis.

Consideratum pensitatumque solerter puerbium graecum in noctibus Gellianis. εωςιτηφακημυθου.

Caput. xiii.

Apud Au. Gellium in noctibus illis lucidissimus: puerbium graecum medose legitur sic enim libro. 12. scriptum est ne plane fiat graecum illud de Varronis sententia puerbium. εωςιτηφακημυθου. i. in lente fabula: sed si quis curiosus inspecterit uim sententiaeque puerbii: haud dubie cognoscet tale sensum taleque lectionem esse penitus inspicua & inuenusta: quod enim est in lente fabula: quod sensus puerbialis: quod atticus: quod lepor: quod denique ad propositum Gellianum: ego existimo legendum esse non. μυθου: quod plane fabula significat: sed μυρον: quod unguentum dicitur. & ita elegancia graeci prouerbi elucescet. si legeris εωςιτηφακημυρον hoc est in lente unguentum quo plane puerbio significat: aut quae unguentum cum lente congrueret: nec consociationem fieri unguenti quod delicatius est. & lentis quod genus est uulgatissimi leguminis: hoc puerbium usurpat Marcus Tullius quadam ad Atticum epistola deceter & false. sic enim ait. legati sunt: Qu. Metellus Creticus & L. flaccus & τοεωςιτηφακημυρον. Lentulus clodiae filius: uoluit enim symbolicos & subobscurus. Mar. Tullius taxare Lentulum clodiae filium: qui ita male copulandus esse uidebatur in obeunda legatione cum Metello cretico & L. flacco uiris clarissimis: sicut lens cum unguento male consociatur: cum inter unguenti delicias & lentis uilitatem ea sit disparitas ac dissociatio quae inter amarorem dulcedinemque internoscitur.

Quod significet apud eundem Gellium: prouerbum alterum latinum. Nihil cum fidibus Graculo nihil cum Amaracino sui.

Caput. 14

Idem in calce operis meminit ueteris prouerbi: cuius sententia haud longe abest a superiore: sic enim ait uetus adagium est: Nihil cum fidibus graculo nihil cum amaracino sui. sensus: adagii siue prouerbi est factis aptus & expositus: quo significatur neque musicam graculis auibus obstreperis & clamosis: neque unguenta porcis imundis & lutosus conuenire: sed non de nihilo amaracinum cum primis dixit timeri a suis. obseruamus apud Lucretium: quod sues odere unguenta & peculiariter fugitant odorem amaracini. uersus Lucretii ex li. 6. subscripsimus ut res fiat manifestior: denique amaracinum fugiat sus & timet omnem unguentum: Nam fetigeris subus acre uenenum est in codicibus Lucretii. qui medicis pregnantibus circumferuntur: pro amaracinum legitur amaracinum pro sus fur: sensu confusaneo uerbisque corruptis. est autem amaracinum unguentum ab amaraco herba odorata nominatum. Diocles medicus & sicula gens amacum appellauerunt: quod aegyptus & syria sansucum nostri uernacula lingua maioranam uocant hinc unguentum confectum nuncupamus modo amaracinum modo sansucinum. Plynio in decimotertio scribit sansucinum optimum in Cypro fuisse & Mytilenis: ubi erat plurima sansucus. Idem ait amaracinum fuisse in insula Co laudatissimum: enunciatur autem amaracinum penultima corrupta: contra uulgi prepositam consuetudinem producentis.

Qui sit sensus Nasonis in eo uersu Deprepsum polypus hostem continet ex omni demissis parte flagellis

gellis ibiq; de significatu acceptulorum.

## Caput. 15.

Ouidius in quarto metamorphoseon sic scribit: deprensus polypus hostem.

Continet ex omni demissis parte flagellis.

Hoc uersu significatur. conchilia a polypo pisce complexu crinium detineri frangi; solitate est eni polypus: quod uel mediocriter eruditus perspicuum est: piscis sanguine carens: qui inter mollia numeratur: cui pediculi sunt octonia quorum multitudine nome inuenit: quos Plynus modo crines modo cirros appellat: qm instar sunt capillamentorum. Ouidius flagella uocat: quibus complectuntur cochilia: quorum carne uescuntur: & ita expones hostem pro conchiliis conchisue: quas peculiariter polypi uenatur & flagellis hoc est crinibus siue cirris (ita enim illorum pediculi nominantur) complectuntur: ut auelli non queant: sunt enim auidissimi concharum: quæ ad tactum comprimuntur precentes brachia polyporum. cauent ergo polypi insidianturq; conchis apertis: impositoq; lapillo in discuneatas grassantur extrahuntque carnes. Idem Plynus author est polypum in aqua luctari complexu ad hominem conficiendum eumq; sorbere acceptabilis. ac numero suctu detrahere: ubi acceptabula significantur caliculi: quibus peculiariter prædita sunt illa piscium genera: quæ mollia nuncupatur. Item Aristoteles libro quarto de animalibus tradit mollibus omnibus esse binos acceptulorum ordines in polypo uero: qui & ipse ex numero mollium est. simplicem acceptulorum ordinem cerni Trebi niger acceptabula caliculos interpretari uidetur cum ait: barbas fuisse polypo clauarum modo torosas longas pedum triginta acceptabilis siue caliculis urnalibus peluium modo Seneca quoq; acceptabula eleganter appellat uascula illa & caliculos. quibus repente plenis repente uacuis prestigiatores fallere fauorabiliter solent oculos contemplantium. uerba Senecæ hæc sunt ex libro sexto epistolarum. sic ista siue noxa decipiunt: quo modo prestigiatorem acceptabula & caliculi: in quibus me fallacia ipsa delectat. in mensuris uero & ponderibus cū acceptabuli mensura dicitur: significat heminæ quartam partem. i. drachmas quindecim. Plynus uolumine duo de trigesimo tradit ossa ex acceptabilis paruorum prebere usum dentifricii: ubi acceptabula appellasse uidetur: quas pyxides medici recentiores & anatomici scriptores appellitant: quibus ifixe sunt coxendices: circaq; ea uertuntur ossa coxarum: sunt enim ille concauitates Caliculis per similes.

Emaculatus Plutarchi codex: in quo pro Fabio Buteo. in scite legitur bulco: ubiq; de Buteonibus.

## Caput. 16.

Apud Plutarchum cheronensem. latinitate donatum: error est in uita Fabii maxime minutulus quidē sed non tamen aspernandus: sic enim habent codices impressi: alterum dictatorem creauerunt Fabium bulconem: tu corrige Fabium Buteonem: fuit enim Romæ familia Fabia Buteonū cognominata ex eo inducis nauis prospero auspicio quondam sedisset accipiter. quem Romani Buteonum appellant græci triochen a numero testium quasi tris testiculos hntem: cui principatū in auguriis phemonoe dedit. quæ Apollinis filia dicta est ut iquit Plynus: & ut author est Eusebius chronographus. prima ex ametrus uersibus futura cecinisse narratur. Ex quo nō in scite Lucanus phemonoen appellauit pithyā siue phebada: quæ nsum ex oraculo Apollinis delphici dedit Appio Romano. Liuius historiam Fabii Buteonis eloquenter explicat libro. 23. ab origine urbis: qui dictator creatus ut senatum legeret peracta lectione eodē die. ex templo dictatura se abdicauit. lictoribusq; abi re iussis turbæ se immiscuit. hæc eadem a Plutarcho memorantur: sed pro Fabio Buteone Mendum irrepsit procliuiter in Fabium bulconem.

Subesse sensum occultiolem quam enarratores agnouerint in illo epigrammatistæ uersiculo. pastas glande nates habet secundus:

## Caput. 17.

Uersiculus est apud Martialem. in quo subest obscena quidem significatio non tamen dissimulanter prætereunda. sic enim inquit in hendecasyllabo.

Pastas glande nates habet secundus.

Vbi non pinguitudo pueri significatur sicut perperam exponit interpres: sed patici effœminatiq; impudicia: acumen enim sensus & aculeus totus est in dictione glande: qua significat pars obscena genitalium uirilium: de qua Cor. celsus libro. 6. de medicina: ubi uero glans cōrecta est oriculario quoq; clystere inter eam cutemq; aqua calida inferenda est. Item tubercula etiam quæ phymata græci uocāt circa glandem oriuntur. Aristoteles & Galenus: alter maximus philosophorum: alter nobilissimus medicorum. βαλαβον appellant græco uocabulo notissimo: quid significat glandem. est autem prima pars uirilis penis. sic enim honos auribus prefandus est mentula uocatur. Aristoteles in primo de animalibus: ita prodidit. maris penis postremo thorace perpendens parte sui prima carne propemodumq; constans & inæquabili facie turbinata: nomen a glande pars hæc mutuata est. Igitur mordax sine fine Martialis uolens intelligi puerum nomine secundum fuisse paticum. & enasculatoribus ad obscenam libidinē frequenter motigerum: festiuiter simul & false dixit eū habere nates glande pastas: tanq; subactiōe illa præpostera concubini. ueluti cibo nates pasceretur: & in hoc toto epigrammate epigramatisq; sensu explicando cecitit interpres: cum sententia poetæ lasciuientis sit referēda ad delicias puerorum multiformes nequitias dissimiles: & fastus amabiles: & morositatem illicibilem: quæ omnia malle sese ait poeta in sode-

litate puerili: q̄ dotes dapfiles in uxoria contubernalitate.

Versus Lucretii explicatus de lampade cursoria & de Sicyoniis calciamentis.

Caput decimum octauum.

Lucretius libro. 2. de rerum natura sic ait: & quasi cursores uitai lampada tradunt: cum significare uellet mortalium esse perpetuam successionem uicissimq; primos a secundis. secundos a tertiis. & ita deinceps impelli & urgeri. est autem translatio sumpta a cursoribus: qui ex Promethei cōsuetudine: ut docet Higinius: instituerunt currere lampadem iactantes: quam primus cursu defatigatus secundo integro tradat: cuius rei mentio quoq; fit libro 4. rhetorico: ad Herennium. ubi traditur nō illum in palæstrā: quæ redas ardentis accipit celeriorē esse in cursu continuo: q̄ sit ille qui tradit. propterea quod defatigatus cursu integro facem tradit. in hunc sensum translatione quadam oppido q̄ decenti dictum est a Perlio. Qui prior es cur me in decursu lampada poscis?

Mar. quoq; Varro scitissime dixit in tertio de re rustica: non cursu lampada tibi trado: significans proverbialiter non tibi cedo. uel per contrarium non sum te superior. Herodotus libro. 3. historiarum refert cursores per fatum perniciosissimos primum secundo. secundum tertio. & ita deinceps alium alii mandata tradere solitos: quemadmodum inquit apud græcos fax traditur quam Vulcano per uices ferre cursores perseuerant. & quoniam Lucretii mentio facta est. enodemus illud quoq; uelut in transcursu uocabulum: quod ab eo positum est libro quarto de rerum natura.

Vnguenta & pulchra in pedibus sicyonia rident.

Vbi sicyonia significantur calciamenta muliebria atq; amatoria deliciarioraq;: & effœminatis tantum congruentia: de quibus ait Lucilius.

Et pedibus læua sicyonia demit honesta.

De quibus Marcus Tullius in primo de oratore sic refert: ut si mihi calceos sicyonios attulisses: non uterer quis essent habiles & apti ad pedem: quia non essent uiriles: sed de Lucretii locis obscurioribus alibi plura: cum eius poemata adeo mendosa circumferantur: ut non lita multis luminibus ingenii uideri possint sicut. Q. Ciceroni uidebantur: sed oblita tenebris errorum prescatentibus.

Lapsus esse indiligenter interpretem Plutarchi apophthegmaton super λημνηπειρωσ. i. lepiditudine pirei.

Caput undevigesimum.

Plutarchus cheronensis in apophthegmatis de pericle atheniensi sic ait ἐκέλευσε λέουσ ἀθηναίων τὴν ναίγιναν ὡς πέρ λημνη σφαιρεῖν τοῦ πειρωσ. interpretes Plutarchi homo græce latineq; linguæ oppido q̄ peritus & callens. ita interpretatur: iusserat autem Athenienses Eginam quasi pirei portum existimarent ac tuerentur: demiror uirum alioquin græciorē dedisse id interpretamentum: quod penitus cōtrarium est a sensu uerbisq; græci scriptoris: quæ nos ita latina fecimus. iusserat autem athenienses eginam quasi pirei lippitudinem auferre. hoc est uerum græcorum uerborum interpretamentum: & sensus ex historia ductus. nam Pericles suadere uolebat atheniensibus: ut Eginam insulam delerent & e medio tollerent: perinde ac lippitudinem labemq; Pirei atheniensium portus: a quo. 12. milibus passuum abest hoc aperte demonstrat idem Plutarchus in uita periclis: cum ait. Eginam ueluti Pirei lippitudinem delendam censuit. impressi codices mendosi sunt: in quibus pro lippitudinem. legitur lippedinem portus fortassis interpretes labi ex incuria uicinitateq; græcarum dictionum: nam apud græcos: λημνη est & λημνη enim prononciatu quidem non longe distantes inter se dictiones: scriptioe uero & significatu multum dissidentes. λημνη enim fœminino genere significat lippitudinem oculariā: scribiturq; per. η. λιμνη uero masculino genere dicitur portus: & per iota scribitur sed in codicibus Plutarchi græcis scriptum est λημνη: quæ est lippitudo per. η. ἢ λημνη: hoc est portus per iota. præterea quis nescit: σφαιρεῖν: apud græcos accipi pro auferre non pro tutari. plura dicere quibus hoc nostrum tuear supersedeo: ipsa enim sunt per sese satis (opinor) euidentia: & quod ab interprete dicitur: & quod a nobis: quæ pensanda dicendaq; candidis lectoribus. permitto.

Erratum alterum eiusdem interpretis super immolatione filiorum: quos Saturno sacrificant Carthaginienses.

Caput Vigesimo.

Idem Plutarchi interpretes sic in latinum uertit apophthegma illud. Zelo tyrannus. quo tempore Carthaginienses ad Himeram debellauit. pacem cum his acturus coegit federibus inscriberent: fore ut etiam filii a præstandis Saturno sacrificiis quiescerent: hæc nouissima apophthegmatis particula. non uideatur satis fideliter sinceriterq; expressisse atq; explicasse uerba græca Plutarchi: quæ ideo subscripsimus: ut docti dispiciant utrum laude digna sit an reprehensione nostra hæc curiositas: ad quam nos unica impellit utilitas iuuandi fouendiq; pro uirili parte studia scholasticorū uerba Plutarchi hæc sunt. ἡναγκασεν ἑγγράψαι τὰς ὁμολογίας: ὅτι καὶ τὰ τέκνα παύσονται τῶ κρονωκατέουσ ὄντες. i. ut nos interpretamur: coegit inscribere in federibus: q̄ cessarent imolare filios saturno: hoc uerba ipsa significant hoc exposcit fides historiarum carthaginiensium: qui soliti erant immolare hostias humanas Saturno: excellentioresq; ex filiis uictimare: qui cum olim essent obsessi ab Agatocle Rege Siculorum. Saturnum irati sibi esse irati sunt: quod loco liberorum infantibus clam emptis atq; educatis sacrificassent: itaq; ut diligentius id piaculum soluerent deumq; complacarent: ducentos nobilium filios publice immolauerunt. sicut

Lactantius

Lactant  
derunt  
Mos fu  
Polcere  
Infandi

Qui  
cio. Igi  
bus fec  
noq; in  
ba ipsa  
deuim  
Infc  
indilig

Ap  
differit  
pideas

scripto  
latino  
gatum  
sciplin  
cum m  
nihil si  
uasa gi  
a theri  
mine

in epif  
artific  
uita A  
ius ter  
opino

la qua  
chilas  
bus ua  
dum e  
enda e  
ramen  
enim  
lacticis  
peram  
quicqu  
alumn

Le  
fnis ex  
errore  
operei  
elabor  
mend

Laetantius in primo: Eusebius in quarto preparationis euangelicæ. & Diodorus in .xx. bibliothecæ. p̄di  
derunt hinc Syllius Italicus in quarto puni corum sic cecinit.

Mos fuit in populis: quos conuenit aduena dido.  
Poscere cede deos ueniam: ac flagrantibus aris.

Infandum dictu paruos imponere natos.

Quid ibi subdidit filium Hannibalis nomine Asparem fuisse sorte adiudicatum huic infando sacri  
ficio. Igitur ut ad rem redeam sensumq; Plutarchi explicem. Zelo tyrannus pacē cū deuictis carthaginēsi-  
bus fecit his conditionibus: ne in posterum immolarent filios Saturno: ut ita a sacrificio sanguinatio ple-  
noq; inhumane crudelitatis abducerentur: & hæc est Plutarchi sentētia ueraq; interpretatio: quod & uer-  
ba ipsa demonstrant: si circumspectius pensitatusq; perpendantur: cum interpretis interpretamentum sit  
deuim ab historiæ fide & a sensus elegantia.

Inscite eundem deerrasse super interpretamento thericliorum. inibiq; consideratus perpensusq; non  
indiligenter locus ex Cæsaris commentariis.

#### Caput nouissimum.

Apud eundem Plutarchi interpretem in apophthegmatis romanorum: ubi de Scipione Emilianio  
differitur sic scriptum legimus. cum memmii cuiusdam tribuni militum iumenta cōprendisset: quæ la-  
pideas pelues & uitrea pocula deportarent: quid interpres dixit lapideas pelues & uitrea pocula. græcus  
scriptor ait. ψυκτηρασ διαλιθοισ και θηρικλεια: quæ uerba græca nequaquā admodum congruunt cū  
latino interpretamento: neq; hoc sensisse uidetur Plutarchus: qui uoluit significare mēmium fuisse casti-  
gatum increpituq; acriter a Scipione. q̄ in usu castrensi haberet uasa preciosa & delicata: minimeq; di-  
sciplina militari conuenientia. lapideæ autem pelues & uasa uitrea non sunt digna castigatione cēsoria.  
cum non sint aliena a parsimonia frugalitateq; priscorum cunq; (ut dicere solebat Galienus imperator)  
nihil sit uitro coïus. quo circa ita meo piculo interpretaberis. ψυκτηρασ διαλιθοου και θηρικλεια. i.  
uasa gēmata & thericlia. διαλιθοου enī græce gēmat<sup>9</sup> dicit thericlia uero sunt uasa potoria delicatiora  
a thericle artifice celeberrimo nominata: de quo est illud Plynianū ex libro. 16. celebraf & thericles no-  
mine. calices ex therebintho solitus facere torno. de thericliis poculis utpote p̄ciosis sic refert Phalaris  
in epistola ad polycletum. nisi ad te puri auri phialas quattuor. crateres argenteos non nostri temporis  
artificii duos. poculorum thericliorum paria decem. de thericliis mētio ab eodē Plutarcho habita est in  
uita Alexandri. ex hoc thericliorum significatu existimo corrigendum esse locum apud Cæsarem: in cu-  
ius tertio ciuili belli pompeiani cōmentario sic legitur. in castris Pompeii uidere licuit trichilas stratas:  
opinor irrepisse mendum: emendatumq; pro trichilas stratas. thericlia strata. ut sit sensus thericlia pocu-  
la quæ erant preciosa celebrataq; uisa fuisse strata atq; iacentia passim incastris pompeianis: & si scio thi-  
chilas exponi solere pro abacis mensisq; potoriis ueluti habentibus tria labra & triplices margines: in q-  
bus uasa more aulico gradatim disponi collocariq; consueuerunt: sed iam receptui canendū est ne mo-  
dum excedat appendix: quæ non contenta latialiter disertasse: etiam non nihil atticis lauit. iam pausa faci-  
enda est & animalius ocio refouēdus: ut mox uegetior alacriorq; resurgat ad excudēda id genus anno-  
ramenta longe uberiora: quæ succissiuis temporibus condimus mox in tempore deprompturi. meditor  
enim pro uirili parte agere negocium posterorum: succurrere hesitantibus litteratoribus: prodesse scho-  
lasticis: non minus prouincialibus q̄ italicis: qui auditorium meum frequētissimi quotidie stipāt: meq;  
peramanter obseruat: sed cū aurium sensus sit fastidiosissimus iam uale inlyte Hannibal bentiuole: &  
quicquid est illud quantulumcunq; est boni consule & ama preceptorem: qui nō solum te pie diligit ut  
alumnum: sed & reuerenter colit ut patronum.

#### Ad lectorem.

Lector candide offendes opinor interdum offendicula & moramēta quædā in annotationibus no-  
stris ex immutatione transmutatione ue litterarū ac syllabarum nōnunq̄ ex inuersione dictionū. quos  
errores minutulos quidem & cognobiles nō creditori ascribas quæso sed impressori: uix enī fieri pōt ut  
opere in magno non interueniant huiusmodi labeculæ: p̄ferunt recognitioni scholastici duo eruditi  
elaborauerunt: ut emendati sinceriq; commentarii ex officina impressoris depromerentur: si quid erit  
mendosum: id igitur impressori ascribas obsecro. Vale & perlege.

Ioannes baptista pius bononiensis ad librum.

I liber Hannibalis genio suffultus & aura

Nec tu nasutum rhinocerotæ time.

Inuida doctiloquo poterit magis esse Philippo

Quam fieri possit æmula posteritas.

Tugerii pontre: Tetrasticon

Venerit unde tibi liber hic si forte requiris

Crede mihi cælo nobile uenit opus

Viuet in eternum uiuet tua fama Philippe

Post cineres uirtus uiuere sola facit.

Annotationes Ioannis Baptistæ pii Bononiensis Ad Reuerendissimum protonotarium. Illustrissimum Marchionem Sigismundum de Gonzaga patronum colendum.



Ccipe splendidissime & ultramūdanæ Marchio reuerendissime Protonotarie: colende patrone hæc qualiacunq; annotamēta: quæ sub nomine tuo uti tutiora sint & gratiora calchitypis notis dispalescere inuulgariq; curauimus: & fortassis ob hoc legent quoniā tuo nomini uenerabili micatissimo radiose per ora cuncta diffusili dicata sunt siquidē Genius est opis: & perēnitas æuiterna principi opus dicare: qui deus terrenus est: & mortalis iupiter: q uno tm̄ minor est ioue. Primitias studioꝝ nostrorū tibi dicauimus æmulabūdi p̄fiscos: q dis primarias fruges dabant & dicabant. multa ualde p̄ciosa ideo dicatur quia sunt templis dicata. Hæc fiducia operis: Hæc est indicatura. Diutile uircularum meatum cōfessus tacebam potius q̄ tacituriēbam græcanici memor epigrammatis huiusce scituli atq; amænuli. παρ τὸς ἀπαιδεύτος φρονημάτων εστὶ σωρῶν τοῦ λόγου ἐσ κροπῶν ὡς πάθος αἰσ χροτῶτος: Cæterum ut adagio: parcemia ledoria astissimos Apophthegma Plutarchi est μωρος οὐκ ἀμύματασι γάρ. Sed ego nā dementatus: & ut inquit græci phrenoliptos: qui culpam deprecari malim q̄ carere. porro quod me formidolosum alioqui: meticulosumq; suscitāt & impaudū reddit & extrilidū gemini marii sententia est ad Cæsarem: s enim dixit. Cæsar: qui apud te audent dicere ut magnitudines tuam ignorant: qui non audent: humanitatem. illud itidem syllæ: qui nedū edylia poematiq; nitida elaborata atq; perfecta: quod aiunt græci: coniti respuebat atq; despiciebat: uerum & rudia: inculta inerudita atq; tabernatia pluris faciebat: cui cum libellum malus poeta de populo subiecisset: quod epigramma in eum fecisset tantūmodo alternis uersibus longiusculis: statim ex his rebus quas tum uendebat inussit ei præmium tribui sub ea conditione ne quid postea scriberet: accuratius: pensiculatius: libratius: examinatius: & amussitatus in uulgum scaturissent & emanassent hæc nostra: ni præcipiti stilo & ex temporario schedico plasticeq; rudi formata quidam Synchronorū impressorū nuditissimus & accuratissimus de manibus inuito rapuisset: & expugnata tandem mea contumacia. Vale princeps honorificentissime prosperiter: & faustiter: & meq; ex mancipiis tuis nedum atriensem: sed mediastinum foue fauore terrore quo semel occœpisti.

Primum annotamentū perperā apud Martialē resinā pro remora incorruptis exemplaribus legi.



Vbfciciis horis: & tumultuariis: quod aiunt: studiis: uti exasperascētis & ex æstuantis æstatis impatibilem calorem blandiloquentulo salis affamine delinirem legebam epigrammatographum poetam: quem neq; Hieronymum litterarum sacrarum spirarchum & antesignanum prospicienter & accurate legisse depuduit: quei ingenii fluenti sono turbinetta polluit & excelluit: ut apud posteros æternum nomen acquisierit: hunc legimus ab Aelio commodo suum maronem appellatum: qui salibus cauillis. & facetiis scatens & exuberans meruit sine fine mordax a sidonio uocitari. At hæc nihil ad bromium. Ergo igitur eius epigrammaton librum citatissimo curriculo: non tamen præceptus & obscuritabundus legens deprehendi non me diocriculum errorem: uerum pæminosum & foedum: non furunculum sed carcinoma. Vbi synchronismi nostri miratus inscitiam: incuriam oppido miseratus sum: cæterum quod istat agamus. in desiderat nautas asperascētis epigrammatario sale Martialis hæc uerba sunt.

Cesatis pueri: nihilq; nostris.

Veterno resinæq; pigriores. quas nedum lynceus & totus oculus sed etiam myops luscitiosus: & in litteris tenebrius non animaduertit resina saltim uocē esse cassam nihil futilem & nugatoriam uel mensuram syllabæ refractario camœnaliq; structu repugnace phalæcium a phalæcō ut inquit Ausonius authore nuncupatum carmen est: quod & hendecasyllabon ab syllabarum undena mensura uocatur cuius pes a primo proximus dactilum esse metrica necessitas cogit dactilum porro tribus syllabis esse concretum quis ignorat: intenta prima subterfugibus correptis hinc graphica lepidaq; dictione eumscē trinodē uocat. Ausonius enim præter q̄ q̄ sensus nihili foret & facetoso sali poetæ dissentaneus ut nautarum residē desidiam resinæ compararet ob unicum lentorem & glutinosum ignauumq; spissamentū & si hoc admitteretur ab eruditis non error syllabarius admitti potest. pro in pristinis dictionibus deletitio peniculo deleriliq; spongia dispunctis & erasis obeloq; sodicatis hæc succidaneas appōe & suffice Veterno remoraq; pigriores. Resinam duabus primoribus syllabis produci uel idem carmine hinc nō lōgule disto testis est locupletissimus. quid facient ungues? nam certe non potes illos resina ueneto nec ressecare luto. Nec obstat apud satyrographum poetam primis duabus correptis notari hisce satyræ uel octauæ carminibus. Despicias merito. quid enim resinata iuuentus Cruraq; totius facient tibi lænia gētis. Meo quidem periculo dele periergon uerbum uocemq; supposititiam aduentitiam & adulterinam enim uel hoc dictante rōne sc̄da breui nobis resinā pferentibus aditiculum fieri ad cacophonon uoculationēq; prolato grauiori explicandum prosodia & accentuuncula produci acuta: quod & auris probarū compositionum arbitra neutiq; admittit. Adde q̄ & sensus idoneior est & cohærentior si remorā legis potius q̄ resinam meras nugas & tabernarias uoces ex plebitate sumptas nulla comparatione perpēsa locus hinc extat qua aculeator: qua conuenientior epigrammatistæ conferentis: & comparantis pisciculo remora

naues

naues  
us na  
scripto  
nante.  
nomē  
hæren  
scis aff  
positi  
na una  
bos no  
nus m  
plice c  
nunci  
neren:  
esse ui  
Plyni  
Opiar  
Plyni  
cet & i  
nulla n  
re nor  
dalen  
cuire i  
bem r  
renuit  
esse di  
partu  
Plaut  
du re  
mora  
sam t  
lenti  
ba sur  
faciur  
tur: qu  
tus co  
lib. ph  
su resi  
piscen  
hæc ai  
dicitu  
ruisser  
num:  
atq; st  
hydro  
propri  
isse: qu  
nullu  
re gra  
picum  
bibosi  
ut uet  
scribit  
bus da  
contr:  
nā ma  
porē c  
pertui  
mor h



naues solito cōtinere ne possint inter institutum peragere pigrissimos nautas remigio tardissimo poti-  
 us nauem morantes q̄ impingentes & urgentes. Is pisciculus ab opinatissimis & fidei pbata receptaq̄  
 scriptoribus echeneis appellatur: a uiolentia nauium trahace easceq̄ ueluti carinante infrenante & infer-  
 nante. Plynius ueluti signare uidetur & inuere ab εχω uerbo græco: quod significat teneo iditum pisci  
 nomē echeneis. Siue εχω.αι hæreo πρὸς nauis q̄ nauē teneat uel hærēter naualibus tabulamētis ad  
 hærēns remorari compellat. Plyniana de echeneide uerba sunt na. his. lib. nono est paruus admodum pi-  
 scis affuetus petris echeneis appellatus. hoc carinis adhærent naues tardius ire credunt: inde nomine im-  
 posito quam ob causam amatoris quoq̄ ueneficiis ifamis est: & iudiciorum ac licium mora quæ crimi-  
 na una laude compēsat fluxus grauidatum utero sistens partusq̄ continens ad puerperium: tamen in ci-  
 bos non admittitur: pedes eum habere arbitrat. Aristoteles ita posita pennarum similitudine Mutia-  
 nus muricem esse latiorē purpura neq̄ aspero nec rotundo ore. Neq̄ in angulos coeunte rostro sed sim-  
 plice concha utroq̄ latere se colligente: quibus inhærentibus plenam uentis stitisse nauem portantem  
 nuncios a perianthro ut castrarentur nobiles pueri. conchasq̄: quæ id præstiterunt apud gnidiorum Ve-  
 nerem coli. Trebius niger pedalem esse: & crassitudine quinq̄ digitorum naues morari. præterea hanc  
 esse uim eius asseruari in sale ut aurum quod deciderit in altissimos puteos admotus extrahat. hætenus  
 Plynius. qui non pedalem alibi uerum sesquipedalem appellat. Cæterę diuersos authores forte sequens  
 Opianus in libris halieuticon hunc ἰσὸπιχὺν hoc est cubitalē appellat. Non echeneis attestationem  
 Plynianam ex. 32. lib. na. historia potest ire uisum: nec illepidam nec acosmam. Ruant inquit ille uenti li-  
 cet & sæuiant procellæ imperat furori uiresq̄ tantas compescit & cogit stare nauigia quod non uincula  
 ulla non anchoræ pondere irreuocabili factæ. Infrēat impetus & domat mundi rabiem nullo suo labo-  
 re non retinendo: aut alio modo q̄ adhærendo. hæc tantillo est satis ut uetet ire nauigia. Ibidem semipe-  
 dalem pisciculum Plynius appellat. fertur acciacho marte tenuisse prætoriam Antonii properantis cir-  
 cuire & exhortari suos. Tenuit auspicalis pisciculus Cai principis nauem: siquidem nouissime tum in ur-  
 bem reuersus ille imperator suis telis confossus est. Constat peculiariter miratū quomodo adhærens  
 tenuisset: nec idem polleret in nauigium receptus. Qui nunc posteaq̄ uidere: cum linaci magnæ similē  
 esse dicunt. est nostris quidam latinis remoram appellauere eum. Sale adseruatum adalligatū grauidis  
 partus soluere: ob id alio nomine ολνοϊοντὲ appellauere: Remeligenes & remora a morando dictæ  
 Plautus quid nunc ille tamdiu remorantur remeligenes? & Lucilius: querā mox ex te resonans meo gra-  
 du remoram fecit. Pompeius author. Concinnior esse sensus & cohærentior hoc ferme intellectu si re-  
 moram pro mora simpliciter intelligeremus: ut non desidiose segniterq̄ morantes argonautas: sed ip-  
 sam moram nuncupet si quidem reperiam methaphoricos Imaginarie & similitudinarie ab hui⁹ piscu-  
 lenti natura remoram pro moramento nuncupatim usurpatam: id Plauto in trinūmo dictate: cuius uer-  
 ba sunt hæc. Ita uincunt illud cōducibile gratiæ: quæ in rebus multis obstant odiosaq̄ sunt remoramq̄  
 faciunt rei priuate & publicæ. Remores ut obiter & paradoxotaton: hoc explicem aues in auspicio dicunt  
 tur: quæ acturum aliqd̄ remorari compellunt. sæde fideq̄ labitur uir alioquin haud mediocriter erudi-  
 tus cognomento philelphus: qui cēseta pirocalos: & perperam p̄postere eo Lucani disertissimo uersu ex  
 lib. pharsaliæ. vi. non puppem retinens euro tundente rudentes in mediis echinus aquis: syllabario men-  
 su refragatore legendum esse: cum potius & rectius echeneis scribendum sit Inibi. ad magica remoram  
 piscem accomodum Plynius arbitrat. præterea de remora Donatus Terentianus interpres in andria  
 hæc ait. Remorer retardem: retineamq̄ a remora pisce minutissimo q̄ nauē retinet: nā græce ελεψις  
 dicitur. Eiusdem de eodem parile interpretamentum est in eunuco terentiana fabula. Compertius po-  
 tuissim differere de remora sed hoc est stilo defultorio & delibatorio summa sequor fastigia rerū: Veter-  
 num: qd̄ superest explicandus quē morbum medici recentiores subetiam dicunt. Domitius Tenuiter  
 atq̄ sterilitate enarrans: ait esse hydropisim. Quod non ad scopon hoc est intentionem authoris pertinet:  
 hydropico quidem tardo obtuso atq̄ hebeti: uerū nō eo ad quo sufficiat poetæ stomacho. Adde q̄ non  
 proprie ueternum dicas esse hydropisim: & si Cato metaphoricis dixerit. Scire debes igitur ueternum fu-  
 isse: qui crederent somnum esse maximum: grauem & exitialem: quem lethargum nuncuparunt hi: qui  
 nullum discrimen iter letargicos nouere ueternososq̄: De quo uel illud marōianum diffusile nec torpe-  
 re graui passus sua regna uerbo. Veternosus dicitur: qui graui p̄mitur somno Cato ueternosum hydro-  
 picum intelligi uoluit cum ait: ueternosus q̄ plurimum bibititum maxime sitit. Veternosum potulentū:  
 bibosum: temulentum & hydropicum methaphoricos intellexit cato præsum: grauem somnulentum:  
 ut ueternosus est: ne censeas rem similem esse & consentaneam uti p̄cipitanter & inaccurate Domitius eē  
 scribit. sed ob similiorem & remotiorem q̄ hypanis: ut inquit ille: ueneto diffidet eridano. Veternosi q̄-  
 busdam uidentur esse lethargici. Sunt qui ueternum interpretentur morbū ignauiæ: qui ex ocio nimio  
 contrahitur. Plynius ueternum a letargo diuersum morbi genus facit. Cæterum quattuor fere discrimi-  
 na: marcoris (ita enim uocatur inuicta quædam somni cupiditas) nouere græci Caros: quod Plynius so-  
 porē cōuertit: græcis καρὼν appellantibus crapularē redundantia uel ex hoc uerbi deriuaculo καϋοῶ  
 perturbo. Seu ab haud multum dissentaneo καρὼ.αι: quod capite caricor: aggrauor: oblidor oppri-  
 mor hellenismo significat: uelut ab opp̄sura capitis & ingenii offendiculo ut Plynius na. his. lib. 13. refere

rat inde ex iuglandibus unum genus appellatum carion a capitis grauedie pp odoris grauitate. Idem Plynus lib. 13. Cariotas inter palmas celebratas refert cibo quidem sed & succo uberimas: ex quibus precipua uina orienti insqua capiti: unde pomo nomen. haecenus Plynus. Inditum nomen cariotis ariolot & quasi diuino a uerbo καρω uexo agito cōturbo: quod interpretamentum fatius erit: q̄ græcis καρῖ caput dicatur. sed hoc tamen in medium relinquo quidam neoterici & recentiores haud sane indocti cōstanter & contumaciter asseuerant a uocamine uerboq̄ græco κρινη hoc est nuce: cariotis. inditum nomen: q̄ nuce imitantur caput aggrauantes id mihi nō temere probatur. Ab hac dictione καρῖ Plynus lib. xv. carion oleum iuglandinum appellat. secundū ut hinc ad reliqua defiliam ueterni genus græci uocant utiq̄ lethargum. Tertium morosin. Quartū nothareta. Indiscriminatim: indifferenterq̄ ut iudico morotis dicitur & morosis. μωροτης enim græcis perdelinū est & insania quotiescunq̄ somnifeco grauamine somnulentaq̄ oppressura: & pene latifera aio resipiscencia non datur ad mentem: hæc & enim morosis non modo memoriam ut lethargus: sed usum quoq̄ rationis intercipit. Nothareta segnitiam fere sepultam: languidū ueternofumq̄ soporē intelligimus vωροσ languidus μωροτης græcis est torbida segnities. postremum hoc est humida materia generatur: Sicut lethargum ex frigida. In familiaribus Cicerōis epistolis scitule & ioculante & false & apposite dictio quadras & conueniens ueternum ex lubrica scripturæ procliuitate in ueteranum deluxata est. Hæc Cicero lib. 2. post hoc negotium aut & temeritatem nostri dolobellæ deprecatorum me pro illius periculo p̄beo: erat ī eadem ciuitate ueternus ciuitatis Vbi ueternum ciuitatis Pompeium appellat quo archipolipolemarcho: legionumq̄ romanarum prefecto nullum exercitamentum populo romano dabatur: quo ueluti cote stimuloq̄ uirtus in romanorum pectoribus sopita resopiretur acuereturq̄. Ueternofum dicendi genus somnulentum & ignauum sidonius apollinaris appellat in epistolarum lib. primo quem libellum graphicum & lepidissimum propediem cum epitome interpretationis nostræ sumus edituri. Nec obstat in phalecio carmine in dictione ueterno iambum poni ex catulliana mimesi hoc est imitatione in cuius epigrammatario opes q̄ plurima his similia reperies. sufficet ex multis unicum exemplum in medium attulisse & hoc ex limia ri pagella. Meas esse aliquid putate nugas. Ex hac præpostera syllabarum obseruatione sunt qui uoluerūt id a Plynio prolatū qui permutatis prioribus syllabis duriusculum se fecit q̄ uolebat existimari fuit q̄ crediderim perpensis & examinatis mendosis uocibus & euitato iambo. quod uitium usurpationis licetiofa apud epigrammatarium poetam singulare est: ita legendum esse grallatore caroq̄ pigriores. Grallatores enim nuncupantur antiqui in longuriis amyti & perticis abiegnis passus igneris diuacitætes & militarios explicantes. Grallatorium gradum Plautus maximum appellat quemadmodum econtrario minutulum formicinum & restitudinem. Transuenter & incidenter ut hoc super pondio te dimittam onustum emacula marcelli pene mendis obrutum uulgatius exemplar. Grallatores sunt καλοβακοποι. i. lignis incedentes: glaræ enim sunt fustes quis inuituntur: uarro mutuum muli scabunt: grallatores dicti: quia gradiuntur gralis. uel q̄ perticas has ligneas ab homie eo q̄ in istis agitatur sicilia gerras quæ minimis nostris sunt & grallæ apud crura & pedes nostros existentes ubi posses non intelligenter itelligere de seruis a pedib⁹ appellatis itelligere marcellū cū ait grallatores eē seruis post crura & pedes qui p̄pe cū in famuletio sint serui ad pedes nuncupatim appellati: quos utiq̄ signasse poetam epigrammatarium credimus lib. quinto cum ita scribit omnia cum retro pueris obsonia tradas: cur non mensa. tibi ponitur a pedibus. Apertius & liquidius idem libro. xii. bis cotta soleas perdidisse quæstus.

Dum negligentem ducit ad pedes uernam. Eadem pene forma a pedibus serui nuncupati: quia a manibus ab epistolis a libellis a rationibus a pugione. Comperio pro te non absimili seruos a manib⁹ amantiuenses appellatos. Circumpedes ex autoritate agretii sunt obsequia seruorum ante pedes amicorum Cicero in uerrem diuinatione tertia. seruos artifices pupilli domi. Circumpedes autem homines formosos: litteratos suos esse dicebat Ab epistolis latinæ nūcupantur & uenuste: quos cancellarios semidoctū uulgus appellat: quorum principes archigrammatei uocantur. Plutarchus author est eumenem archigrammateum Alexandri fuisse hoc est scribarum principem indeq̄ fuisse contemptibilem. Caron: quod reliquum ueterni genus erat explicandum superius affatim signauimus.

Vindicatus a uitio mendosaq̄ labe plauti iocus.

Imbiq̄ non fastidienda de satyrio.

**D**ispersem & tumultuatim interambulandum enchiridion meum hoc est Plautum linguæ romanae delicias lectitabam ubi mendam sordidissimam & asperabilem deprehēdi. Sic enim scribit in truculento cum rusticum amatorem queribundum inducat discretiatumq̄ pruritu & prouinosa tentigine potiundæ meretricis. ubi mea amica est gētū? neq̄ ruri neq̄ hic operis quicq̄ facio corrumper si tu ita miser cubando in lecto: hic expectādo obdurui Cui uel mediocriter erudito solœcistes & sup̄ scotinon heraclitum perplexibilis tenebricosusq̄ Plautus nō appareat. Res manifestaria quidem est & ante pedes. si tu ita nihili uocem esse decurram mutilam & interceptam existimaui iam puerulus: & sub Pphilippo Beroaldo: non sine honoris p̄fatiōe nominādo ακουστικος quoduce tanq̄ sole itiner poetici; peragrauimus pituita uerbum substituendum esse: tanq̄ pituita idem metaphorice seminio genitali stimulante & laceffente corrumperetur adulescens amascus. Fuit quādo situ

ita legendū

plautus

ita lege  
marcor  
macres  
entius:  
hærenti  
dore: p̄  
te tento  
res uti  
gret in:  
ne meri  
retur: q̄  
membri  
est pror  
debere  
no: qua  
dicari u  
coruū l  
obtinere  
rhizon  
libro n  
rio que  
in prim  
corpor  
quidem  
ex uirtu  
ria pro  
uersum  
nō ta  
mosæ  
rialem  
dines i  
sto ad  
insoni  
lineati  
pesci a  
picule  
stoteli  
ni aut f  
tinis ci  
tum &  
& 820  
Satyric  
ba mee  
fa: sign  
culus:  
nuncup  
ticisme  
tur heb  
bro uig  
batur in  
griorib  
matista  
prare si  
lentiaq̄  
sine thi  
do tati  
sticulo  
liuore  
tus asp

ita legendum contenderim: ad hunc ferme sensum: ut iuuenis inquit cur ego situ hoc est racete quoda  
 marcore: ueternosa supinaq; desidia: quod dici solet ultra somnu Epimenidis torpeo: senesco: marcesco  
 macresco: & macesco in hunc desidem ignauumque modum. Ceterum diligentius: accuratius: prospici  
 entius: & indagantius eandem uocem subinde ruminati: succurrit interpretamentum elegantius & co-  
 haerentius: ut expunctis & antiquatis hisce tribus uocibus: si tu ita satyrio legas: & interpretetis: urtica: ten-  
 dore: prolubio pruritusq; uenereo. Satyrium sane prolubedo est & urigo uenerea: quotienscunq; nimietate  
 te tentoris & appetentia libidinis penissime disrumpimur coireq; discupimus: sed infectim: corpore ui-  
 res utiq; uenereas non suppeditante libidini. Siquidem Augustino teste quadoq; extincta in corpore fla-  
 gret in animo libido. Is moribus aneoteris & recentioribus medicis priapismos appellatur. conuenit sa-  
 ne methaphora iuuenulo rusticulo coitum & amicae conuenientiam appetenti uti priapismo disrumpe-  
 retur: quippe: quae natura est priapismi atq; satyrii: sine effectu coeundi torquebatur. Saty graecis uirile  
 membrum dicitur inde satyrium inflectitur. unde inclinatur quoq; satyrus: qui ad libidinem proximus  
 est pronus: & procliuius: in tantum ut priapum censente Plynio ad hortos custodiendos poni suffigiq;  
 debere satyrica signa ni malis saturnica propter falcem dixerit. Cuius haec uerba sunt ex libro decimono-  
 no: quam rem comitata est & religio quedam: hortos & fores tantum contra inuidentiu; fascinationes  
 dicari uidemus: In remedio satyrica signa quicq; tutelae ueneris assignante Plauto. Adde satyricam auē  
 cozuū latinis quibusdam appellatum quoniam scilicet est libidinosa & salax: & q; ore morigeratur: id  
 obtinente fabula. Eos plane ore parere & coire uulgus arbitratur. Aristoteles & Plynius negant. Poly-  
 rhizon semine pleureticis & neruos confirmare: excalescere: eadem satyrium esse Plynius autumat. 25.  
 libro naturalis historiae. Vbi non herbam intelligo: sed potius uim illam speruosam coeundi De saty-  
 rio quo d' appellarunt recentiores Auicennae interpretes multitudinem desiderii sit mentio ab Auicenna  
 in primo tractatu libri tertii Phæn. qui censet ab acuitate spermatis aut eius multitudine cum debilitate  
 corporis: propter fortitudinem uasorum spermatis: quia attrahunt eius materiam ad se se Et uirorum  
 quidem desiderium forte sit in regionibus & aeribus & temporibus certis: propterea aggregatur illud  
 ex uirtutibus eorum. Mulieres quoq; ex autoritate eiusdem satyrio laborat. Ceterum ex causa contra-  
 ria proueniente: gignitur ex uirtutibus earum congelatis & de illis earum: quae sunt frigida ualde in uni-  
 uersum resupino cubitu dormire satyrium generat. De signis priapismi: & eiusdem medelis Auicenna  
 nō tacuit. Salicetus inter diateticos medicos fidei nec lubricae: nec autoritatis ambiguae: nec famae fa-  
 mosae aegritudinem hanc iugis: continenti: & perpeti assiduitate tot iugocorpori utiginem quandam fu-  
 rialeq; inflammationem gignere autumat: utiq; nocere spasmusq; eum sequente ad perniciosas aegritu-  
 dines inducere. Fieri ex multitudine materiae calidae: sanguineae: & ex summe stellionis cum uere proue-  
 cto admittuntur ad cibarium. Non ingrato quidem nec inutili diuerticulo & hoc disce fluxum: seminis  
 insonis graecos uocare οπειρο γογορ. de quo meminit Auicenna libro tertio Phæn. Nec alba: quod aiūt  
 linea: illotiq; pedibus praetereunda est haec ueluti cosequia & appendicula distigio sane non magno dis-  
 pesci atq; discriminari satyrium atq; priapismos: hoc proueniente absq; desiderio: atq; necessitate: illo sa-  
 picule cum desiderio & necessitate. Idē apud opinatos & recepte fidei medicos satyriasis atq; satyriō Ari-  
 stoteli quarto libro de generatione animaliu; satyria morbus est: qui prouenit pra' abundantia fluctio-  
 ni aut flatus crudi impartes faciei decumbentis facies animalis diuersi & satyri apparet. Satyria quoq; la-  
 tinis cibarium: confusaneum latinis satira ueluti cinnus: & hoc est scitamentum ex uariis rebus compo-  
 situm & lex uno regatu multas comprehendens: quod in decretis canonicis annotauimus παραδειξι  
 & οδου παρεργα: hoc est exta propositum & institutum: quod in Pandectis medicorum reperies.  
 Satyrium haerba: quam Arabice chastalce uocitat orchis graece: quae uox testiculum enotat: ut obiter uer-  
 ba medicis fusanea & domestica: ab iisdemque pachimeteron: & crassia uti dicitur minerua animaduer-  
 sa: signem appellatur aphrodisia (ut intellige uenerea) uel priapismos: latialiter appellatur uulpis testi-  
 culus: uel leporina ex autoritate Serapionis. primum genus satyrii cynosorchis. hoc est testiculum canis  
 nuncupatur. Est alterum satyrii genus: quod penitus imperiti litteraturae graecicae medici scribunt at-  
 ricismo trifolium uocari cum dicere conueniat utiq; graece triphyllion. ad hoc profedamo. sic enim dici-  
 tur heberudo frigedoq; coeundi releuari equi admissarii satyrio scriptum est. Super qua Plynius haec li-  
 bro uigesimo sexto. Venderem etiam si omnino manu teneatur satyrii radix stimulat: magis etiam si bi-  
 batur in uino austero. arietibus quoq; & hircis signioribus in potu dari equis ob assiduum laborem pi-  
 grioribus in coitu: quod uitium profedamum uocant hoc addatur ueluti coronis & auctarium epigram-  
 matistam satyre a saty hoc est strutho: rutabulo: ueret illa hoc est mēbro uirili dixisse pro libidinari: stu-  
 prare foeminamq; depudicare: Non pridem bononiensium pulpitarius per amēnos colliculos: floru-  
 lentasq; uerrucas: & muscidosq; fonticulos sedēs in anchlintio stipadiq; hoc est sedilli cespiticio: nō tamē  
 sine theseo hoc est Ludouico ghisilardo antiquis moribus: & ut Plaut' ait Massiliētibus & omni uirtute  
 do tatissimo inter nostrates patricos inspexi satyrium herbulam radice capillosa clypeodi figura: ut te-  
 sticulos humanos scriberet repraesentaretq; insignita. In summum candidi lectores: qui nec momo nec  
 liuore stringuntur perpensis & examinatis litterarum mutilatarum confiniis scio iudicabunt non peni-  
 tus asperabilem hanc nostram annotatiunculam futurā.

Augustinum fide q̄ fœdeq; lapsum ibiq; nunquid fœmina sup  
fœtare possit affatim pensitatum incidenterq; Pal  
ladæ epigramma distichon explicatur.



**A**ugustinus litterarum sacratum proculdubio princeps & uexillarius fœdo pudendoq; cœcuta  
uit errore: misereq; & pueriliter hallucinat<sup>9</sup> est: & quod mirius: nō minimum icognibili macu  
la. Iāiā liuidulorum latratulū: ut eleganter inquit Apollinaris cote liuoris acuminatas lin  
guas: quæ utilia est garire sciunt Illud loqui nesciunt exasperari conspicio. Illud subinde & idētidem Ply  
niam euomentes suspendio arborem eligendam: cum in Theophrastum hominem in eloquentia tū  
ut nomen diuinum inde inuenerit. scripsisse etiam Leontinum fœminam constet. exemplo pari hi bal  
terones & subducti supercilii uituperones qui quod ignorant eleuāt: me uellicabunt taxabunt & demor  
sicabunt: qui spreta uiri in omni doctrina tanti eiusdemq; apotheosi obstrigillari tantulus: & indoctus  
audeam. Cæterum relictis: ut inquit Plynus exustionis: his hoīum turbis ad occēpta regrediamur.  
Nos enim ingenue profitemur: nec ut Ciceronianam dictionem usurpem: muginamur atq; tergieret  
samus: quin multa sint: quæ sicut non omnia singillatim nouimus: ita non omnia nescire. Libet i re simi  
li Heraclitia uti parœmia: de qua meminit Aristoteles in decimo libro de animalibus: eam dixisse ferunt  
Heraclitus ad eos: qui cū alloqui eum uellent: q; forte in casa furnaria quadam caloris gratia sedentem  
uidissent accedere temperarunt ingredi enim eos fidenter iussit: quoniam inquit næ huic quidem loco  
dii sunt immortales. Eodem disticho intemperiem horum libitinarum rabiosulorumq; rabularum di  
luam: ut affirmem nostra hæc non nimium nihil esse: quin saltim subsit aliquid probi & iregelli: si cædi  
dus aure nec matutina si mihi fronte uenis. Fuit equidem Augustinus uir magnus & eruditionis inte  
gerrimæ: uerum ut author est Iunius Columella: qui sapientes existimati sunt multa scisse dicuntur non  
omnia. Summi sunt sed tamen homines proinde possunt erraticus diuerticulis cecutire ueritatemq; pro  
tinus relinquere. Non enim semper feriet: quodcunq; minabitur arcus: nec pudor est. ut autor Marcus  
Varro perfecto spicilegio festuculam reliquisse. Coniectare licet inter tot pensiculate & prospiciēter ab  
Augustino relata irrepsisse quid feculente labuculæ. profluentius & latius exorbitauit ut obiter cauere  
istos uilitigatores. Augustini uerba sunt hæc: ut tandem cum re ipsa congregiamur ex quito de ciuita  
te dei uolumine genethliacos: planetarios idest astrologos carpentis. Et in conceptu ubi & unum cōcu  
bitum esse manifestum est tanta naturæ uis est: ut cum conceperit fœmina deinde alterum cōcipere om  
nino non possit: unde necesse est eadem esse in geminis momenta conceptus: Hæc Augustini nimirum  
sententia hoc sonare uidef cæteris præstigiōsis offuciis obiectis: quæ multa sed commētitia ad autho  
rem tutandum excogitari possent: sed omnia commētitia: & uenustula magis: ut inquit Ausonius q̄ fet  
ricula: fœminam nisi unico momento geminos concipere nō posse: quod equidem absonum est: & ab  
surdum: uel eum refutante libro septimo animalium Aristotele: qui nedum fœminas: sed animantia ca  
tera q̄ plurima superfœtare posse confirmat: cuius uerba apposui uti dilucius pateat huiusce rei cogni  
tio ea scilicet: quorum natura superfœtare more leporus recusat: uerum equa nunquam superfœtat. sed  
magna ex parte unum tantummodo generat. At uero in muliere raro quidem euenit: ut superfœtetur  
sed factum tamen aliquando est: qui itaq; longo post tempore sint concepti nihilo p̄fici possunt: sed p̄  
maturius dolorem: quo ipsi & primus fœtus intereat mouent. Iam incidit ut facta corruptione duode  
cim superfœtata puerperia egerentur. At uero si proxime a primo conceptu secundus sit factus: absol  
ui ediq; potest quod superfœtatur: ut quasi gemini nasci uideant: quomodo Herculem & iphiclum pro  
creatos esse fabulantur. nam id etiam cōstitit adultera quædam: quæ alterum suo marito: alterum adul  
tero similem peperit. Delphiclo & Hercule quis non legit: Aristotelicis pene germana in Amphitryone  
Plautina fabula. superiora Aristoteles & plura quæ prudens omitto: eadem referuntur ab eodem quar  
to quoq; libro de generatione animantium. Cartilaginea genera superfœtare idem author est libro sex  
to. Dasipum superfœtare testatur Plynus & Aristoteles libro quarto de generatione animalium. Solli  
pedes nō superfœtant inquit Aristoteles alibi. porro. Discussis & iterato pensitatis Augustini uerbis nō  
proflus a ueritate resiliunt in geminis necesse ait esse momēta cōceptus. Cōueniūt enim Augustini cum  
his: quæ apud Aristotelem libro de generatione animalium quarto scripta sunt: quæ subiecisse fuerit ope  
reprecium. Quæ autem ex his magnitudine presunt: ut homo si alter coitus proxime ab altero accessit  
enutrire: quod supfœtatū est possunt. iam enim id euenisse uisum est cuius rei causa id quod diximus  
est. eodem enim coitu plus seminis emittitur. quo partitū multiplicare conceptū potest: sed raro. quo  
niam uterus magna ex parte ad partum se comprimat. si tamen aliquando accidit ut superfœtetur iam  
enim id euenisse constat: perfici non potest: sed conceptus abiguntur. Verum enim uero non ne Au  
gustini sententiæ reiectaneum est: q; aut Aristoteles aliubi fœminas superfœtare posse uitales esse fœ  
tus: & usque durabiles diuerso momento conceptus genitos cum Iphicli preferat & præterdat exem  
plum & Amphitryonis. Cæterum de conceptibus: fœtus: superfœtationeque hirmo quodam. ecuti  
hoc est. grato diuerticulo diuertere ad partionem ab re non fuerit. Scribunt medici & philosophi illu  
stres gigni hominem septimo mense rarenter nunquam octauo: sepenumero decimo: eumq; esse ho  
minem gignēdi summum finem decem menses nō inceptos: sed exactos hoc idē tradit etiā Menander

poeta u  
stris par  
solet ne  
scriptus  
est octi  
sce palla  
ætepo  
trum: u  
maticu  
cum pe  
nionē h  
ris sente  
Etiam s  
maritæ  
tem & c  
tum ho  
ctum S  
u. e. v. p  
e. r. i. v.  
ti anim  
risper in  
lepidio  
prætere  
Terenti  
res esse  
nati uer  
lantibu  
sam Ce  
ut sol  
cimo z  
ficax' e  
nam ra  
& dog  
calce an  
cluditur  
quient  
dentur.  
recensu  
interfer  
per imp  
uerba n  
es pluri  
nem fia  
pilorum  
sanguir  
ipfarum  
doq; mo  
gnatio  
oris ma  
propatu  
qui mul  
se aureli  
qui oni  
gratum  
disticho  
tam. Ser  
ret. Sic e  
& eam j  
minā pe

poeta uetustior humanarū opinio; uel peritissimus γυνήκει δέκα μῆνας hoc est mulier decime  
 stris parit. Mense octauo quoq; gignere fœminam non prætermisit poeta Cecilius eo uersu comico. In  
 soler ne mulier decimo mense parere: Pol nono quoq; septimo atq; octauo. In Hippocratis libro: qui in-  
 scriptus est περιόροφος hæc leges ἐστὶ δέ οὐκ ἐστὶν οκτὰ μῆνας γένησις idest: est autem & non  
 est octimestris partus. Transeunter & præter institutum in mentem uenit epigrammatis græci huius-  
 sce palladæ γρῆματι γούθυγατῆρ ετεκεν φιλοτῆτι μιγείσα παλαιὸν ἀρσενικὸν οὐλικόν. οὐ  
 δέτερον. significat hoc distichum grammatici filiam peperisse fœtum masculinum: fœmininum neu-  
 trum: Vbi non omnia sunt iocularia uerum subest doctrina penitior & eruditior remotior: poeta gram-  
 maticum illudens genuisse eius uxorem filios refert casibus: quos docere consueuerat assimiles: porro  
 cum peperisse scribat οὐδὲ τερὸν id serio prospicienter & accurate prolatum est. Nec iocue exit de ter-  
 tione hoc est ex ordine ternarii numeri quo filii geniti. sed neutrum appellat: quippe cum ex Hippocra-  
 tis sententia uetus octauo quoq; mense geniti sunt & nō sunt: & quodammodo neutri uocari possunt.  
 Etiam si non constet hunc octauo mense genitū. Nil enim festiua lepiditatis haberet ob solos casus grā-  
 matistæ filium neutrum uocasse. Ad casus quidem palladæ carmen alludens: & ad eruditionem scitio-  
 rum & occultiozem Hippocratis οὐδὲτερον fœtum appellauit esse autem & non esse octimestre; par-  
 tum hoc est quodammodo neutrum esse scribit Hippocrates: Id tam obscure atq; precise tanq̄ aduersæ di-  
 ctum Sabinus medicus: qui Hippocratem commodissime interpretatus est his uerbis enarrauit. ἐστὶ  
 μὲν φαινομένη ὡς ζωὰ μετὰ τῆρ ἐκτρόςιν. οὐκ ἐστὶ δὲ ὡς ὄνισκοντα μετὰ ταῦτα. καὶ  
 ἐστὶν οὐ φαντασία μὲν παραντῆκα σὺν τὰ λυνα μὲν δὲ οὐκ ἐστὶ. idest apparent quidem uelut  
 animala post abortum. Sed nequaquam sunt quippe: quæ statim uita excedant. Itaq; esse quidem tan-  
 tisper imaginantur sed potentia non sunt. In hæc haud ingræte diuertit facturus opere precium si adiecto  
 lepidiori rectorio nouoq; statumine statuminarem & intercrustarem in uersus elegantissimos palladæ.  
 præterea heptamini græcis appellati filii: qui septimo quoq; mense nascuntur. apud Donatum in ecyra  
 Terentiana eum locum emenda: & integrum restitue. Donati uerba sunt hæc. ad spacium quo prægnan-  
 tes esse solent. i. ad mensium dinumeratione. quia & septimini nasci solent: q̄ elegantius & eruditius Do-  
 nati uerba perpendent hi heptimini legent. ita græcis septimo mense præmaturus fœtus genitos appel-  
 lantibus. Cur uerὸ αὐτοὶ hoc est noui mentres filii hodie potissimum nascuntur non δέκα μῆνοι cau-  
 sam Censorinus affert. Cuius ista sententia. quo tempore partus concipitur in utero muliebri necesse ē  
 ut sol sit in aliquo signo. & i aliqua eius signi particala: quem locum conceptionis uocāt. Chaldæi a de-  
 cimo zodiaci decimo a conceptu mense κατὰ τὸ τρᾶ γονῶν idest per conspectum quadratum q̄ quā ef-  
 ficax est sicut etiam cōspectus ille est potentissimus: qui sit a nono signo κατὰ τριπλῶν idest per trigo-  
 nam radiationem hinc nono mense fœtus exortus absolutissimus. Ab his possent Augustini factatores  
 & dogmatistæ ad eius hallucinationem muniendam in suam sententiam prætere id Hippocratis in  
 calce amphorismoz: cuius uerba libitum est ad uerbum subscribere. quæcunq; in utero habent his con-  
 cludit os matricum: hastenus Hippocrates eadem Aristoteles. quod & sup̄ citauimus. Cum igitur in  
 quient prægnanti de subito os matricum occludatur diuerso momento superfœtare nequiquā posse ui-  
 dentur. Respondent medici regent ores exquisitum os matricum quidem occludi nisi tamē subsit causa  
 recens: quæ occlusum aperire nouo illectamento cogat: matrice scilicet collum secundarium uirginalis  
 interfeminei hoc est uulvæ aperiente ad attrahendum sperma naturaliter. De superfœtatione: quam su-  
 per impregnationem uocauit inelegantius medici neoteri meminuit Auicena Phæn libro tertio. Cuius  
 uerba magis quidem eruditiora q̄ elegantiora non puduit est subtexere. parum sunt inter geminos di-  
 es plurimi. Ipsi secundum plurimum sunt ex coitu uno. Et parum contingit q̄ ex coitu super prægnatio-  
 nem fiat conceptio. Nam si fit conceptio fit in mulieribus: quæ corpora tenera habent & suem multorū  
 pilorum: & multi sanguinis propter fortitudinem caliditatis earum & de illis sunt: quæ fortassis uident  
 sanguineæ in imprægnatione: & non curant de eo. propter uirtutem earum & fortitudinem matricis  
 ipsarum: & non abortiuntur cum mensuris: & cum apertione eius. quod emittitur in matrice. Et quan-  
 doq; menstruantur super imprægnationem numero duarum menstruationum. Quod si cadat impræ-  
 gnatio super imprægnationem in non ualde forti & in ea quæ non concipit nisi propter apertionem  
 os matricis suæ non propter fortitudinem suæ matricis: timetur q̄ sit filius primus iam debilitatus. In  
 propatulo & in aperto est quæ sit Augustino refractarius atq; reluctans Auicenna si qui tamen fuerint:  
 qui munimen & latebram Augustino quærant hi dicant q̄ rarer fit & pene nunq̄ fieri præsuposuis-  
 se aurelium. Fortassis Augustinus de his intellexit cum ait eadem sunt momenta conceptus ingeminis  
 qui onico conceptu nascerentur ut nec utiq; loquatur uniuersaliter: sed particulariter. Addas hoc non in-  
 gratum auctarum a tempestiuitate noni & decimi mensis parcis esse indita nomina: quæ a partu per an-  
 tistichon nominatæ sunt: nona & decima. Cesselius tria nomina parcarum dixit nonam decimam mor-  
 tam. Sed homo minime malus cesselius mortam quasi nomē accepit cum accipere quasi μοῖρα δε-  
 bet. Sic enim maculosus codicē emēda Gellianū li. 3. ubi nō μοῖρα hoc est parca uerū merā nihili uocē  
 & cām puulgati<sup>9</sup> exēplar hēbat. xi. mēses κατὰ τὸ τὸ τὸ ελῆ parcere pōt. plyn<sup>9</sup> li. 7. 13. mēses tulisse fœ-  
 minā partum testatur apud quem nulla sunt stata partionis tpa. Augustino partunda partui p̄fecta dea.

apud quem Vagitanus li. 4. de ciui. dei siue uaticanus ut autumat Gellius deus est: qui infantium uagorū hoc est uagitu præfideret: & cūnina dea quæ cūnas eorum administrat. præterea cūnina mos romanis peccatis eēt uti infantē nuperrime genite in humo collocaret: & uestigio leuaret deā leuanā uenerabant quod eo Ouidiano uersiculo significatū est. Tactaq; nascenti corpus hēret humus. hāc rē signasse Plynium arbitramur natu. hist. li. vii. hoīem tñ. nudū & in nuda humo natali die abiicit ad uagitus. statim & ploratum. Itidem Diuarumina perat uti māmā paruulus immulgeret. Diua potina poties exhibebat. Diua edulica escam ministrabat. In digestis de solutionib; & liberationib; in pbatulo quod ē & ante pedes: inuenies apud iuriconsultū quinq; iuxta sniam Aristotelis posse scēminā parere Iulianū forte cuius tot sint loculamēta acceptabular: capsularq; uteri. At qui libuit: ut Plautus iquit: ad hanc obicē cōmoratū meminens Angeli Politiani nō mediocrē: quod tū pfata manium reuerētia dictū sit: incuriā ne dicā isci tiā. Nō enim meū est cum larua colluctari: nec obluatari cinefacto synchronismi nostri cōsummatissimo haud ingratis in hęc deflecti & pperationi meæ modicū interuixi ne Angeli cōiectura credulā posteritati impostura pcliui imponere. Ex bucolici ludicri quarta ægloga uersus hi sunt postremissimi. Incipe parue puer cui nō risere parentes nec deus hunc mensa dea nec dignata cubili. Deū genium intelligi qui nos natos fouet nutrit & amplexat naturæq; parentē deum: quem græci uocant eudemona cōtēdit Angelus deam Iunonē cubili presidentē: quā obrē cubā uocatā: Ad hęc Donati uerba aduocat huiusmodi Initiabant quidē pueri cibo & potu: at quidā sacris. ubi ita legunt apud Varronē initiari pueros edulicæ & poticæ & cube diuis edendi & potādi: & cubandi: ubi primū a lacte & a cūnis trāserūt: quod Virgilius sequutus ē nec deus hunc mēsa dea nec dignata cubili: hoc aduntatū Probus. huiusmodi Donati uerba sunt reiectanea Politiani sniæ: etiā si nō edulicā & potinā ut Augustinus sed eduliā & poticā uocitat mēdoso uti arbitror codice: qđ de mēdis in codice fere pullulātibus haud difficulter credēt eruditi. At hęc Donati sniā nō Angelū: sefellit. Cæterū cum pbet edulicā intelligi posse cum Virgilius inquit: nec deus hūc mensa nō annotauit quo fulcimine: & litterato opitulamine possimus deum quoq; edulicam uocare: quod nos haud aconiti hoc ē nō sine difficultate. iugi lectione cōperimus. Maronianum carnē edulicā signare dubiū esset: quo nā pacto deum intelligerēt deam eduliā: quod Donatus inuit nisi cēseas corrigēdū apud Donatū esse initiabāt edulio & potinæ. Succurrit sciētē & exquisitū deū pro dea intelligi posse quippe referēte Setuio æneidos cōmētario sexto αρενοβιλαισ hoc est mares & scēminas eē deos & Citat uetusti poetæ: carnē cenerē in hanc sniam deū uocantis. pollentēq; deū uenerē. Quid nō potuit edulicā maro nomie arsenico hoc est masculino nūcupare: qui uocat allecto ex septimo æneidos hoc hemistichio. i. dimidiato uersu. Nec dextræ errati de; abfuit: Barbatā uenerē lacædæmōios coluisse suffragant græci scriptores & Ausonius hisce uersibus ex græca litteratura delimitis barbatā uidit uenerem lacedæmone pallas his neutiq; discrepat: quod Plutarchus affert inter cætera. fortunæ cognomenta uiscatā pusillā: fortē conuertentē bene sperantem uirginem: masculā & barbatā quoq; nūcupatā a uetustis. Idem in apophthegmatis authorē laconas uenerem armis præditam coluisse atq; deos esse omnis & scēminas & mares quoq; lanceas habere faciunt tanq; omnes bellicam uirtutem habeāt. hoc orpheus effari uolens tali uersu sic cecinit. ζεϋσ αρσην. υ γενητό. ζεϋσ α. μ. βρομοσ επλεσ ρυ. μ. Lu. Ut hac appendice te magis remittam onustum locum Marci Catonis emacula in libro de liberis educandis & consequenter marcelli citantis eum. Cum primores cibus & potioni initiarent pueros sacrificabant ab idibus edulicæ & potinæ: quæ omnia extrema mendose circumferebantur. obiter his adiungas uelim & hoc scētam scēminam in μαλακία constitutam hoc est ea mollitate: quæ partum antecedit: quam Lucretius pellaciam appellauit: stomacho relaxo: fastidiēt: atq; resoluta uaria appetere: & ex appetitis: quæ magis & impendio uelit seligere nescire: quod ex picæ uersicoloribus pennis: & diuerso colore uarietatis picare latorialiter efferemus. Super qua re ex libro septimo de annalibus hęc Aristoteles. Solent appetitus uariū grauidis euenire: citoq; cōmutari: quod picare quiddam a pica aue denominant. haftenus Aristo. Siue q; huiusmodi auitium partitūdini propinquum esse terra consueuit: appetitu quodam moroso & omnino. Græci κίτταν & indiscriminatim κισσάυ dicunt hinc amoris appetentiam uariam nos significare uolentes: & ex appetitis eiusdem & lectionem nullam edilio nostro ita cecinimus.

Mira puer recitas insomnia quid sit amare.

Nosse uelim: noui si bene κισσάυ erit. At hinc tandem ad cætera: quæ sperant. Superadde prius ne quid quod usquam deprenderim omittam: Cubam fabinos uocare eam quam militares lecticam: unde uidetur deriuatum esse cubiculum. Pompeius author.

De missionum generibus: Apuleiq; locus explicatus contra omnium haftenus sententias.

**V**icium Apuleiū madurēsem florētissimi stili nitidissimiq; characterismi fuisse sidonio credimus: atq; fulminei: quem Platonice eruditissimum Augustinus de ciuitate dei libro. viii. indicat: cuius opinamina & sententias æmulabundus non pauca Platonicè ptulit. At is aureus liber: & bracteat; quē nō geniū: quā nō hēt charitas: multiugis tñ mēdis scatet: & ob isci tiā nescias an incuriā æui nri repudiat; ab hisce triualitiū sæculis sæculētis sordescit apud uulgus idies: cui; p̄ociniū nri erit: q; politiores eruditiōis iāpridē p̄fessores sum;. Et; metamorph. li. 4. uerba sunt hęc. Rebar enī meū

prosus

prus e  
ptotyp  
ner ad  
rina est  
tius sig  
diffiter  
lustrifi  
gatus  
nia: ign  
poris n  
uitur. C  
aduerse  
eogitur  
condit  
ex caus  
sationē  
oibus  
noscan  
fatio. S  
ctus in  
tione r  
dari sei  
nus q; t  
Causa  
causio  
stius it  
us apu  
bo. et  
haud i



cabulo  
compe  
resign  
sentati  
est: ne  
nius &  
mosen  
alii nei  
Iumer  
hęc di  
na sint  
frutice  
& in c  
liculu  
limite  
sam n  
histo. l  
opere  
dere &  
debere  
culos  
ticular  
dodap  
sa dicit  
ab Ho.

præsus exanimatū ac debile mereri cause remissionē ppenſis uſq; dictionū cōſiniis: cōiuratis: cōpoſitisq; protypis ſcripturæ ſidelioris: quos libraria Bononiēſis opulentiffima: florētiffimaq; diui Dominici retinet adhuc i quibus nō mereri cause remissionē. uerum: morti ſuccumbere: legiſ: quæ lectio quidē ad ultima eſt: uerum ad probiorem atq; caſtiorē præbet anſam cenſui nō cause remissionē: ſed quod elegantius ſignificantius & eruditius: cauſariā miſſionē ſcribi debere priori uocabulo diſpuncto penitus: qd̄ ne diſſiteri poſſint obſtrigilatores: ſi qui fuerint: & refragatores incōmodiſi iure conſultus Vlpianus & Illuſtriſſime & graphice ſexto lib. ad edictū explicat. Marcianus quoq; digeſtis de re militari fuſius & euagatius: cuius ſciſſima eruditiffimaq; uerba ſuppoſui. Miſſionū generales cause ſunt: tres honeſta: cauſariā: ignominioſa honeſta eſt: quæ tempore impleto militiæ datur. Cauſaria cum quis uitio animi uel corporis minus idoneus militiæ renunciat. Ignominioſa cauſa eſt cū quis propter delictum ſacramentū ſoluitur. Quibus uerbis iſſectere potes & deducere dici cauſariam miſſionem: quæ exhibetur ob ſiniſtrā & aduerſam ualeitudinem qua Lucius in induuias aſinales commutatus eſt: ſimplicitus dū more non ſueto cogitur tam ſpacioſam uiam præterire. In hac ſignificatiōe cauſarii milites dicunt a Liniō in. 7. ab urbe condita lib. ualeitudinis ſiniſtræ cauſa miſſi. Liniū uerba ad hanc ferme ſeriem ſe habent. Tertius exercit⁹ ex cauſariis ſenioribusq; a Tito quinto ſcribat: qui ubi mœnibusq; præſidio ſit. Palladi⁹ libro primo: cauſationē inualitiem quandā & ægrimoniā appellat potiusq; morbi cauſam ſic ſcribens. Sed quia ſolet his oibus ad ſpēm cuſtoditis occultioſiorem noxā teſtior ſeruare natura: ipſam quoq; ex incolatū ſalubritate noſcamus ſi fauces bibētū puræ ſunt: ſi ſaluo capite in pulmonibus ac thorace: aut nulla eſt aut rara cauſatio. Spartianus in hadriani uita cauſarios. dixit pro ualeitudinariis eius uerba ſunt hæc poſt hæc profeſtus in gallias oēs cauſarios liberalitatibus ſubleuauit. Tranquillus ni fallor: de cauſariis in hac ſignificatione meminit Plynioſ natu. hiſto. lib. 25. ſonticos & ualeitudinarios intelligere uolens ita ſcribit. Verat dari ſenibus: & puetis. Item mollibus ac ſcæminei corporis animæ ue exilibus aut teneris: & ſcæminis minus q̄ uiris. Item timidis aut ſi exulcerata ſint præcordia uel tumeant minime ue ſanguinē excreantib⁹. Cauſariis uel latere uel faucibus. a cauſa uel a uerbo cauſor q̄ ſiniſteritatem ualeitudinis cauſati poſſunt: cauſor & cauſariæq; miſſionis inclinamētum ſit a quo uerbo cauſatius pro eo quod eſt excauſatius honeſtius iſſectis uel a plynio in epistoſa uolumini ſuo præpoſita. Itidem non diſſimili ſignificantia cauſatus apud Apuleium leges. li. 3. floridoſ libro etiam conſcripto plenius gratias cauſatiusq; libro mandabo. etiam ſi ſcribant inibi capaciſ non pauci. Volumina promiſcua canati⁹ adhuc ſeruant: quod iamē haud improbo: uti canatius dictum ſit pro eo quod eſt reſonātius: & altiloquo canore.

Quæ ſint Roſæ laureæ obiterq; Virgilio  
carmen examuſſim Diſcuſſum.

**A**Pulei pariter uerba ſunt hæc ex. 4. li. At ne cōuallē quidē uſpian: niſi tū ripæ flumiatelis marginem denſis arborib⁹ ſeptam uideo. eæ arbores in lauri faciem prolyxæ foliatæ i modū: floris i odori porrectos caliculos modice punicat̄is: quos equidem fragrant̄is minime ruſtici uocabulo uulguſ indoctum roſas laureas appellat: quarumq; cuncto pecori cibus letalis eſt. Exploratiſſimū compertiſſimumq; habeo nō a triualibus ſemitariisq; profeſſoribus: uerum a litterarum apicibus & aſignanis heſitati tallipedari ruminantibus & recogitatibus quæ ſint hæc laureæ roſæ: quæ medela: præſentiam hominibus. Cætero belluinis uenena: præſentaria ſint. Nobis: omni: quod aiunt. pede ſtandū eſt: ne quid torta poſteritas indaget: quod integrum & abſolutū opera noſtra reddi poteſt. Sed uti plenius & apertius intelligas operepretium erit Plyniana uerba eadem pene contexere. Sic enim ait in deci moſexto libro natu. hiſto. & quis herba ſabina dicatur rhododendron: ut nomie apparet a græcis uenit alii nerin uocarunt alii: rhododaphnen. Sempiternum fronde roſæ ſimilitudine. Caulibus fruticosum. Iumentis capriſq; & ouibus uenenum eſt. Idem homini contra ſerpenta remedio. Porro q̄ diſparata ſint hæc duo uerba Plyniana caulibus fruticosum ab Apuleianis notis lector candide cū cætera pene gemina ſint: & q̄ maxime germana. Videtur enim ſignificare Plynioſ iſtud rhododendron caulem foliatū fruticosum habere uel inde frondeſcere: & tamen ſi apud Apuleium prolixè pro eo quod eſt undicumq; & in caule & in cacumine legas non ſentit cum Plynio Apuleius quippe cum hic tantum nū Plynioſ cauliculum fruticosum atq; ramuloſum eſſe rododendri ſignat. Siperofi prolixè capis pro eo quod eſt ſublimitem & alte manifeſtario diſſidio diſſentaneaq; ferme antipathia deſciſcunt authores. Noſtri enim cauſam nuncupatim a Plynio truncum arboris intimum dici in quam ſententiā idem in undecimo natu. hiſto. libro ſcribit locuſtam in ſpina cauli inſixa oua generare. Ab eodem decauleſcere uerbum prolatū. operepretium erit ergo adhibita trutina & acri iudicio ſuſpendere utriuſq; uerba: & eoſce cōcordes redere & unanimes: quod fiet ſi apud Plynioſ pro caulibus calicibus leges nec ſecus uilitigatores legi debere rumiferant. Calices enim rhododaphnes Plynioſ intellexit eos flores quos noſter Apuleius caliculos appellat. quia preſſula ſunt rotunditate & ſimillimi calicibus fundo anguſtioribus: & ab initio lenticulari figura tubo: coloq; ſimili caliculatimq; patulis. Roſam lauream Lucius nuncupat: Plynioſ rhododaphnen ραράνωδα. ad libellum & ad uerbum ex græca litteratura diſtione deſſexa ροδος eni roſa dicit inde ροδάριā roſariū uocatū ροδάρακτύλαος η ωσ hoc eſt aurora manciolas roſaceas habēs ab Homero dicitur eo q̄ ei aculetur radios flāmigantes: qui digitos roſeos amulantur. Rhodimum uo-

cat oleum **P**lynii historiae natu. lib. 15. ex rosis factum scilicet & copactum  $\lambda \delta \phi \rho \eta$  laurus. Vnde nome  
 commetium de puella apolline dilecta daphnosa Martiali ceteris. Rhododendros appellat ueluti at  
 borea rosa uocites quippe cu grecis  $\lambda \epsilon \nu \lambda \rho \sigma \kappa \alpha \iota \lambda \epsilon \mu \lambda \rho \rho$  appellat arbor ex cuius uocula iucunda  
 lo diuergio picus ex auitio notissimus  $\lambda \epsilon \mu \lambda \rho \kappa \omicron \lambda \alpha \tau \eta \sigma$  appellat cu atticismo  $\kappa \omicron \lambda \alpha \tau \omega$  pro ferio di  
 cat: qui qm sepicule & idetidē quercu tūdit  $\lambda \rho \upsilon \kappa \omicron \lambda \alpha \tau \eta \sigma$  & dicit hinc Plautinū illud ex iis in afinaria  
 sed qd hoc q picus ulmū rudit: Nō temerariū est. Adde p orientale plagā itinera Alexandri recēsentem  
 Strabonē de rosis laureis nō tacuisse erat arbor inquis lib. 15. Lauro similis: qua gustata iumēta oīa cū  
 spuma in morē comitalis morbi emoriebant. Spina quādā fructibus siue frutibus ī terram fufis quē ad  
 modum cucumeres erat succo plena cuius aspergines ī quodcūq; aīa incidissent id oculis excācabāt ca  
 piebantq;. Hāc Strabo lib. natu. histo. 21. rododendron Plynii hisce uerbis noīat. aliud genus in eodē  
 ponti situ uiget ex ānona mellis qd ab insania quā gignit mānomenō uocāt id existimat cōtrahi flore  
 rododendri quoq; scatent siluā. Fruticosum: quod pene prāterii caulib; si lectionē uulgariū exēplariū  
 pbamus: posset a Plinio nūcupari rhododendron: ex Strabone: qui ait: spina fructibus in terrā fueris. a Ply  
 nio quoq; de rododēdro fit mentio li. 23. Cōsonus his suffragatur: subscribit: succinitq; palladius: aduer  
 sus inquis mures agrestes. Apuleius asserit semina bubulo felle macerāda anteq; spergas. Nōnulli rho  
 dodaphnes foliis aditus eorū claudunt: qui rosis his dum in exitu nitunt intereunt. Nō cituz nec aliā ar  
 borem in. 2. lib. georgicon intelligi disceptant neoterici non infra classē: sed capitecensi. Ceterum rho  
 dodendron matone hisce uerbis significasse: quo prāsarum  $\lambda \iota \sigma \omega \lambda \iota \alpha$  hoc est graue olentia leuetur.  
 Media fert tristes succos tardumq; saporem Ipsa ingens arbor faciemq; simillima lauro  
 Felicis mali quo non prāsentius ullum Et si non alium late iactaret odorem  
 Pocula siquando saua infecere nouerca Laurus erat: folia haud ullis labentia uentis  
 Miscueruntq; herbas: & non innoxia uerba Flos ad prima tenax: animas & olentia medi  
 Auxilium uenit: ac membris agit atra uenena

Ora fouēt illo & senib; medicant anhelis. Rosas laureas maroniani uersus indicare uident: & nō iudi  
 care uident: & nō iudicare hoc cōuenit cū rododendro q inquit in media gigni. Antidotum & Alexi  
 pharmacū esse cōtra uenenata catapotia: & nouercalia potoria: & id similiter cum rhododēdro con sen  
 taneū. Cōuenit q est facie simillimū lauro: & q folies frōdib; hyeme neutiq; deciduis: sed ppetuo uirēti  
 bus ut fortassis plixē pro diu: & durabiliter & perpetue dixerit Apulei. Id Refractariū est & dissentis q  
 inquit ipsa ingens arbor cum p humū ex Strabonis autoritate rododaphne repat: qd & Plynii indicat  
 uidetur. Eo pariter malū assyriū a rosa laurea differt: & oppido dissentit: q inquit odorē iactare quip  
 pe cū lucius esse inodorum: ostendat Id dubium & ambiguū quoq; an aīa & olentia mēdi ora fouēt  
 illo. Hāc satis superq;. Vereor enim ne lectores studiosos offendam quos reuereor. Ne ex laconismo in  
 loquaculum idiotismon sermonem moleste deriuans cetera lecturientes immorer.

Examine pensiori scrutiniq; scrupulosiori quid sit bonus euentus enarratum.

**E**iusdem ab his nō lōgule diffita uerba sunt. Tūc inuocato Hylaro atq; Prospero eūētū cursu  
 me cōcito pripio: q plurimi ex pres eruditōis alloquor  $\pi \alpha \chi \upsilon \lambda \omega \sigma$  & crassa quod dicit mier  
 ua quorū ingeniū ut falsum apophthema est apud Lastatiū cimeris attritib; inuolutū quorū  
 mētes amētes sunt (ut ait Augustin) qui oscedine quadā semisepulti ueluti per nebulā cūcta despiciētes  
 nō dispiciētes hallucinant sic interpretantes euentū successum rei: qd ante theognium: ut Lucili inqt nul  
 lus ignorauit porro ego repperio iugilectione cōtinētq; indagatu Romanos euentū deū coluissent p  
 ennitate foelicissima p eū oīa nobis psparent fortunarent & foelicitarent qm ue colebant semp & pra  
 cipue quotiēscūq; pspere & auspiciatissime nobis oīa puenerēt. Plynii lib. 36. uice numini bonū eū  
 tum cultū significare uidet. hisce uerbis. Rome pratu utelis opa sunt. flora triptolemus ceres in hortis  
 seruilias. Boni eūētus: & bonae fortunae simulacra in capitolio. Quis nō uidet bonū euentū Varronē si  
 gnificasse in re rustica libro primo: cum sic inqt. Item aduenerōt mineruā & uenerē quae uni<sup>9</sup> procura  
 tio oleti alterius hortorū: quo noīe rustica uinalia instituta. necnō etiā precor lymphā ac bonū euentū  
 qm sine aqua oīs arida ac misera agricultura sine successu ac bono euentu frustratio est nō cultura. Deū  
 nimirū esse indicat cum ita subsequit. his igif deis ad uenerationē aduocatis ego referā sermones eos. in  
 hanc sniam pedibus ire uidet & Donatus in ecyra fabula in eius interpretamēto loci. hunc iudere semp  
 optamus diem. cum ex te esset aliquis: qui te appellaret patrem euenit habeo gratiam dis. Inib. Donatus  
 ad hanc sententiam scribit: Euenit: proprie euenit ideo & Bonorum euentus dicitur: id est possem de eū  
 tu plura: sed hāc affatim satis & super.

Quid oculus Iustitiae & de Ieroglyphicis  
 nonnulla nec fastidienda nec inscita.

**E**cius secūdo: tertio quoq; libro ait hāc solis & iustitiae testatus oculū. quid eruditionis pen  
 tionis & intercutaneae pra se ferre uidet oculus iustitiae: & qua nam causa memoretur a Lucio  
 pauci sunt qui nouerint. Ego publicitus a Bononiensium senatu inter professores humanita  
 tis ascitus plausibiliter & fauorabiliter interpretatus sum: hoc scholastici ferre omnes haud ignorat: mu  
 tuatorū Diodori snia libro quarto interpretamento: qui Ieroglyphicas hoc est aegyptiorū sacrosanctos  
 apices:

apices: q  
 nis esset  
 poris in  
 sculo ut  
 brosci  
 uolens e  
 tantes fr  
 ptili ma  
 & perspi  
 runam c  
 tatur in  
 ra uanis  
 non eni  
 signific  
 minis o  
 ferme o  
 codilus  
 naticate  
 certum  
 rent int  
 tatem a  
 mo libe  
 it Appu  
 porrecta  
 aptior q  
 liberali  
 profert  
 sermor  
 densis  
 arduus  
 & arme  
 Qua si  
 numera  
 ni Plyni  
 exaudie  
 & Maci

**E**

est must  
 dauerol  
 uis scissi  
 sum: qu  
 ab eo qu  
 re: subl  
 longū c  
 terranei  
 niens ac  
 rus apu  
 mustell  
 id genu  
 terA rist  
 regular  
 nulam  
 haci ret  
 Compe



apices: quos Apuleius de asino aureo libro nouissimo uocat ignorabiles: quippe cum nephas sciri profanis esset emetiens atq; recensens: inquit ieroglyphicis utiq; litteris oculū iustitiæ seruatore: & totius corporis interpretari custodem huic geminum ferme & cognatū memini legisse ni fallor græcanico opusculo ubi ieroglyphici describuntur apices. ergo igitur callenter & obseruanter rituales ægyptiorum libros scius Appuleius & harum præcipue litterarum utpote qui de his quædam alibi tradiderit significare uolens eum quem ægyptii ieroglyphicis describunt iustitiæ ocululum quem sculpsit ipsi iustitiam denotantes frequenter subinde identidem & sapicule nominat oculatam iustitiam quam ita fistuabant sculpsit marmoratione linearumq; figura megalographiaq; quippe una ea proba improbaq; lynceo obtutu & perspicabili acie cuncta conspiciente & conspecta librata quemadmodum ex aduersim ex oculatâ fortunam quæ nullum bonarum quemadmodum malarum rerum discrimen habet. Cæteræ ne quid omitatur inerti steriliq; properatu de litteris hisce ignorabilibus pauca dicendum. Sunt ægyptiorum litteræ uariis animantibus extremitatibusq; hominum atq; instrumentis sed præcipue artificium persimiles non enim syllabarum compositione aut litteris uerba eorum exprimuntur sed imaginum formarum significatione usu memoriæ hominum tradita. Scribunt quidem accipitrem crocodilum serpentem hominis oculum manus faciem & cætera huiusmodi. Accipiter rem denotat cito factam: quoniam hæc aliarum ferme omnium auis sit uelocissima: Transfertur hæc notatio ad domesticas res quæ uelociter fiunt. crocodilus malum significat: dextra manû digitis passis liberalitatem designat: sinistra uero compræssis tenacitatem atq; auaritiam. Eodem modo & cæterarum corporis partium figuræ atq; instrumenta aliq; certum notabant: quæ memoria hominū lōgo usu ac meditatione obseruata uestigio quid ea exprimerent internoscerebant. Hæc ex Diodori libro quarto. Cæterum mirati nō desino sinistram manum paritatem auaritiæq; denotare de sententia Diodori, quæ Lucio Appuleio libro metamorphoseon undecimo liberalitatem significat. Vti duorum scriptorum dissidium repugnanciamq; dissensionem iudices libuit Appuleiana uerba substituere. Quartus equitatis ostendebat inditium deformatam manum sinistram porrecta palmula: quæ genuina pigrizia nulla calliditate nulla sollertia prædita uidebat æquitati magis aptior q̄ dextra: Verum qui cuperet authores consonos & concordēs efficere æquitatem distingueret a liberalitate. Ieroglyphicas litteras his pene uerbis delinuit Appuleius & descripsit. De operis adyti profert quosdam libros litteris ignorabilibus prenotatos: partim figuris huiusmodi animalium concepti sermonis, compediosa uerba suggerentes: partim nodosis & in modum rotæ tortuosis: capreolatimq; cōdensis apicibus ait curiositate profanorum lectione munita. has ignorabiles litteras describit ardens & arduus poeta Lucanus his uerbis: Nondum fluminea memphis cōtexere biblos: quas feras uolucres & armenta siliceo sculptu figurasse scribit cum ita cecinit: pictaq; seruabant magicas animalia linguas. Quæ fuerit Appuleio causa quod ut suscitabulum cum oculo iustitiæ & concertatim & solis oculū cōnumerare hæc est quoniam multioculus est & perspicuo lumine cuncta de cælo contemplari atq; rima in Plynijs libro. 2. naturalis hist. signat his uerbis. Sol est placidus: eximius: omnia intuens: omnia etiā exaudiens: ut principi litterarū Homero placuisse in uno uideo eo quem. mūdi mentē atq; aīum Plyni⁹ & Macrobius appellauerūt quæ a coruscamine fulgido: splendicantiq; fulgore phaneta græci nūcuparūt.

Quid hallucinatū sit & quatinus in uerbo mustelluatis Apuleiano.



Non hebetiori indiget indagatu Appulei uerba quæ hisce paululum anteunt. Sic in modū supbi iuuenis adoni uel mustelluatis pipletis laceratus: atq; discript⁹ Cui pene discholo amuso: & a litteris extreme retorido tabernaria non uidetur & pene mostrosa huiusmodi uerba eruditi q̄ plurimi cēsēt quemadmodū re apse est maculosum codicē substituēdū; esse hoc sub uite p̄ eo: quod ἀπειροκαλωσ̄ ifrōte in obseruāter: & iedulcate scriptū est mustellatis peplos laceratis atq; discriptis domo proturbor. Hoc pene sensu telephronem iuuenis caclauerosi custodem a philopospoto: quod utiq; nomen: amatorem dñæ resultare uidetur: cæterisq; cōseruis scissilibus induculis: atq; uestimentis articulatim frustulatimq; deruncinatis: atq; discriptis esse repulsum: quæ uestimēta mustellino colore fuerāt ifecta. Mustellatū colorē nō sequorē: neq; diuersū cēsentes ab eo quā mustellinū Terētī⁹ appellat uti peplos mustellatos appellet mustellæ color coloratos: q̄ subluere: subliuidus: subphænice⁹ & subruffesce⁹ est. Mustellā ueluti murē p̄ductū & lōgū uocitatā. Telon enī longū dicitur iterptat Serui⁹. hæc græcis γὰρ λέγεται Dirum animal: sex cauernis & hippogeis hoc est subterraneis cauis serpentes extrahens & conficiēs: in apsimachia hoc est principio dimicationis ruta se munitiens adeo natura: ut obiter Plinianis uerbis utar: nihil uoluit esse sine pari. Itidi mustellæ: quā Theodorus apud Aristotelem lib. 2. de animalibus uiueram interpretatur genitale osseum inest. Ibim: coruum: mustellā ore parere opinatus est antiquitatis omniūge cōsensus. Ouidiusq; ex Anaxagoræ cæterorūq; id genus scriptorum naturalium sententia: quos affatim: abundantissime: redundanter: atq; superfluentem Aristoteles reprobatur uolumine de generatione animalium. 3. Ad hoc obiter annota mustriculum eē regulam in qua calceus insuitur: quemadmodum cognato: germanoq; significato tentipellium machinulam uocitarunt cuius tendore: explicatiliq; mechanemate pelles in pellesuina pelliones explicant trahaci retractu. Cæterum superuacaneis & superadiectis his antatis omiſſis: cum re ipsa congregiamur. Competissimū est pepulum regillam esse: præciosamq; uestem: quæ præcipue consueuit uti pallas. Hinc

ex æneidos lib. 2. id maronianū exit. Crinibus iliades passis:peplumq; ferebat. Fluxuris & delitiis utiq; seruiens est apud Homerum peplum: quod euiratis:eneruatis:atq; resolutis phrygibus satyrico quodā mortu tradit. cū eosce scilicet helcesipeplos appelleret:hoc est peplu trahentes. Homericus hic uersus est. ΔΙΔΕΟ.ΜΑΙ ΤΡΩΑΣ ΚΑΙ ΤΡΩΑΔΕΣ ΓΛΕΣΙΠΕΠΛΟΙΣ. quem uersum: uti satagens & per properus itidem profum. Tullius aduocat sapienle: & identidem Cæsarem liquido & prospicuo taxans & uellicans: quem caudatam uestem:& quod simachus improbauit puluerem cōmouentē induisse; frequentissimeq; gestasse tranquillu annotauit:proindeq; syllam dixisse puerum male præcinctum cauerēt:& tunicis dimissicis:ut obiter plautinum uerbum usurpem notabilem. Refert Macrobius Ciceronem facetosum le doriis & urbanitatibus prescatentem interrogatum cur in eligēdis ptibus errassent qm̄ inquit præcictu ra me decepit. Hæc haftenus neoterici non pauci constanter & contumaciter approbant quos ex igeni ingenui candore compertum habeo meam sententiam:nam & ea probior est haud agre trāsituros esse nisi:ut dici solet φλαυρία his glaucoma scotodiniāsq; ob oculos obiciat uti sua amēt sine riali qm̄ ut author est Auonius diligimus:& ut emphaticoteron dicam amamus & neuulos. In emaculatissimo co dice:desprecabili erudato:& ad æquilibrium sincerissimo cuius mihi sititori nouitatis copiam fecit Cæs ar professorum haud sane ineruditorum qui publicitus ferrariæ igenuas artes profitentur:in eo ita scri prum repperi. Sic in modum superbi iuuenis adoni: uel musæ uatis pimpeidos. quā lectiōne plausibili ter excæpiatq; gaudialiter & hylaribunde:profus eam sinceram:puram:& genuinam asserens. Dispu stotioq; obelisco cætera censens eradenda Quid hac scriptione comparationi conuenientius:atq; cohæ rentius:in modum adonis laceratum sese:cum prius & orphei dixerit. Adonim a marte in aprum com mutato necaru hominem exisse scribunt eruditi: cuius impetum fulminei dentis:obliqui:& arcuatim falcati fugientem protinus uenerem dumeta calasse. Rosamq; ex eius cruor̄ genitam. Non me preterit hoc ab aliis secus memorari. Cum fecisset adonis mentionem conuenit & de orptheo:qui q̄ tractum po pulis fuit author amorem in teneros transferre mares:citraq; iuuentam ætatis breue uer:& primos car pere flores a spretis ciconum matribus artuatim:frustillatim: membratim & articulatim & minutatim deartuatus est. Quod tñ inuentum. p̄postera libidine. sabuti:thamyre fuisse sunt authores idonei. Nihil hoc codice sincerius:& erudatius sensutali. ego in modum adoni laceratus:atq; discerptus in modum uatis uatis hoc est orphei:musæ pimpeidos sub intellige filii:græcis scriptorib; cōsuetudinaria: solitaq; figura. uti sic inquitur octauius Iulii & filium subintelligas:quod redundanter & superfluenter appare bit græcis uerbis:quæ cōmodum subiungemus. hac graphica lepidissimaq; elocutione scatēt eruditilla tialis:& erotundati eloqui:qua figura loquēdi uerbis hisce Suetonius utitur i Julio Cæsare:& si maculo sa sint exemplaria peruulgatiora. Rhodum secedere statuit & ad declinandam daret. Plutarchi in uita cæsa ac requiem Appollonio molonis clarissima tunc dicendi magistro operam daret. Plutarchi in uita cæsa tis hæc ad hanc sentētiā cōmodissima uerba sunt. Syllabarum partium uiribus:cum domum ab ami cis uocaretur rodum nauigauit:ubi per ocium Appollonio molonis:unius etiam auditor erat:operā da ret. Nil ex Tranquilli codice imutassē nisi in græco Plutarchi codice μολωνός legeretur idest molo nis. Appollonium malacum & molonem dispares & distinctos Strabo refert li. 14. ut Appollonii id æta tis rhodi litteras profitentibus: pater fuerit molo. Cur molo dictus sit Strabo Apollonius & molo d; stinguēte particula & dimetiente legimus apud eundem authorem Tandem ad ocepta regrediamur. quaternus est casus hoc est genitiuus pimpeidos:& ad musam calliopē referas ex qua genitus orpheu plimpeidos prolatū erit ueluti castaliæ dicas & heliconiæ. græcus est casus ab eo:quod est pimpeis pi pleidos. Sunt qui pimpeii legat & aduatis uocabulum referunt uti plimpeium uatem orpheū uociter ex amussim & ad libellam quippe:cum apud pimpeida ab calliope nutritus sit & genitus:quod argona ticon libro primo uersibus his Apollonius indicat.

πρωταυνο ορφιος μνησώμεθα. τόν πατόταυτη

καλλιότη ορφηκι φατίξεταί ευνήθεισα

οιαγρω σκοπινσ πιαπληιδσ αγχι τεκεσθαι

hoc est. orpheamum primum uersu propiore canamus:

quem prope colliculos peperit pimpeidos alma.

Calliope cæagri cōpressu & semine threcis Apollinii glossulatii de pimpeide nō indigna relatu referunt:quæ subscribere libuit πιαπληιδσ χοριόν κατά πιαπια. οιδεορόσ θρακησ Τιδεκρηνην και κω μιν της πιερίασ. latialiter tumultuario proparatu occupatissimoq; noctifurgio ita transtulimus. pimpe as locellus iuxta pieriam. alii autem fontem & pagum pieriæ. Ianosa de consilio chironis in expeditio nem colchicam deduxisse refert Apollonius orpheum ut eius mulcimine melico: & mellifludenti ne stareoq; fidicinii causatus affamine sirenas ipsas demulceret. Sunt autores:qui scribant philemona nē Orpheum dixisse. hæc ita scitius & gratius dicunt hellenismo ηρωδωροσ δυο ειμαι ορφεισ φησιν αι τομ ετερον συμπελευσαι τοισ αργοναυταισ. φερειδης ευτη. στ. φιλαμ. μων αφσι. και ο υκ ορφεισ συμπελευκεναι. ειναιδε ορφεισ. κατα μεν ασκληπιαδην απολλωνος και κατα λιοπης. κατα δε εννίουσ οιαγρου και πολιμιασ. ξητει ταχε δια τι ορφευσ ασθερης και συνεπλει τοισ ηρωσιν οτι μαντισ ωγο χειρων. εκρησε μηδυνασθαι τας σειρηνας

παρθελα  
puli. He  
uapulare  
dipalese  
ambulle  
suam ter  
Mustelli  
refello:  
q̄ alio ab



tm emai  
ucent:  
chama  
lat anfa  
dices in  
rup me  
uti neut  
dam Pi  
ne cōsu  
omnes  
lim pin  
authori  
pingue  
lis hiru  
facula:  
taneum  
egypti  
dines  
sa statu  
gnare F  
lo in ex  
egypt  
ribus u  
ut. mul  
coptici:  
mos est  
de pale  
us cōm  
de faiti  
tica urb  
mina d  
De cop  
obiter d  
riora ac  
stes Au  
sic inqu  
Id itide  
& efflu  
tantum  
aut pre  
lustum  
etiamn  
hoc nil  
li ripa e  
sur. Na  
dium i

περὲς Ἄρειν αὐτοῦσ' οὐφ' ἔωσ' μὴ σὺ μὲν λαβόντος· οὐτ' ὠσ' ἰρὼ λῶρδσ'. Lini tres precipui habiti disci-  
 poli. Hercules. Thamyras. Orpheus. Hercules cytharam discens cum ingenio esset tardo ob eamq; rem  
 uapularet ira motus linum cythara peremit author Diodorus libro. 4. hinc id plautinum procliuiter  
 dispalescet in bacchidibus. faxo iam eris linus: & ego Hercules: cum discipulus in præceptorem minaciis  
 ambullosis excandescerem. Qui mustellatis peplis legi debere disceptant fulciunt & opilant opinionē  
 suam terentiano carmine: quod in cuncho reperies. hic est uetus: ueternofus: senex colore mustellino  
 Mustellinum colorem subliuidum donatus interpretatur. Cæterę ipsi uiderit. hæc ego nec pbo: nec dicta  
 refello: etiã si mustellinũ dixerit Terētius non mustellatum. ad hoc. Cur Telephron potius mustellino  
 q̄ alio ab hoc diuerso colore ab Appuleio referetur? postremo cur uestimenti colore nominaret?

De copticis aggeribus & Apulei nodus enodatius explicatus.



Erborum meandri quidam: gryppi: scyri: spiræ & inuolucriscula sunt apud eundem scriptorē  
 in secundo de asino aureo lib. ad quæ claranda interpretanda & explicanda ferme oēs eruditi  
 ad extremum usq; sudorem dissudauerūt. Verū Marte nostro primulum diuulgata sunt: & i  
 tm emanarunt: ut rapinatores: & bonarum male interpretationum lauerna ne dicam lamia pro suis i  
 uncent atq; dilapident. Miserere per cælestia sidera: & adepta coeoptitica: & per incremēta nilotica & ar-  
 chama memphisa: & sinistra phariaca. prototypis & idiographis exemplaribus fidelioris antiquitatis: ue-  
 lut ansa & adminiculamenta prestantibus interpretamur fidelius & sincerius fortasse q̄ reliqui quos co  
 dices implanatores atq; deceptores errare coegerunt: tu lege non adepta coeoptitica: quæ mera uerbō-  
 rum monstra sunt: sed quæ gemina germana & domestica sunt adepta copticica: interpretareq; adepta  
 uti neutrum sit non participium: quæ loquendi figura classiaris authoribus est peculiaris: quemadmo-  
 dam Propertio arata pro arationibus: culta cæteris pro pediis: & fatius agris qui coluntur. hac elocutio  
 ne cōsuetudinaria & domestica Vergilius utitur georgicon lib. 3. his animaduersis instant sub tempore: &  
 omnes impēdunt curas distendere pingui: quē legere ducem: & pecori duxere maritum ubi ma-  
 lim pingue hac elocutione: quæ participiũ quādoq; deducit ad neutrũ: dici: q̄ morosam nimis: & probis  
 authoribus refragantem Seruianā autoritatē sequi pingue scilicet rātūnũ nisi latinum esse: cum secus  
 pinguedo & pinguitudo latina nō sint. Exponere adepta copticica eos aggeres: & lutamēta: quos rostel-  
 lis hirundininis nouimus: ex eruditorũ sentētia: opponi sauianti: exundātq; nilo uelut obices & offen-  
 sacula ad excludendos impetus niloticos: ne copton insulam diruant exfundent atq; labefactent. cōsen-  
 taneum enim est & uerisimile senem zaclam siue: quā sic alibi scriptum animaduerto Zachariã istacu; &  
 ægyptiacum sacerdotem præcari p ea suffragia: & ad minaculamina: quæ lutamentis apportatis hiru-  
 dines copto insulæ isidi sacrata: ne dirueretur: opponere consueuerunt: quibus obiectamentis. coptos ip-  
 sa statuminari quodāmodo solita erat & oppilari: quæ uti facilius intelligas subnectere libuit atq; subsi-  
 gnare Plyniana uerba ex lib. x. na. his. in ægypti peracheotico. hostio molē p̄tuationē nidoꝝ euagati ni-  
 lo inexpugnabilem opponūt stadii fere unius spatio: quod humano opere perfici non potest. In eadem  
 ægypto iuxta opidum copton insula est sacra isidi: quam ne laceret amnis iidem muniūt opere incipien-  
 tibus uernis diebus palea & stramento rostro firmantes continuatis per triduum noctibus tanto labore  
 ut multas in opere emori cōstet. eaq; militia illis cum anno redit semper hætenus. Plynus. p̄ide adepta  
 copticica scitissime & sciēter ea lutamenta intelligo: quæ p̄tuatione iugi adipisci ad stabiliendā copton  
 mos est hirudinum: idem nimirum Papinius in. 3. siluarum affirmat hisce uersibus te præside noscat un-  
 de paludosi sæcunda licētia nili cur uada desināt: & ripa coerceat undas cecropio stagnata luto. Domiti-  
 us cōmētitiis quibusdam affanniis: quæ sunt uti dici solet: ueteris ægroti somnia nescio quid in alioguz  
 de satico nili hostio cōmunicatur: cum cecropium lutum hirudinũ aggerem intelligere debeas ex at-  
 tica urbe orunda: pandione patre: hirundine: cui urbi rex primus cecrops ille fuit: qui diphies hoc est ge-  
 minæ duplicisq; naturæ nuncupatus est cum nexum coniugialem primus coniunxerit & conserauerit  
 De copto insula sit apud Strabonē li. 16. mētio. nemos & p̄fectura & toparchia nilotica fuit insula coptos  
 obiter & parerga: quā ueluti illectamentum diuerticula obiectum est de nilo nitidiora quædam & remo-  
 tiora addenda sunt auctaria. primum uocasse nilum uetustiores melonem: quapropter uelut enigmati-  
 stes Aufonius significare uolēs litteris oppido q̄ litteratis: litteras: paginā papyri atramentũ calamiq;:  
 sic inquit: cum tibi cadmi nigellas filias: melonis albam paginam notaq; furuæ sepiæ: cindiosq; nodos  
 Id itidem explicatu qua iucundulum erit & scitulum: qua frugi & utibile: nilũ æstiuo quoq; redundata  
 & effluuio solitum fustius euagati: precipue flantibus ætēsis: uice coloni fungens ægyptiis se mentem  
 tantumnum proiicientibus niloticis undis lepido pinguiq; fomento nutricantibus. Cum crescit reges  
 aut p̄fectos nauigare eo nefas iudicatum est. Auctus eos per puteos mensuræ notis deprehenduntur.  
 Iustum incrementum est cubitorum sedecim: in duodecim cubitis famem sentit ægyptus. In tredecim  
 etiamnum esurit. Quattuordecim cubita hyralitatem efferunt: quidecim securitatem: sexdecim: delitias  
 hoc niloticum incrementum apud memphim nilometrion habet. Nilometrion est puteus quidam i ni-  
 li ripa ex integro lapide constructus: in quo & maxima: & minima & mediocria nili incrementa adnotā-  
 tur. Nā putei aqua cū nilo pariter crescit ad decrescit. Sūtq; in putei pariete notæ quædā icremētoꝝ om-  
 nium mensuræ hæc itaq; obseruantes cū aliis notant: ut incrementa cognoscant. nā ex his signis: ac dieb⁹

multo ante futuram nili excrescentiam cognoscunt idque ex omnibus prædicunt: quæ res profecto agricolis ad aquarum conseruationem: & aggerum & canalium effosionem: principibus uero ad prouentus utilissima est: hæc Strabo libro. 17. geographiæ. eadē pene Diodorus lib. primo. non pauca Plynus lib. quinto. Ad hæc decursus haud inutilis & exorbitantia sit: ut id Lucani plenius pleniusque noscas ex libro octauo.

Hunc genuit custos nili: crescentis in arua.

Memphis uana sacris ubi cispulsis: absentatis auerūcatis: amādatis: & amotis nugalibus scholicis: quæ per deliria nedum discenda sunt sed dediscenda interpretare custodem nili prospicēter & scienter appellatione Lucanū memphim uelut obseruatricem; custodella sollertissima: per ea putearia nilometria: quoniam quatum & quo pacto nilus crescat & decreascat. Nilometrū impleat: an depleatur. Ad aggeres niloticos hoc aggera nedum hirundina sed humana opera fieri niloticos aggeres manifestat iureconsultus Vlpianus digestis de extraordinariis criminibus hisce pene uerbis. Si quis arborem sicomorum exciderit: nam & hæc iudicantur extra ordinē non leui pœna idcirco quoniam arbores colligant aggeres niloticos: per quos incrementa nili dispensantur & coercentur: & diminutiones aquæ coercentur. Commata etiam & diacopi: qui in aggeribus fuit plesti fiunt eos: qui id admiserūt. Quod occurrit incidēter adde. thalamiphora nauigiis præcipue ægyptios nauigasse Strabo refert. huc saryrographi poeta uergit illud. & circumducto uehitur per ruta phassello. Thalamiphora nauigia nil aliud sunt. præterquæ regia quædam naues & pompætiæ: siue his similes quibus reguli nostrates tabulamentis prætoritiis & augustalibus insignitis uehi consuetudine consueuerunt peculiari domui simillimæ thalamis: cenationibus. at hæc uoluptariæ sunt & gentiles. his distinctione significantissima & per quæ uenustissima uernacula simplicitas bucetauros appellat magnitudine: græcis rebus maximis assuetis busyllabam præponere. Inde bupedes exoleti uesticipes: barbeses resque: pueri nuncupati: busicos marisca ficus: bulimos maxima fames & impatibilis bupina sitis ingenio auctore Gellio. Thalamiphoris forte non dispare naues appellat ni quod uereor: maculosum sit exemplar thalomygas Appianus in lybici prohemio. Centaurus nauis fortassis a tutela sic appellat: de quo maro ænei. libro. 4. sergestusque domus tenet a quo sergia nomē. Centauro inuehitur magna. Adde non paucos esse qui iubeant obelo suffodi distinctionem: adepta. ueluti sufforaneæ: & superuacaneam: succidant am uicariamque sustinui: adoperata coptitica quidem distinctione reseruata ueluti sincera & irreprehensibilis eripunt adoperata quidem uellata. Sacra coptitica hoc est Isiacæ & ægyptiæ: quippe copto isidi deæ dicata. Id genus sacrificia quæ cælatim & opertim fiunt in aditis seclusa & opertanea uocantur. Talia consueuissent græcos actitare palam est: nec opitulamine: auctoritateque indigens exterior: qualia fuerant ea. quæ in quadam cistellula deportabantur peculiari sacrificiis isiacis de qua nec tacuit Apuleius. 11. quoque uoluntate de asino aureo: Ferrebatur ab alio cista secretorum capax: penitus cælans operta magnificæ religionis quam cistulam describi: nec utique nouerunt interpretes a tibullo.

Et tyriæ uestes: & dulcia tympana cantu.

Et leuis occultis conscia cista sacris.

Fortassis ab hoc ægyptio ritu cæterarum: ut auctor est Appuleius in trimegisto religionum seminario: & reliqua deduxerunt in tesmophoriis canephoros athenienses. porro canephora quid sit obiter explicandum. Canephora sunt ministræ: & cistellatrices uestæ seu: quod idem numen est: cereris: eius deæ sacra portantes in quasillo cistellulaque: quas græci canephoros appellant non ut græce litteraturæ quidam imperiti uolunt: canephoros: κανιφοροι scribentibus: qui græce scribunt: quas aut his haud ab similibus uirginibus polidas appellatas Pompeius his explicat. Canephora mulier que fert canam idest qualumque est cista genus. Canam dicunt græci nos canistam: & per diminutionem canistella. De quibus hæc Plynus libro trigesimo sexto scopas fecit uestem sedentem laudatum in seruiliis hortis. Duasque chamæras hoc est pedisequas circa eam. quorum partes in asinii monumentis sunt: ubi & canephoros eiusdem Cicero in uerrem actione sexta perpense regulariter neuti que catachresticos hoc est improprie scripsit canephoræ. Item inueniens ante hosce deos erant tibulæ: quæ cuiusuis sacrarii religione significare possent. Erant ænea præterea duo signa non maxima: uerum eximia uenustate uirginali habitu atque uestituque manibus sublatis sacra quædam more atheniensium uirginum reposita in capitibus sustinebant. Canephoræ ipse uocabant. Catullus apprimè doctus cybelen & cybeleios asseclas describens: prouidēs Istin cui præfererat hæc cistellula: in qua uelut in sanctario opertæo aporrta idest archana religionis isiacæ seruantur: nomen ab iside distinctum non esse: quippe cum deos alloquens ita iupiter inquit: cælicolorum mea membra dei: quos secta potestas officii: diuina facit cistulam illam: non canephoris domesticam se isiacis: de qua Appuleius & tibullus certatim meminere: memorat his uersibus: pars obscura cauis celebrabant orgia cistis orgia: quæ frustra cupiunt audire profani. cistiferum & epigramatista libro quinto inueniunt & consecraneum cybelium appellat: cui desponsatam: utpote uili abiecto: & mero mendicantulo stipes cōmentitiis sacris ut Appuleius auctor est corrodēte gelliam dicit cum senatorios maritos oportaret: & nomina magna quos patichos & impuros esse non tacuit Augustinus. Dara est poetæ epigrammatatio facultas taxandi gelliam cum romæ coleretur ægyptio ritu isis: quod Appuleius lib. 11. Iuuenalis Propertius & cæteri testantur. Martialis sunt ista carmina. dum te posse negas nisi lato gellia clauo Nihil re: nupsisti gellia cistiphoro. Et hoc fortasse cōmodius & uerius uel saltim uero proprius quæ quod a cōmentariis

mentari  
nepho:  
Ve

Pura

rerum

quæ th

mepho:

tus uoc

uopop

salice ui

alii agn

sternun

re. Arifi

chanæ:

uasculu

seq pra

Festa pi

illa qui

Primiti

Per qua

In ue

lauit m

suppon

iismod

quippe

zam pri



quo ue

nabat. I

rem edi

enagati

nili con

appella

si sugg

o stulte

seruis: u

Colum

gus qui

cōtra pi

ter unu

hactent

plicas in

de id fa

iectand

tio uen:

mani fa

iureiura

discrim

pellanti

membr

retracte

uorinus

uem lap

hoc nu

cem ter

mentariis relatum est. Oratius canephoram intellexit eo uersiculo: ut attica uirgo cum sacris cereris. Canephoræ describuntur Ouidio metamorphoseon lib. 2. illa forte die castæ de more puellæ.  
Vertice supposito festas in palladis arces.

Pura coronatis portabant sacra canistris. Alicarnaseus Dionysius in primo de canephoris nonnulla. Cæterum peculiariter & domesticatim in thesmophoriis canephoræ cistulam præmemoratam ferebant: quæ thesmophoria græcis appellata sacra cereri dicata quippe cum leges ipsa repererit: quæ obre; Thesmophora quoque græcis nuncupata quasi legiferam dicas θεσμοσ enim græcis lex nõ scripta: & mos uetus uocitatur. Et uerbum hinc inclinamentum cœpit θεσμοφοριαν quod enotat cerealia celebrare θεσμοσ legifer appellatur. Super thesmophoriis Plynius naturalis historiae libro. xxiii. Nõ multũ a salice uitilium usu distat uiterum: foliorum quoque aspectu: nisi odor gratior esset. sed græci ligon uocant alii agnon quoniã matronæ in thesmophoriis atheniensium castitatem custodiẽtes iis foliis cubit sibi sternunt. hætenus Plynius Ad procliuus ut eius uerba intelligas scito græcos αγνον castum appellare. Aristophanes cereris hæc archana sacra αρραιερα. appellat. Vitabo quæ cereris sacrum uulgarit archanæ flaccus inquit. Adde & κωνφορον græcos appellare calathum canistrumque gerentem. qd utiq; uasculum his κωνον appelletur & κωντα calathus. Thesmophoria: quod haud socordio seu ueterno seque prætereundum fuit Ouidius enotat metamorphoseon libro. x.

Festa piæ cereris celebrabant annua matres

Illa quibus niuea uelata corpora ueste

Primitias frugum dant spicæ ferta suarum

Per quæ nouem noctes ueneremur tactusque uiriles

In uetitis memorant. in thesmophoriis apud Ouidium canephoræ: quæ cistulam reclusit & repellit. Lactantius Papinianus interpres uiticæ in thesmophoriis matronas attichas supponere profitetur in cubilibus. ad libidinitatis uirginem atque pruritum sedandum. Etenim herba huiusmodi tali uirtute dotata est: ut castitudinem integret & fulciat. Nec inutile uisum est nec despiciendũ quippe de cista facta trãseunter mentione inculcare & hoc cisticillum inuolucrisculum & pannosam spiram præcos appellasse: quem capiti supponunt baiulit leuius onera portant.

De lapide præconis: superque ioue lapideo plura  
nec aspernabilia nec refugienda.



odem lepidissimo geniali que uolumine secundo hæc pagrata cuncta thessalia fuscis auib' larif sam: ac accessi dũ singula pererrãs tenuato admodũ uatico pauperiei meæ formeta cõgro: cõ spicor medio foro procerũ quẽdam senem insistebat lapidem qui nam sit ille præcõis lapis ex quo ueluti de podio editissimo: & specula eleuatiõ: præco æneator bucciator & subulo ad populũ bucci nabit. Rarènter inuenies qui tibi explicent. Cæterum ego comperior in foro romano lapidẽ sublimio rem editioremque fuisse: de quo pco. populum alloquebatur. De quo ritu romanico fufius: & profluẽtius euagatum est uti loca editiora omnia de quibus præco buccinat lapides appellẽtur quemadmodum panili consonoque collatu carcerem a romano remotum & exoticum pro quocunq; carcere tullianũ lucius appellauit. Non desunt tamen qui censeãt athenis atticis hunc lapidẽ extitisse ex quo manam uti ceteri suggestus præconis & pulpita lapides appellarentur. porro de hoc lapide Plautus in bacchidibus ista ostulte stulte nescis nunc uendite. atq; in eo ipso adstas. lapide ubi præco predicat. Quippe magonizatis seruis: uenaliariis mancipiis: obærat: decoctoribus: & noxiis uoce præconis solitis ex eo lapide adiici Columellæ huic sententiæ suffragãti. subscribentique uerba sunt hæc ex lib. 4. artis agricolariis. Quæ uulgus quidem parui æris uel de lapide noxium posse comparati putãt. De hoc lapide meminit in oratiõẽ cõtra pisonem Cicero: cuius uerba subtexere libuit. De me cum omnes magistratus promulgassent præter unum prætorem. a quo non fuit postulandum fratrem inimici mei: præterque duos de lapide emptos hætenus Cicero. pedianus asconius: qui tullianas orationes cõmodissime interpretatus est tullii sensa explicãs inquit duos tribunos de quibus ipsis quoque iam diximus: quos de lapide emptos ait: quia merce de id faciebant. hoc asconii interpretamento pensitato & diligenter animaduerso suppeditatus est coniectandi locus: in foro romano. s. lapidem fuisse iuxta quem sectio auctio: distratio uẽditio: & permutatio uenaliũ rerum fieri consueuerat: & apud quem hastarium: ut obiter usurpem tertulliani uerbum romanu faciebant Hoc ueluti porisma hoc est colarium superadde: iouẽ lapidem coluisse romanos: p quæ iureiurandum astingebãtur. boeocius lapides inscribi refert: quos cursorios appellat: p quos certa loca discriminabant. Scorpiones lapides appellauere ubi fines duo cuneati se iungunt. liton græci lapidẽ appellant: inde litotomos medicus uulnerarius appellatur qui ad distillationem uescicæ lauandam: quodã membranulorum & cartilaginũ interfecatu lapidem educit. Cæterum uti præsignata repastinemus & retrastemus accuratius: iouem lapidem libro primo Gellius uerbis hisce memorat. Sed enim cum phauorinus higinii cõmentarium legissem: atq; ei statim displicita esset insolentia: & insuauitas amatoris. Iouem lapideum inquit: quod sanctissimum iusiurandum est habitum: paratus sum ego iurare Vergilium hoc nunq; scripsisse. Compertius: enucleatus: & edocentius huic rei pompeius suffragatur. Lapidem fili cem tenebant iuraturi per iouem hæc uerba dicentes si sciens fallo tum mediespiter salua urbe arceq; bo

nis eiciat ut ego hūc lapidem. porro qui pensius præsius. inquisitiis: & rutinatius intus & ut dici solet incute sexti pompeii uerba ruminatur atq; recogitatis inueniet iuratos non omnes tenere lapides; sicut: uerum genuine peculiariterq; hi sacerdotes quos uerbenarios: caduceatores quandoq; patresq; patros romani nuncupatim appellauere in foederibus faciendis: conferuandis & conglutinandis lapidē tenere solita uis: quo porcū fæderi iugendo piacularē & peculiarē uictimā uictimatores uictimabant atq; feriebant: hoc uerboq; præfamine & proloquio: Qui prior populus fædus rumpet supra ita eū feriat quemadmodum ego porcum hoc lapide ferio. quo prolato porcum feriebat. Quod huius affatim & Marcus uarro scribunt a quo sacrificii ritualis iure iurando demanauit simile deiuriam in fidem suā uincientes. præterea ab eo ritu secespitoris & uictimarii patris patrati porcum silice ferientis apud sacrificium peractum: defluxit plautinum adagium ut cum ad incitas & maximum periculum se redactū significare uelit ita dicat inter sacrum sum. & saxum plane de ioue lampide in familiaribus: ni fallor epistolis ciceronem meminuit. parerga & hoc adiungas uelim lapidem præfatos in collimitis & extremitatibus agrorum uice termini collocare consueuisse. Cuius fatim: fatim: atq; cōgestim ouidius: tibullus: Ceteriq; meminuerunt: quem solemnibus diebus: festis ipsiq; dicatis ingeniosa & suauiodora aspergine colere uenerantiq; consueuerunt: quod & Apuleius asserit. ait enim floridorum libro primo terminum significans. uel enim colliculus sæpimine cōsecratus: uel truncus dolamine effigiatus: uel cespes libamine humigat' uel lapis unguine delibutus: hoc itidem testatur apologetici libro primo negant uidisse sequi fuere: unum saltem in finibus eius: aut lapidem unctum aut ramum coronatum. Verum eni numero credimus itinertium nō agrarium terminum ab apuleio describi: cui fidem non adhibendam eē boetius asserit geometriæ lib. 3. Ad hæc uetustiores lapides in agris ut eos dispescerent discriminarentq; figiebant humi: Carbones pariter itidem uice termini præfati tumulabant & obruebant: Augustinus lib. uigesimo primo de ciuitate dei. Quid in carbonibus? nō ne miranda est & tanta infirmitas ut ictu leuissimo frangantur: præfati uel facillimo conterantur: & tanta firmitas ut nullo humore corrupantur: nulla ætate uincantur usq; adeo ut eos sustinere soleant qui limites figunt ad cōuincendum litigatorem: quisquis post quātalibet temporis exitit fixumq; limitem non esse contenderit. quis eos in terra humida infossos ubi ligna putrescerent tam diu durare incorruptibiliter posse nisi rerum ille corruptor: efficiat. Augustini sententiæ & boetius quoq; suffragatur & succinit uolumine geometriæ. 3. Cuius uerba neutiq; censui prætermittenda semper signum inquit in omnibus terminis positū est aut aliquos cineres. aut carbones: aut testas: aut ossa: aut uitrum: aut massas ferri: aut æs. aut calcem: aut gypsum: aut uas fictile inuenimus Iubente augusto Cæsarē balbus mensor omnium prouinciarum mensuras distinxit ac declarauit. Agroq; termini sunt finales cunabulæ: uel nouercæ: qd' regulis cōstruit. petras molares: foueas: uel metas: lacus: & legonæ fabricis constructas caluiones. Aliquoties enī petras: quadratas: & scriptas: quæ indicat cuius quis Dominus quod spatium teneat. hæc boetius. scri. li. 2. laertius carbones ex consilio sani theodori ephesini tēpli fundamentis subiectos esse Nam cū humidus esset locus carbones ait omnia ligni natura soliditatem accepisse humori inuolabilem. Cæterum malim codicem mendosum esse q̄ barbariæ & soloecophæis boetium arguere. Scriberem igitur non cunabulæ & nouercæ sed quæ eruditior & elegatior lectio cunabulæ & porcæ. Sunt enim porcæ fulcorum eminula terga: quia dictione s̄m cæteros Plynius utitur. Et Iunius cōsulti nō semel uerba sunt hæc dige. de aqua pluuiæ arcēda uicinus loci superioris præfati ita ait bat ut p̄ sulcos iteq; porcæ aqua ad inferiorē ueniret. Interpretat' accursius dici porcæ quia purgat agrū.

Hallucinatio quorundam: qui pomum inter certamina græciæ præmia fuisse contendunt.



Archæ: pro quo Ciceronis extat oratio in quattuor certaminatq; amphictionum consensu græcia celebrat carmina camænali sauiloquentia: & blandiloquentulo lepore doctrina neque triuiali neque fusanea refertissima sunt hæc.

τῆσσ ἀρεσ εἰσιν ἄγωνα ἀνελλαδα. τῆσσ ἀρεσ ἰροί.

οἱ δ' ἀνομεροντον. οἱ δ' ἰδ' ἀθανατων.

ζηροσ. λιτοἰδαο. παλαμονοσ. αρχεμοροιο.

αδδαλετων. κοτιγοσ: μηλα. σελινα. πιτυσ.

Comprehendunt hæc carmina & amplectuntur blandiloquenti & suauissimo sermone certamina que per græciam celebrantur: frequenter & feruenter conficiebantur. Inibiq; athla hoc est præmia agonice quæ per diuerticula & minutias a paucis latinis uisuntur enarrata collectim: Nos ocium nacti: & enim stultius est: ut inquit ille: ociosum esse q̄ nihil agere: intulimus in latinum idioma: atq; malluimus interpretari esse q̄ metaphrastes. Audi. lataberis.

Quattuor insignis certamina conficit. hellas. Sunt duo quippe hominum: sunt superumq; duo Archemori. Iouis: & Phæbi atq; palæmonis: ipsa Pinus. oliuafter præmia: poma: apium.

Nostri & hoc castrense uerbum oliuafter. Sed necessitas maximum telū. Verim rem putemus ipsam. Latini scriptores. & græci pariter consogant: & concorditer maxime conueniunt cum tarentino poeta olympionice

olympi  
in isth  
honore  
ro coro  
læmon  
bro dec  
athenæ  
equino  
tur cili  
taminis  
tellariu  
fragatu  
animæ  
ma noi  
star po  
quinto  
eruditi  
non ha  
rem pe  
tuis: &  
tum pe



uorte  
enim  
gis q̄  
se feru  
cera s̄  
aliqui  
fender  
implai  
se suo  
fui. Ne  
ueniffi  
re q̄ au  
uore c



nig c  
Cluu

olympionices: hoc enim nomine censentur uictores: in olympia: donati: cotino hoc est oleastro uictores in isthmis pinui in nemeis apio. Super hac re Lactantii uerba sunt hæc in quinto thebaidos. Olympia in honorem Pelopis cuius uictores Oleastro coronantur. Pythia in honorem Apollinis cuius uictores lau- ro coronantur. Nemea in honorem archemori: cuius uictores apio coronantur. Isthmia in honorem pa- lamonis: cuius uictores pinu coronantur. Plynius quoq; discretim & sparim de his arboribus agens li- bro decimoquinto: pinea corona uictores apud isthmum coronantur inquit. Idem libro decimoquinto- athenæ quoq; uictores olea coronant: græci uero oleastro olympiæ. Itidē libro quoq; decimonono: ab equinoctio uerno seritur apium semine paulum in pila pulsato crispus sic putant fieri aut si satum calce- tur cylindro: pedibus ue. proprium ei: colorē mutat. honos ipsi in achaia coronare uictores sacri cer- taminis nemeæ. Nullus architæ subscribit nec ut metaphoricos loquat summatis nec medioxius: nec pa- tellarius author: omnes certatim & consono astipulatu scribunt in pythiis uictores lauro coronari. Re- fragatur unus archias: q̄ pomis non lauru dixerit. Sed ego librate: perperneq; trutinans: archiæ sententiā animaduerto conuenire cum cæteris: ut animat lauru coronari. olympionices. etiam si  $\mu\alpha\lambda\alpha$ : idest po- ma non daphnin hoc est laurum dixerit: per poma laurum. intelligens delphicam quæ baccas habet in- star pomorum: fructusq; enormiores pomorum effigies præferentes. Plynius hoc indicat libro decimo- quinto dicens. delphicam æquali colore uiridiorē: maximis baccis: atq; e uiridi rubentibus. Contrariā eruditus omnibus archiam opinionem habere: qui censent sciant in confesso luculentissimum scriptorē non hallucinaturum. At mea hæc uideant & errorē suum recognoscant. Lutatius olympia scribit in mo- rem pelopis solita celebrari. Iouis archias & cæteri. Non desunt quidē qui Romæ in triumphalibus sta- tuis: & iconicis marmoribus pomo coronatos olympionices sese uidisse fateant: ego sane nō pomo: ue- rum pomosa lauro: atq; baccata pomorum æmulabunda coronatos autumo.

Reuerendissimo protonotario Marchioni Mi-  
cantissimo Ioannes Baptista pius.

**A**bes Reuerendissime prothonotarie hæc qualiacunq; annotamenta: nec indigia rerum: nec  
exsucca. his ne utiquā displicitura: q̄ recte senserit: & qui pleno pectore sapiunt. Cæteros gram-  
matistas triualesq; litteratores omnium litium depectores: omnium malorum seminaria: om-  
niū calumniarum faces & formaculas: an albi sint an atrii: & quid de me sentiant manum non  
uorterim. Quorum uel horum similium iudicia censebat epicurus crepitibus uentris assimilanda: quid  
enim curate debemus an hi sursum uergant an deorsum. Rabulæ meri sunt rabiosuli: scioli feroculi ma-  
gis q̄ forticuli. Quorum uerba inaniloqua: euanida: & lapsitãtia cupressis similia: quæ folia plurima præ-  
se ferunt: nec æquipares plane fructus: nauis non facio. Cumq; sint ad iudicandum pardi in eruditione sin-  
cera sues boeotia:  $\omicron\upsilon\iota\ \omicron\kappa\upsilon\iota$ : hoc est asini pigri boues ad cæroma  $\omicron\upsilon\iota\ \tau\rho\sigma\ \chi\upsilon\rho\sigma$  asini ad lyram sese  
aliquid putant in litteris litteratis. Qui siquid nitidum: florulentum: amænum: emunctum & elegans of-  
fenderint: continuo nare rhinocerotica suspendunt: & suis affanniis credulam iuuentutem implicat &  
implanant: quibus alabastra unguenti plena putere. uidentur hi porro facebant ab his meis: norintq; in-  
se suosq; confectaneos id distinxisse Gellium apophtegma nihil cum fidibus graculo nec amaracino  
sui. Nosti affatim iucundissime princeps id Heraclitum adagium elegans & scitulum. non minus uere q̄  
uenuste prolatum  $\omicron\eta\omicron\upsilon\sigma\ \sigma\upsilon\rho\ \mu\alpha\tau\alpha\ \alpha\upsilon\epsilon\lambda\epsilon\sigma\theta\alpha\iota\ \mu\alpha\lambda\lambda\acute{o}\nu\ \eta\chi\rho\upsilon\sigma\omicron\nu$ . idest asinos magis stramina opta-  
re q̄ aurum. Vale felicissime: & me mancipium tuum professum foue: & quo litteratos omnes assoles fa-  
uore complectere.  
Finis.

Angeli Politiani Miscellaneorum Centuria prima.

Ad Laurentium Medicem.



Vm tibi superioribus diebus: Laurēti Medices nostra hæc Miscellanea in-  
ter equitandum recitarem: delectatus arbitror nouitate ipsa rerum & ua-  
rietate non illepida lectionis hortari cœpisti nos: ut unam saltem ex eis cœ-  
turiam (nam centenis libri singuli capitibus explicantur) publicarem.  
Quod nunc utiq; simul autoritate tua (qua maior nobis quidem nulla ī  
terris est) simul ratione adducti facimus quoniam nostra ista iam nonnul-  
li: uel cum puluisculo conuertunt: sic ut aliis pridem sibiq; nostrorum titu-  
lo laborum nimis placeant: quanq̄ scimus inuidia magna fore hos libros  
& multum sermonis subituros: ut qui de magni nominis autoribus libe-  
re pronuncient. Sed non id nostrum exemplum. Nā scriptores ferme om-  
nes sic suas tuentur partis: ut alienas oppugnent: ac laudis occasionem ple-  
nūq; de aliore erratis petāt. Tum sæpe a tenuioribus & gregariis: uelutiq; postremæ notæ: qualis ego uel  
Cluuienus: etiam procures illi (ut ita dixerim) & antesignani quidam litterarum sugillantur. Verus est au-

tem dictum. Conscientia mille estes. Scit illa prorsus nihil hic odio datum nihil stomacho: candidè omnia & simpliciter: nihil aut insectanter: aut maleuole: nihil oblatrandi studio: nihil offentandi uoto protulimus: animoq; semper ad probandum: si liceret: quam ad improbandum propensiore fuimus. Neque uidelicet strophis aut cuniculis. sed libero examine: libera ueritatis fronte rem gessimus: Ac non id quæ fuimus ut aliquam doctis hominibus: ueluti labeculam aspergeremus: sed id cauimus potius: ne sub illorum autoritate studiosorum fides periclitaretur. Deniq; in eos potissimum cuneus hic ex professo directus in eos: hic aries ex destinato temperatus: qui contra ueri faciem pro uernaculo quidē sibi. sed imaginatio tamen sensu frontem durant: eos acie stili maxime compūgimus: qui stilum uertere: hoc est qui sua errata dispungere non didicerunt. At inordinatam istam: & confusaneam quasi siluam aut farraginē perhiberi: quia non tractim & continenter sed saluatim scribimus & uellicatim: tantum abest uti doleamus: ut etiam titulum non sane alium quam Miscellaneorum exquisuerimus: in quis græcum tamē Hælianum: latinum sequimur Gellium: quorum utriusque libri uarietate sunt quam ordine blandiores: quā quam ne Clementis quidem Romani pontificis apostolicique uiti commentaria quæ stromata: quasi stragula picta dixeris inscribebantur) alium profecto nobis titulum nisi uarietatis istius insinuabant. Et enim non de Aristoxeni taceo commentariis quos pari ferme titulo citat eo uolumine Porphyrius qd̄ in harmonica Ptolemæi composuit. Deniq; si uarietas ipsa fastidii expultrix & lectionis irritatrix in Miscellaneis culpabitur: una opera reprehendi rerum quoq; natura poterit: cuius me quidem profiteor tali disparilitate discipulum: quod si ad omnem se minutem demittunt: hoc uero apud latinos exēplo etiam Cæsaris: Varronis: Messalæ: Ciceronis: Plinii: Quintiliani aliorumq; similium facere licet: quos emulantibus & errare honestum. Quare quod istos ueluti patricios docuit: etiam me quasi minorum gentium non dedecet. Par adeo celebritas nominum: uel græca inserit: uel ex commodo interpretatur idq; nunc ad sensum: nunc ad uerbum: quod hic utrunq;. Iam si cui parum quæpiam enucleata: fortasse etiā nimis dura obscuraq; uidebuntur: certe is nec ingenio satis uegeto: nec eruditione solida fidelisq; fuerit. Sic ubi barbara quædam & obsoleta deprehendentur: ea uero de industria dispersumus etiam ut barbaris & ineruditis placeremus & fieret liber corrasa undiq; gratiola uendibilior. Siqui remotiora dicerent hic inueniri uocabula q̄ ut sumpta credantur de medio: ne isti arbitror sententiam suam mutabunt: cum ad usq; mediū litteraturæ promouerint. Nec etiā defunt quibus etiā (ut ait. M. Tullius) alabastrus unguenti plena putere uideatur. Tum in hoc genus scriptionibus quæ non se populo uenditant sed paucis modo parantur: usus istiusmodi reconditæ supellectilis: præsertim uerecundus minime improbatur a bonis. Nec enim renouare sit proprium: quæ iam pene exoleuerunt: si modo hæc ipsa non uetustescere adhuc: sed ueterascere de integro possint. Si quem nonnulla interim offendent eloquēdi diuerticula: minus fortasse homini nota: qui decem tantum Ciceronis paginas nihil præterea lectitauerit: utiq; ab hoc ego ad eruditos prouoco: præcipue credo laudaturos: quæ ab ipso improbabuntur. Nihil autem forsitan intolerabilius q̄ ut de te sententiam ferat indoctus: qui tamen sibi ipse doctissimus uideatur. Siquis ubi quid refellitur: multarum uel autoritatum uel rationum moles desiderat: at uictoriam sciat illic a nobis: non uictoria quæri satietatem. Si longiuscula capita alia: breuiuscula rursus alia putabuntur: credamus hanc quoq; esse legem noui operis: ut æquale habeat nihil: nusquam sibi sit par: semper dissimilitudine claudicet: namq; istam regulam tueatur: nequid ad perpendiculum libellamq; reuocet. Si liberior stilus insolētis extimabitur natura: forsitan benignior interpretes simplicitati potius tribuet: quæ nec ingenuos dedecet. Sic ubi porro consuetudo refragabitur: at ueritas quæ nugas non facit: aut ueritatis uicaria consuetudo melior patrociniabitur. Nam & sumptum consuetudine dicitur quod aduersus autoritatem sit receptum: & error sæpe consuetudinis obiectatur a doctis. Tum pulchre sic ait quidam. Consuetudo sine ueritate uetustas erroris est. Denique si pauca respersumus interim scrupulosa & anxiosa: quodq; uerius subacida: uel ex philosophia: cuius iam pridem sumus cādidi: uel ex orbe illo disciplinarum quæ studio sapientia famulantur. At ea stomachum tamen lectoris prædulcibus marcentem recreabunt fortassis & exacuent. Nam quo hæc omnia grata sui uice conspirent: & quodam uelut antitheto cœderentur: pene de calcaria quod dicitur: in carbonariam decucurrimus: & id operam dedimus ut alternatim deinceps inter se contraria quoque subsequerent: quæ nos quærele istiusmodi eximerēt. Nec enim defieri apud nos etiam patimur: quæ sint amœna magis & oblectatoria: ne dixerim illecebrosa: quæ uel utilia uel necessaria siquidem est (ut ait Varro) aliquid homini: aliud humanitati satis: etiamque citra emolumentum speciosa interim petuntur: non hercle minus: quam sine specie compendium. Ergo ut agrestes illos & hircosos: quædam ex his impolita & rudia delectabunt: exasceataque magisq; dedolata: nec modo limam: sed nec runcinas experta nec scobinas: ita e diuerso uermiculata interim dictio: & tessellis pluri coloribus uariiegata delicates hos capiet uollos & pumicatos: ne cōflatis utrinque uocibus & æquabili uel plausu uel sibilo: aut ad cælum efferat aut ad humum deiiciat. Mediis autē inter hos & neutro notādis quasi quidā diuersorū Cinus (ut ait Cicero) satisfaciet: nō uno aliquo excellens: & oīum tñ particeps. Nec enim gustus idem oībus: sed suū palatū cuique. Tum credo & expuent in quiuio quidā pro fastidioso & uesco qd̄ mox i culina pro suauī liguriāt & opimo. nos ista certe nō foro & curiæ sed cubiculo & scholæ parauimus: eoq; studuimus nescio an & p̄stiterimus: ut si quæ hic eēt: oīno faciles eēt & simplices mūdicia: nō operosa

non op  
ens hab  
accipia  
fortem  
cinium  
mur: q̄  
stro ali  
fessio:  
sp̄tion  
ceritas:  
net: uti  
modo  
quisq;  
tesq; sa  
tes: ab  
tores: e  
quid n  
aut qu  
na not  
um: su  
uerun  
feron  
diuid  
ad libi  
thore:  
uanit:  
crust:  
que h  
mille  
culas  
nem  
sco M  
ptule  
ut err  
bunt  
diuiti  
eos lo  
nigili  
rius. T  
auren  
bund.  
licitat  
corur  
ueteri  
raueri  
sumu  
more  
tem n  
as: & i  
cer la  
moni  
facie  
ras. A  
inclu  
gētes  
Proic  
bimu  
sicut  
qd̄ c



non operosa: & pigmentata lenocinia: color nitorq; uerus & ingenuus non ascitus & ex arcuata: congruens habitus & expeditus non onerosus & lacinosus. Postremo cuiusmodi exeant: quo quomodo hæc accipiantur: minime profecto reculamur. Sed nec opinor euademus: communem illam scribentium sortem male audiendi: sit modo ita cordi lectorib<sup>9</sup>. Quinimmo isti alex caput obiectamus: neque patrocinium respicimus: quod ultro nobis ademinus censura. Decernaturq; potius in nos: traducamur: uexemur: q̄ non litterarum publica fraus (quarum nobis est honor propriis utilitatibus antiquior: etiam nostris aliquo uel famæ: uel oculi dispendio) redimatur. Nam quo ista quæso studiorum communium profectio: si iam uentum ad hæc usq; est: ut quod officium studiis uniuersi debemus: cessare omne tamen suspiratione degeneri patiamur: quo pacto uel durare ultra: uel esse iam poterit honestarum litterarum sinceritas: soluta penitus censura: dum sic æque omnes inuidiam perhorrescimus: quanq; quod ad me attinet: utinam labori meo non contemptus potiusquam inuidia debeatur: illud enim prope in uotis est: si modo quod ait Linus: Inuidia uelut ignis alta petit: quin agitedum studiorum cultores optimi pro se quisq; alacres: gramen hoc inexpugnabile: quo bonæ fruges humanitatis præfocatur auellite: subnascētesq; sacris stirpibus: quasi perniciosissimas hederas & omnem earum succum lapsibus erraticis exorbētes: abrupte penitus & detruncate. Non desunt interpollatores ueritatis: nec desint quoq; redintegratores: existat uindex aliquis rogo: & patronus periclitantium disciplinarum. nam ego: ut unus e medio quid mihi liberum sit: utiq; experiar. Faciam necne opere precium post uidero. quorsum tamen fluxerit: aut quocunq; res ceciderit æqui boni faciam: planeq; malignitatum omnium & obtrectationum uenena non deuorabo modo: sed quo sum stomacho: etiam concoquā: certus ueritatis hunc esse quasi genitum: simulatq; in publicum appareat: ut odiosa inimicq; sit uulgo. Conueniant igitur alii licet & dicere uerum mustent: ego unus profecto: quicquid erit: non dissimulabo iudicium. non supprimam quæ senserim: non indulgebo iam talibus patientia. Sed uel huic libello meo saltem semilibere sic infusus trabo. Vi diuidi ipse libelle quottidieq; uideo multa in litteris fieri capitalia: compilari sub dolo aliena: confingi ad libidinem: quæ cui commodum: ascribi etiam idoneis quæ nec agnoscant: allegari qui non extent auctores: citari quinetiam pro uetustis nullibi comparentis codices: compleri libros omnes operosissimis uanitatibus: falsa pro ueris: ascita pro natiuis: nouitia pro uernaculis supponi: pollui: adulterari: obliuisci: crustari: distorqueri: confundi: precipitari: interuerti omnia: nulla fide: nullo nec pudore nec iudicio: quod que his omnibus pestilentius: occasione quoque recentis artificii: quamlibet studiosissimas opiniones in mille uoluminum traduces momento propagari. Postremo (ut semel dicam) etiam nunc multos auri-culas habere asini. Dicat hic aliquis. quid tu autem. Fateor equidem possum falli ut humanus: sed neminem profecto sciens fallo: & ut mendacium fortasse dico: sic certe non mentior. Tum egomet mi ignosco Menius inquit. Immo autem extra iocum: nec egomet mi ignosco: & siquid indoctus: incautusque proterelo refutari a quouis cupio: refutaturus ipse me si fuero admonitus. non enim sic me peruerse amo: ut errare alios malim: q̄ innotescere quod errem: sed ex eorum sum numero & ipse qui proficiendo scribunt & scribendo proficiunt: ac de isto quidem fors uiderit. Illud uerissimum: si domi cōmentarios istos diutius atq; in manibus habuissem: & regustare interim ex interuallo licuisset: longe instructiores fuisse eos locupletiores adminiculatōres prodituros. Videlicet hoc illud est: præcipue studiorū genus quod uigiliis augetur: ut cui subinde ceu fluminibus ex decursu: sic accedit ex lectiōe minutatim quo fiat uberior. Tum incondita nunc quoq; pleraq; ineliquata: indiscussa: non rotunda: nō tornata adhuc. Sed quæ autem profus præterierint: utpote restrictum cogitata: & ex tempore potiusquam a cura: quanquā ex abundantia pene stili negocium curat: & elocutionem concinnat quem cana & ueritas & fides præcipue sollicitat. Enimvero ne putent homines maleferiati nos ista quæque sunt: de fæce hausisse: neq; grammaticorum transiliuisse lineas. Plyniano statim exemplo nomina prætexuimus authorum: sed honestorum ueterumq; duntaxat: unde ius ista sumunt: & a quibus uersuram fecimus: nec autem quos alii tantum citauerunt ipsorum opera temporibus interciderint. Sed quorū nosmetipsi thesauros tractauimus: quorū sumus per litteras peregrinati: quæquam & uetustas codicum: & nomismatum fides: & in æs aut in marmore incisæ antiquitates: quæ tu nobis Laurenti suppeditasti plurimum etiam præter librorum uarietatem nostris commentationibus suffragantur. Vt autem uel exemplo doceremus: circulatorum præstigiis: & imposturas omnes esse tollendas refrenādāque adeo quorumpiam lasciuia quæ iam sicuti cancer late serpit: inaniter de præscripto & licenter egrediendi: nusquam aliquando ueteris scripturæ testimonium citauimus: nequid adscriptitium: neue quid nusquā superductitiū præualeret: quin sua quodq; facie repræsentauerimus: & eas apposuerimus notas: unde exquiri penitus usq; ad stirpe possit auctoritas. Atq; ut muneris huius nostri nullæ profus appendices desiderentur: etiam capita ipsa rerum titulis inclusa breuissimis. Sed inquis maior q̄ pro numero utilitas: concenturauimus: & ceu breuibus cæris in gētes sumas calculatorū more collemus: quo negligētiæ delicati lectoris ipsi potissimū subscriberemus. Proinde sicuti sub Aiace clipeo Teucer Homericus. ita nos utiq; sub umbra tui nois latitantes ceteruati dabimus in barbaros impressionē. Ita editiōe subide aliq̄ uel æqs uel iniqs mos geres. Et quadā pēsante uice sicut illis qd̄ osculent: ita his abūde supparabimus qd̄ mordeāt. Mordebūt aut̄ puto nostras: uel rabiosuli qdā quos elegāter Cato uilitigatores appellat: isto potissimum litigandi uitio ueluti morbo laboran-

PRÆFATIO

res: cerebrosa gens & irritabilis: qui sine causa sine discrimine clausisq; (quod aiunt) oculis quodcūq; no-  
men adlarrant. Vel qui rursus aduocatione mercenaria uenaliq; sententia: cuiusq; semel authoritatia  
dicti quasiq; dediti mancipio sint: eundem tueri pugnaciter p̄tinaciterq; quo iure: quaq; iniuria obstru-  
erunt. Vel iactantiaculi illi & nugiuendi: pleni tumida: sed & fatua contestura: qui seq; & sua dūtaxat etiā  
sine rivalibus adamant sibi fauent alios obtrestant. Vel postremo lucifugi quidam ueritatis & (ut plani  
dixerim) blatarii litteratores: qui defluētib<sup>9</sup> oculis uereq; nocturnis nō diē tm̄ fereniorē: sed nec umbrā  
sublustremisatis ferunt: nam de illis dubitat nemo: quos liuoris tinea comest: quos rubigo subrodit inui-  
diā: qui gloriam alterius suam penam: felicitatem alterius suam carnificinam faciunt: qui profectu con-  
tabescunt alieno: quos ægrescens prosperis maleuolentia ceu tortor intestinus iugiter excruciat. Sed &  
censores item pulpitarii (nec autem de doctis bonisq; nunc agimus) solent plerunq; fodicare nos: & stu-  
diis obstreperere istis. Etenim pleni ieiunitatis litteras humanioris apud insciam plebeculam pene dixerim  
solenniter buccis concrepantibus infamant: & crassa rusticitate feroculi: quam solam (quod & Hierony-  
mus ait) pro sanctitate habent: sic in eas & earum studiosos ampullosis proclamationibus in rēdentes  
inspumantesq; desæuiunt: ut facile se declarent etiam græcos illos improbare & pene odisse uere sanctas  
animas Basilium: Chrysostomum: Gregorios: etiam latinos Cyprianum: Ambrosium: Augustinū: Hie-  
ronymumq; ipsum & alios id genus nostræ religionis antistites: gentium linguarumq; omnium disci-  
plinis: uelut opibus ægyptiorum suffarcinatos: quo mihi etiam uidetur admirabilior delicia tuæ Matia-  
nus hic Genazanensis: nec in theologia cuiq; secundus: & omnium quos in ecclesia concionantes audi-  
uimus non prudentissimus modo: sed & facundissimus: cuius neq; suspecta populis ad bonam frugem  
tendentibus eloquentia: quoniam uitæ incredibili seueritate cōmēdatur: nec diuerso tristis aut reformi-  
dabilis austeritas: quoniam poetica delenia pulchramq; istam litterarum uarietatem: nitorem: deli-  
cias non aspernatur. Vt igitur lana purpuram bona fide potura certis prius inficitur medicamentis: ita lit-  
teris arbitror doctrinisq; talibus excoli animos: quod ait in Hortensio Cicero & ad sapientiam excipien-  
dam imbui præparariq; decet. At qui non tamen ob istos pigebit: aut exigere stilo: quicquid hoc nostræ  
lucubrationum est: aut experiri quid concidatur in illos qui fraudes in litterarum negotio concipiūt ca-  
pitales. Nam & ego Philoxeno ignosco (sicut Cicero idem ad Atticum scribens) redire in carcerē q̄ mā-  
cipare iudicium præoptanti: maxime si non præsentī sæculo: sed quasi æternitati: prout etiam dictum a  
Thucydide seruire scriptores conuenit. Eoq; libri puto ipsi monumenta uocantur: quod ad memoriam  
magis posteritatis incorruptius iudicaturæ q̄ ad ineptam præsentis temporis gratiolam spectare debent.  
Ergo ut q̄ maxime si licebit hæc non extinguatur solum sed etiam opprimatur improbitas effuse omnia  
deprauantium: nec abeat ad exemplum trita & prostituta frons atq; onis tanta duritia: iam nunc centuri-  
as sequentis pro suscepto arbitror salutari conatu ne utiq; ad huius primæ gustum repromittimus: quos  
enim molli nunc articulo tractamus: quos leui & lento brachio tangimus. fortius idem puto præme-  
mus atq; urgebimus. & contenti paulisper interim prælusoria uelitariq; pugna: mox uiribus collectis to-  
to exercitus robore depræliabimur. quinetiam: qm̄ tunica propior pallio uindicabimus audacter & gra-  
uiter a plagiariis ac furunculis interdum nostra: & asseremus liberali causa manum. Nostra uero nunc ac-  
cipi tantum uolumus: quæ labore industriaq; ipsi magna principes extudimus. nec expalpari unquā. nec  
extorqueri nobis ea passuri: quādiu licebit: nostra inq; non eiectiones sed pignora. nam ut hæc in medi-  
um uice missilium direptui cōculcatuiq; relinquimus: ita illa nobis recipimus & defendimus: hæc expo-  
nimus: illa & agnoscimus & tollimus. sed ita tamen ut imitari simias nolimus quæ suos dicuntur foetus  
quālibet deformes pro formosissimis admirari. nec erunt (opinor) hæc quoq; nostra (q̄q; leuioris operæ  
studia) seu ludicra uerius dedecori tibi Laurenti Medices cui nunc adscribuntur. Adscribuntur autē non  
magis adeo ut me gratum beneficiis tuis approbent: aut reponant gratiam: q̄ auxiliarium te quodque  
consiliarium habuerunt: q̄ ut auspicato procedant: & ut in iis tui memoria frequentetur: ex quolibet au-  
thoritatem capiens magni celebritate nominis commendetur. Tum cui summa studiorum meorum de-  
betur omnis: ab eo quoq; portio ipsa iure incipiet. Et Hercule ueluti bellaria sint ista. secūdis accepta mē-  
sis. quoniam recte cœnæ speciem uicemq; grauiora illa occupant qualia tibi multa uel Marilius Ficinus  
Platonis uel Aristotelis interpres Argyropylos Byzantius e philosophiæ penu congefferūt. De isto enī  
præ cunctis admirando non Pico iam: sed (ut ipse appellare soleo) phœnice potius: qui nunc in tua laura  
nidificat: tanta mea quidem expectatio est: ut ausim Propertio succinere: Cedite Romani scriptores: cedi-  
te grai. Tu uale patrone iucundissime: & (quod facis) perge fauere doctis: perge litteras excitare: perge a  
suo recipere rem latinā: ab interitu græcā: quo tui memoria noīs ab iniuria prorsus obliuionis asserat.

Latini

Seruius  
Priscia  
Donat  
Acro  
Porphyrius  
Marce  
Sex. Propertius  
Festus  
Iunius  
Probus  
Gellius  
Fulgentius  
Pediatus  
Persius

Vergilius  
Ovidius  
Lucanus  
Lucretius  
Valerius  
Statius  
Claudianus  
Syllius  
Seneca  
Plautus  
Terentius  
Oratius  
Persius  
Iuuenalis  
Propertius  
Tibullus  
Catullus  
Martius  
Aufonius  
Prudentius  
Martius  
Germanicus  
Licentius

Hippias

T. Livius  
Cornelius  
Cornelius  
Valerius  
Suetonius  
Capitellus  
Eutrochus  
Ammianus  
Sulpicius  
Xenophon  
Caldas

## Angeli Politiani Miscellaneorum Centuria prima

<b>Latini grammatici</b>	<b>Oratores</b>	<b>Sophocleus</b>	<b>Theon</b>
Seruius	Cicero	Theon Apollonii inter- terpres.	Achilles
Priscianus	Quintilianus	Platonius	Heron,
Donatus	Plynius iunior	poetæ.	Cleomedes
Acro	Symmachus	Homerus	Aristides
Porphyrio		Hesiodus	Quintilianus
Marcellus	<b>Astrologi</b>	Apollonius	<b>Philosophi</b>
Sex. Pompeius	Iulius firmicus	Nonnus	Plato
Festus	Hyginus	Dionysius	Aristoteles
Iunius philargyrus	Philosophi	Æschylus	Xenophon
Probus	Seneca	Sophocles	Theophrastus
Gellius	Censorinus	Euripides	Heraclitus
Fulgentius	Boetius	Aristophanes	Porphyrius
Pedianus	Apuleius	Pindarus	Proclus
Perfi uatis innomina- tus interpres.	Autores abigui tituli	Callimachus	Abammon
	Plynius	Theocritus	Iamblichus
<b>Poetæ.</b>	Petronius	Triphiodorus	Atticus
Vergilius	Solinus	Lucilius	Dexippus
Ouidius	Faufus	Fuenus	Philippo
Lucanus	Cato	Posidippus	Maximus tyrius
Lucretius	Vibius sequester	Gauradas	Alexander
Valerius Flaccus	Vitruuius	<b>Historici</b>	Themistius
Stadius	Frontinus	Herodotus	Sextus
Claudianus	Varro	Thucydides	Philoponus
Syllius italicus	Macrobius	Plutarchus	Simplicius
Seneca tragicus	Columella	Herodianus	Arrianus
Plautus	M. Iunius Nypfus	Iosephus	<b>Medici</b>
Terentius	Authores sacri	Strabo	Galenus
Oratius	Tertullianus	Paufanias	Paulus ægynita
Perfius	Cyprianus	Dion	Dioscorides
Iuuenalis	Hilarius	Zosimus	
Propertius	Ambrosius	Xenophon ephesius	<b>Autores abigui tituli.</b>
Tibullus	Hieronymus	Diodorus siculus	Artemidorus
Catullus	Gaudentius	Dionysius halicar- nasseus	Iustinianus
Martialis	Augustinus	Laertius	Diogenianus
Ausonius	Rufinus	Appianus	Callistratus
Prudentius	Sidonius	Hælianus	Africanus
Martianus	<b>Item ex iure ciuili ponti- ficioq; delibata quæpiã.</b>	Heliodorus	Apostolius
Germanicus, Cæsar	<b>Græci authores græ- matici.</b>	Sozomenus	<b>Autores sacri</b>
Licentius			Paulus
<b>Historici</b>	<b>Eufachius</b>	<b>Rhetores</b>	Eusebius
T. Liuius	Pollux	Aristides	Seuerianus
Cornelius nepos	Hephæstion	Lucianus	Basilius
Cornelius tacitus	Nica	Libanius	Theodoritus
Valerius maximus	Suida	Synæsius	
Suetonius	Maximus	Aphthonius	
Capitolinus	Apollodorus	Nicetes	
Eutropius	Doxapater	Nicephorus	
Ammianus	Lucilius tarrhæus	<b>Mathematici</b>	

Sunt & alii citati ueteres prudentes authoritatis incognitæ sicuti Poemenicon scriptor: & Aristophanis: Xenophontis: Aristidæ: Euripidi: Callimachi: Synesiq; enarratores. Sed nec Barbari deniq; Hebræis: caldæiq; authores in suis quoq; originibus asymboli.

Capita primæ Centuriæ.

Defensus a calûnia Cicero sup enarrata ui noui apud Aristotelé uocabuli qd' sit endelechia.	Caput. 1.
Quæ sint crepidæ apud Catullû carpatinæ: quod probe scriptû uocabulû peperâ mutat.	caput 2.
Quibus uerbis Oratius chamelopardalin significauerit quæq; sit eius animantis facies: quibusq; etiâ nominibus censeatur: & quo primum tempore uisa in Italia.	caput 3.
Quâ multa poetarum interpretib' legenda: quodq; satyrâ Persius de Alcibiade Platonis effinxit.	caput 4.
Qui sit apud Lucretium Durateus equus: quodq; legendum apud Valerium Flaccum non quidê Nox dorica: sed durica uel duria potius: in libro argonauticon secundo.	caput 5.
Quo intellectu Catullianus passer accipiendus: locusq; etiam apud Martialem indicatus.	caput 6.
Pathichos hoies Iuuenalé innuere: qui digito scalpâr uno caput: idq; de Calui poetæ uersiculis.	caput 7.
Cur errantiû siderû uocabula: diebus tributa: ronesq; inibi ordinis eorû scitu relatuq; iucûdæ.	caput 8.
Quid in Iris Domitio: & quatenus credêdû: deq; illi' euidêti pudêdoq; errore sup uoce attegias.	caput 9.
De Baptis & Cotyttis: deq; cotyttis: tum apud Iuuenalé & Oratiû recta indicata lectio enarratioq;.	caput 10.
Sententia de Claudiano exposita: relatu præquam lepidæ fabellæ. Tum fabella altera nō isuauior e græco itidem uersa super uenere & rosa.	caput 11.
Quomodo inuenta purpura: Simul explicatus Nonni locus græci poetæ.	caput 12.
Salutis augurium quod sit apud Suetonium.	caput 13.
Naulia quæ sunt in Ouidi artibus: atq; inibi de barbaris organorû appellationibus: quibus græci nostræque utant: quodq; etiâ chaldæi græca interim nostraq; id genus uocabula non aspernant.	caput 14.
Qui fuerit author Sybaritidos de quo Ouidius: deque sybariticis libellis apud Martialem: luxurique item cætero Sybaritarum.	caput 15.
De Aristide milesiaci de quo sit apud Ouidium: deque milesiarum delitiis.	caput 16.
Correctus in tragœdia Senecæ locus: atque ex græca remotiore fabula declarat' sup nemæo leone.	caput 17.
Qui sit apud Iuuenalé fraterculus gigâtis quiq; apud alios terræ filius: ibidêque de mani uocabulo.	caput 18.
Super aspiratione citata quæpiam: simul enarratum Catulli nobile epigramma.	caput 19.
Emendata apud Suetonium & enarrata uox hæc Ascopera.	caput 20.
Quid sit aut mineral aut mineral munus: ex eoque sniæ Iuuenalis Varronis expositæ.	caput 21.
Cuiusmodi sint uersiculi in quibus ut ait Martialis: Echo græcna recantet.	caput 22.
Legêdû apud Martialé cû cõpare mulo qd' pleriq; cû cõpare Gibbo: sîl' explicata rō i eo sensusq; uerior.	caput 23.
Quædâ sup hecale anu in memoriâ data: deq; poesi Callimachi: tum ex epigramatis priapeis expositus locus: & item alter apud Statium: quodque uitiose legitur de eo in Apuleianis codicibus.	caput 24.
Quâ multa in eplis familiarib' quæ nûc hntur Ciceronis ppostera: Tû quæ in ordinê restituendæ.	caput 25.
Uersiculi in fastis e græco sup uite & capro: tum parodia quæpiâ obscurior apud Suetoniû.	caput 26.
Verba in Ciceronis epistola ex Enni Medea de græca Euripidis.	caput 27.
Panici terrores qui uocentur: eoque locupletissimi citati testes.	caput 28.
Vnde sint apud Ouidium Teuthrantia turba Thespi uocata filia.	caput 29.
Vocabula inuentu rara nec tamen singularia Cutuma: Proseucha: Scruta.	caput 30.
Quid significet illud apud Iuuenalem: Tanquam habeas tria nomina: quoque manu emissi: patronorû sibi nomina imponebant: deque in nomen adoptando ex testamento.	caput 31.
Restituta Plynianis codicibus abolita pridem uox: quidque poppysmos aut poppysma significet: quodque mos poppysmis adorandi fulgetras.	caput 32.
Crambe quæ sit apud Iuuenalem: superque ea græcum prouerbiû.	caput 33.
Uitiose quæpiam in epistola Ciceronis: deque uocabulo quod est Sciamachia.	caput 34.
Locus in M. Varronis: & item alter in Columellæ libris rei rusticæ defensus a uitio: quædam super Euihemero inibi: & Iouis sepulchro: & cretensibus addita: & locus apud Statium declaratus.	caput 35.
Solutum hic & enodatum quod ænigma de Varronis libro citat Gellius.	caput 36.
Lapsus: fœde Seruium super Oaxe fluuio & creta.	caput 37.
Expositum Iuuenalis carmen contra oium hæctenus snias super Laconico & pitylismate.	caput 38.
Scirpus exsolutus Aufoni uatis. de Cadmi filiabus: Melone: Sepia: & Cnidiis nodis.	caput 39.
Scirpi simile uatis eiusdem epigramma emaculatum atque enarratum.	caput 40.
Quod in digestis Iustiniani principis diem diffusum male pro eo qd' est diffusum legit: ut apud Gellium diffundi & definitiones pro illis diffindi: & diffusiones: atq; inibi de pãdectis florêtinis nō nihil.	caput 41.
Pollices in fauendo premi sicut in denegando fauorem uerti solitos: ex eoque est sententiæ' Orati Iuuenalis & Prudenti declaratæ.	caput 42.
Quam multas habuerint antiqui diphtongos.	caput 43.
Pegaseum nectar legi oportere apud Persium non melos.	caput 44.
Patroclo iuniorẽ Achillem: contra q̄ aut Æschylus prodiderit: aut uulgo existimetur.	caput 45.
Cacæthes apud Iuuenalem tetrasyllabon non cacethos. Et condita pyxide lyde: non incondita legêdû simul enarratus apud Martianum locus haud arbitror indiligenter.	caput 46.

Quæ Plynii

Quæ Plynii  
agn  
De Me  
Conte  
ecpl  
Locus  
Cur in  
Quæ  
Quod  
cus in  
Cerati  
Qui si  
Cur ge  
Quæ  
Orige  
expli  
Non  
Mart  
aut e  
Agon  
Errati  
Qui  
Aliter  
Decla  
Qui  
Locus  
Corn  
Versi  
Oari  
Cui  
Quæ  
De ph  
Voca  
Histo  
Emer  
Non  
Quo  
Addi  
Cur S  
Fabul  
De or  
Quo  
De H  
De lit  
Cui  
De fl  
Quo  
Vnde  
Quo  
rela  
Qui  
Que  
uerl  
Qui  
Vind  
Lepic  
Græc  
Qua  
cot

- Quæ Plynius super titulis ueterum artificum pendentibus prodiderit ea de monimentis etiã ueteribus  
agnita Romæ: sicutiq; speciem uirgilianæ ægidos caput 47
- De Megabyzo scripsisse alios quod Plynius de Alexandro uentitare in Apellis officinam solito. ca 48
- Contentio epigramatum græci Posidippi: & latini Aufoni super occasionis imagine: tum pulcherrima  
ephrasis græci Callistrati caput 49
- Locus in Plynianis exëplarib<sup>9</sup> eméd atus sup noie Proetidú: atq; ibi de ipsa: furore relata historia ca 50
- Cur in Ephesiæ Dianæ templo molles appellati honores a Martiale caput 51
- Quæ sit apud Martialem Cornibus ara frequens caput 52
- Quod positum nomen Agamemnonis in M. Tulli diuinationibus pro Vlissi est tum in transcurso lo-  
cus in epistolis ad atticum non inelegans super miniatula cæra correctus & enarratus caput 53
- Ceratinæ qui sint apud Quintilianum caput 54
- Qui sint Crocodilitæ apud eundem caput 55
- Cur gemino cornu. Martialis dixerit in spectaculis: ubi de Rhinocerote: deq; tauris æthiopicis. caput 56
- Quæ sint apud Suetonium Tetraones. correctumq; erratum Plynianis exemplaribus caput 57
- Origo & ritus ludorum sæcularium: prætereaq; ad id alia: citatumq; eo Sibyllæ oraculú: mox & obiter  
explicata quædam: rursusq; alia refutata non inutiliter caput 58
- Non Vergilium: sed Ouidium uideri priapei carminis authorem. Tum uersiculum illum qui sit apud  
Martialé. Ride si sapis o puella ride. Nasonis eë pculdubio: sed ex epigramaticis potius q̄ aut ex antiq<sup>9</sup>  
aut ex tragœdia Medea uidere citatú: moxq; nouú q̄ppiã & mix: de medea Nasonis adscriptum. ca 59
- Agon uerbum: quo Victimarius uti solitus: de quo etiam in Fastis Ouidius. caput 60
- Erratú in codicibus Plynianis super cicuta uinoq; quodq; médose apud Macrobiú Aconitú. p Conio 61
- Qui sint arietini testiculi: qui digitus medicus apud Tullium. caput 62
- Aliter citari a Varrone Terentii uerba. quã aut in exemplaribus habeatur aut donat<sup>9</sup> agnouerit cap. 63
- Declarati uersus Aufonii: sed & Ouidi super Choliambo aut Scazonte. caput 64
- Qui sit habitus in statuis paciphicator: deq; eo sentire Statium in prima Silua. caput 65
- Locus in Plauti Mustellaria & item alter in milite uindicati a uitio. caput 66
- Cornicé uideri apud ueteres concordia: symbolú: nō ut omnes apud Iuuenalé existimát ciconiã. cap. 67
- Uersus ex Callimacho super crinibus reginæ Berenices: atq; ide médú ex Catulli exéptú. uersiculo. 68
- Oarion syceriter eë apud Catullum: quod Aorion isti legunt qui bonos uiolant libros. caput 69
- Cuius in Bruti nomismate symbolum sint pileus & pugiones. caput 70
- Quæpiam uulgo legi adhuc apud Maronem contra regulam contraq; rōnem metri. ca. 71
- De phylira & lemniscatis coronis. caput 72
- Vocabulum quod est expernata Catullianis uideri exemplaribus reponendum. caput 73
- Historia non illepidi super zeusi pictore & Helena. caput 74
- Emendata uox in Ibi: simul explicata sententia. neutiq; nota hastenus. caput 75
- Non Antilochum ab Hectore: sed aliter uideri legendum in prima Heroidum caput 76
- Quo argumento dicendum Vergilius non Virgilius. caput 77
- Additã falso negationē primo digestorū uolumine: quo capite de officio procōsulis agitur & legati. 78
- Cur Seleuci regis facies non nomismatis cornigera. caput 79
- Fabula inotior de Tiresia & Pallade. qua sensus aperitur Propertiãus. caput 80
- De ocno & Afello quodq; apud Propertium mendose legitur. Orno. caput 81
- Quod in digestis titulo de edendo legatur ad alium legi ad album conuenire. caput 82
- De Harpocrate. caput 83
- De libertinis qui uocentur dediticii. caput 84
- Cuiusmodi apud Iuuenalem Cereris ludi accipiantur: deq; cerialium auctore Mémio caput 85
- De fluctu decimo seu decumano cui<sup>9</sup> permulti poetæ meminerunt. caput 86
- Quod erat i Cicerōis ep̄la uocabulú Philotheorū corruptú de i improbe in nomē qd̄ est Philocteten. 87
- Vnde illud tractú Fuimus troes: quæq; extent in litteris sup lacedæmoniorū choro & cantico. caput 88
- Quod Seruius grāmaticus bucolicos. Maronis uersus: tam médose legit q̄ falso enarrat. Notataq; ibi &  
relata quædã sup initiandis pueris: superq; dis aliquot ueterū maximeq; genis & Iumonibus. caput 89
- Qui uir Theodorus Gaza: quantúq; tamen lapsus in Aristotelis problemate uerso. caput 90
- Quo pacto uir idem græcæ transfulerit: quod est apud Ciceronem Suadæ medulla positq; Eupolidos  
uersus de Pericle: tum indicatum: quibus deniq; dea Pitho latinis appellationibus censeatur. caput. 91
- Qui sint apud Liuium caufarii. caput 92
- Vindicata Iustiniani principis præfatio quæpiam a uitiis mendisq; aliquot. caput 93
- Lepidum Seueriani comentum de lunæ factura & solis: deq; mensuris diebus & annuis. caput 94
- Græcum elegãs adagium super xeniis digestorum exemplaribus restitutum. caput 95
- Quanta in muribus salacitas. & Hæliani uerborum interpretæ mētum. atq; inibi locus apud martialem  
correctus & enarratus.

Automaton legēdum in Suetonio quod nunc uulgo aut ornatum: quidq; ea uoce significetur. ca 97  
 Perſi locus: & item Senecæ declaratur: deq; manumittendis feſtuca ſeruis: & circūaſtu. caput 98  
 Cur muri partem deſicere quod ait Suetonius hieronica ſoliti. caput 99

Quæ ſint apud Maronem ſilentia lunæ: quæ ue tacita uirgo apud Oratium: ſuperq; iis Seruiana &  
 Acroniana reſutata ſententiæ. caput. c.

Deſeſus a calūnia Cicero: ſup enarrata uinoui apud Ariſtotelē uocabuli: qd̄ eſt Endelechia. caput primū



Argyropyllus ille Byzantius olim præceptor in philoſophia noſter. cum litterarum latinarum  
 minime incurioſus: tum ſapientiæ decretoꝝ diſciplinarumq; adeo cunctarum (quæ cyclicæ a  
 Martiano dicuntur) eruditiffimus eſt habitus. Hic & apud Medicem Coſmum decreto publico  
 patrē patriæ: & dein apud Coſmi filium Petrū: nepotemq; adeo Laurentiū hūc decus ubiq; no  
 ſtrum patriæ ſimul auitaq; uirtutis heredem: ſuaq; R. p. columem inſigni fuit & authoritate & gratia:  
 quibus etiam libros dicauit Ariſtolis a ſe uerſos in latinum: ſed & ipſum uix adhuc quidem puberē Lau  
 rentium dialecticis imbuit: eaq; philoſophiæ parte qua de moribus præcipitur. Cæterum: ut homo græ  
 cus: per q̄ ferebat iniquo animo nobilē illam nec ut Theodorus gaza putat importunam). M. Tulli Ci  
 ceronis exclamationem qua græciam uerborum interdum inopem quibus ſeputat abundare. non elo  
 quentius fortaffe q̄ uerius pronunciauit. Ob id igitur ſubiratus latinæ copiæ genitori & principi græcus  
 magiſter: etiam dictitare auſus eſt: quod nunc quoq; uix aures patiuntur ignarum fuiſſe nō philoſophiæ  
 modo Ciceronem: ſed etiam: ſi diſplacet: græcarum litterarū. Vix enim dici poteſt: q̄ nos aliquādo ideſt  
 Latinos homines in participatu; ſuæ linguæ doctriinæq; non libenter admitat iſta natio. Nos enim quiſ  
 quiliās tenere litterarum: ſe frugem: nos præſegmina: ſe corpus: nos putamina ſe nucleum credit. Sed ut  
 ad Argyropyllum reuertar: oculos ad hunc modum noſtri parentis uiuentis uicturiq; ſigillantem: uteba  
 tur hoc ille uel maxime argumto: quod in primo Tuſculanarū quæſtionū; ſcribat Cicero cenſere Ari  
 ſtotelem: quintam eſſe quandam præter elementa naturam: de qua ſit mens: uerbaq; deniq; ipſius ita le  
 gantur. Quintum genus adhibet uacans nomine: & ſic ipſum animum entelechian appellat nono nomi  
 ne: quaſi quandam continuatam motionem & perennem: ſed enim nemo eſt (aiebat) in Ariſtotelis lectio  
 ne paulo frequentior: quin ſciat entelechian eſſe potius Ariſtotelem uerbum ne utiq; ſignificans quod  
 Cicero putat continuatam motionem & perennem: ſed perfectionem potius aut conſumationem qua  
 piam. Nam cum uellet Ariſtoteles: quaſi nomenclaturam facere intellectum. ſuorum uerba ipſe quaſi  
 noua concepit animo uelutiq; dein peperit: in quis hoc quoq; per quod indicat forma ſpeciesq; cui per  
 fectionem res quaſq; ſuam debeat: Quod enim quidq; eſt: ab hac eſt entelechia potiffimum. Cicero au  
 tem non quidem hanc Ariſtoteleam uocem: ſed aliam prorsus ei contiguam ſimilitudinē  
 præſtigio falſus enarrauit. Endelechios enim cōtinuatim mobiliter cōtinuaq; mobilitas endelechismo:  
 unde hanc Ariſtotelis entelechian deduci putauit ille qui non dicit litteram tamen ſed. r. potius habeat  
 in ſyllaba ſecunda: iam authores cōtra Ciceronē ſtare quālibet magnos peripateticos adiciebat: & ut ho  
 mo erat omnium: ut tunc quidem uidebatur. acerrimus in diſputādo: atq; aurem (quod ait Perſius) mor  
 daci lotus aceto: præterea uerborum quoq; noſtrorū funditor maximus: facile id uel nobis uel cæteri  
 tum quidem ſuis ſectatoribus perſuaſerat: ita ut quod pene dictū quoq; nefas. pro conſeſſo inter nos ha  
 beretur nec philoſophiam ſciſſe. M. ſullium nec litteras græcas: enim uero te dein tota diligentius perue  
 ſtigata meas eſſe partis: & item cuiuſcunq; latini profeſſoris exiſtimauit: Ciceronis gloriam qua uel maxi  
 me contra græcos ſtamus: etiam uice capitis omni cōtentione deſenſare: q̄q; illam ſua nō antiquitas mo  
 do: ſed quadam prope diuinitas extra iſtum ſupraq; iniuriam poſuit: iam primum igitur Argyropylli  
 huius apud me quoq; non exigui ponderis authoritas aliis authoritatibus multoq; arbitror ualentiori  
 bus reſellenda eſt: tum oſtendendum: ex eo quod obicitur augeri Ciceronis præconium: nedum decre  
 ſcat. Et prodibunt in mediū; ſatis arbitror: quod ad philoſophiam: modo pertinet. idonei Ciceronis lan  
 dadores: ut ſimus iterim q̄ pauciſſimis cōtēti: Boetius Macrobi⁹ & Auguſtinus. Nā q̄s Boetio uel i diale  
 cticis acutior: uel ſubtilior i mathematicis: uel in phiā locupletior: uel in theologia ſublimior: Quē tāci  
 iuniores etiā phi longe: arbitror: oīum pſpicaciſſimi fecerunt: ut aquinatem Thomā diuam hominem:  
 magnumq; illum Thommæ præceptorem: Deus bone: quos uiros: habere meruerit enarratores. & ab  
 ipſius ſententia ne ſit ulla quidem: pene iam prouocatio: Porro de Macrobio: cui rogo magis credendū  
 q̄ laudanti præcipue Boetio: Deniq; ipſius Auguſtini tam alte niſa in omnibus ferme diſciplinis eſt au  
 thoritas: ut extra omnem ſit aliam poſita: ſic ut ab ea iam nō tranſuerſum quidem (quod dicitur) unguē  
 recedi fas habeatur: Etenim tanta ingenii conſtat eum celeritate uiguiſſe: ut quicquid de arte loquendi &  
 diſſerendi: quicquid de dimensionibus figurarum de muſicis de numeris præcipitur: etiam ſine magna  
 difficultate nullo hominū tradente præceperit: tanto dein acumine præſtitiffis diſputādi: ut iure in uno  
 iſto potiffimum totius ueritatis niti patrociniū uideatur. Consideremus igitur quid hi ſinguli ſaltem  
 de Cicerone ſenſerint: quantumq; ei tribuerit in philoſophia: tum credamus audacter non cuiuſuis eſſe  
 calumniam conflare homini: qui fuerit a laudatiſſimis hominibus tam ſingulariter laudatus. Boetius  
 itaq; non modo ſic utitur identidem. M. Tulli teſtimoniis: ut ea pro firmiſſimis & inuiolabilibus obſer  
 at argumentis: ſed ipſius topicorum (qui maximus eſt honor) ſuſcipere interpretatiōem non erubeſcit.

Macrobius

Macro  
 temec o  
 demicis  
 inquit i  
 sonatas  
 ſum m  
 buerite  
 bili poſ  
 faterur  
 accepta  
 loqueb  
 ad tribi  
 ſtatim  
 met for  
 alius Ci  
 uero de  
 tati: qui  
 at quic  
 um do  
 cōmen  
 tum an  
 nus ali  
 rim co  
 ſed hab  
 los uo  
 bant: q  
 ter acc  
 notate  
 cuiuſp  
 do ſe t  
 ille Ma  
 rali or  
 cero tu  
 tiæ dec  
 Enimu  
 mana  
 tia: teſt  
 xonis c  
 quinta  
 Alexar  
 bus illi  
 rius in  
 miſtius  
 men it  
 Ambre  
 bis qui  
 ſuis litt  
 igitur c  
 legerin  
 poteſt:  
 nuncia  
 dem in  
 gradu  
 obrint  
 pollet  
 non m  
 ſed & t  
 ſe uniu  
 uſmod

Macrobius autem sic in unius eiusdem libri uel exigua particula uersatur: ut nec Platoni compare; face-  
 tem nec omnibus insignire eu; disciplinarum omnium titulis dubitauerit Deniq; Augustinus cum in aca-  
 demicis (quanq; sub alterius persona) nunc suum Ciceronem: nunc sapientem appellans: tandem ab ipso  
 inquit in latina lingua philosophiam & inchoatam esse & perfectam: tum in cōfessionibus ubi neutiq; p-  
 sonatas eos ex professo damnat: qui linguam Ciceronis mirantur: peccus non ita: quin immo quod affe-  
 ctum mutauerit ipse: quod ad deum preces & uota conuerterit: quod desideria non eadem quæ prius ha-  
 buerit: quod omnis ei uana spes euiluerit: quod immortalitatem sapientiæ quæserit æstu cordis incredi-  
 bili postremo quod surgere iam cæperit: ut ad deum reuerteretur: cuncta hæc esse Ciceronis: munus  
 fatetur unique prorsus illius libro: qui uocaretur Hortensius omnem suæ salutis occasionem rettulit  
 acceptam. nō enim ad acuendam linguam liber inquit ille offerebatur: nec locutionem mihi: sed quod  
 loquebatur persuaserat. Quod isti utinam legissent quis omnium ægroti nobis Hieronymi uapulantis  
 ad tribunal obiecant: nec illud saltem cogitantes illum ipsam Hieronymum: cum post repetitam dein  
 statim Ciceronis lectionem periurus a ruffino argueretur: etiam grauissime cōqueri: quod sibi ab illo sua  
 met somnia obiicerentur. Cæterum: ut ad propositum reuertar: uicerit sane uel Argyropylos: uel quis  
 alius Ciceromastix: Sed rogo istas prius trāscendere audeat autoritatū moles: quas opposuimus. Enim  
 uero de græcis litteris facilior proniorq; sententia. Quis enim tam hispida aure: quis tam inimicus ueri-  
 tati: qui si pauca modo peneq; etiam tumultuaria græca uerba spatim adhuc uel i epistolis ipsius olfaci  
 at: quicquam se dicat unq; magis aut elegās aut atticuz. tota quoq; græcia repperisse: sic ut iure Possidoni  
 um doctissimum illum hominem: deterruerit a scribendo. iure græcam nationem græco de rebus suis  
 cōmentario conturbauerit: in quo se ait libro totum Isocratis mythothecion: atq; omnis eius discipulo  
 rum arculas: tum non nihil etia; Aristotelea pigmenta consumpsisse. Qua mihi uidetur fiducia: non mi-  
 nus aliquando græcæ q̄ latinæ linguæ ueluti pomerium protulisse. Sit argumento uel illud. ut uno inte-  
 rim contenti exemplo simus: quod innocentia uocabulum negat habere apud græcos usitatum nomē  
 sed habere ait posse tamen Eulabiam. Tum castigat interdum quoq; ceu signitiam quorundam apud il-  
 los uocabulorum sicuti cum eos ait quidem distinguere: sed parum ualere uerbo: quod uel in illis pro-  
 bant: quæ sunt: melancholia & furor. uel item in eo quod πόνον pro labore confusus illi & dolore pari-  
 ter accipiunt: tum melius aliquid nos dicere indicat: q̄ illos: ut cōuiuium ut alia: multoq; melius quædam  
 notata eē uerbis latinis q̄ græcis: quod & significat multis locis reperiri: sed & carere hos ipsos nomie rei  
 cuiuspiam quam maxime habeant familiarem non dissimulat: nec ullus eorum tamen quālibet inquirē  
 do se torserit: inepti reperire adhuc aut excogitare uocabulū potuit. iam uero nōne Appollonius quoq;  
 ille Molo rethorum omnium sui temporis celeberrimus: audita semel græca. M. Tull. sed & ex tempo-  
 rali oratione: defixus diu stetit: ac deniq; ita mirabundus pronunciaſſe dicitur. Ego uero te quidem Ci-  
 cero tum laudo tum admiror: sed me græcorum fortunæ miseret tædetq; quod humanitatis: & eloquē-  
 tiæ decora: quæ sola nobis reliqua feceramus: ea quoq; per te quantum intelligo: Romanis arrogantur.  
 Enim uero hoc illius iudicium non latinus: nō ineptus aliquis. sed Plutarchus ipse græco uir ingenio: ro-  
 mana grauitate in litteris rettulit. Ergō ad hunc sane modum de scientia ipsius deq; græcæ linguæ peri-  
 tia: testatum nobis ueteres reliquerunt. Age uero nunc Endelechian quoq; istam pensitemus: seram Cice-  
 ronis calumniatricem. Vtrum ne istic igitur reprehenditur quod Aristotelem dixerit adhibuisse Cicero  
 quintam quandam præter elementa naturum: & sic ipsum animum nouo nomine appellauisse: quod &  
 Alexander Aphrodisieus peripateticorum omnium etiam ab Auerroe laudatissimus in egregie subtili-  
 bus illis naturalium questionum libris ostendit: quos a se lectos diuus Hieronymus gloriatur: & Porphy-  
 rius in cōmentario quod in Aristotelis decem genera per interrogationes edidit: & responsiones: & The-  
 mistius super hos in paraphrasi de anima secunda: & Simplicius ubi Aristotelem paris argumenti uoluz  
 men interpretatur: & Quintilianus Aristides in tertio de musica & postremo in epistola quadā sua diuus  
 Ambrosius: ut alios interim pretereamus: unanimiter prope significarunt quanq; de hoc utiq; ne in uer-  
 bis quidem Aristotelis ipsis ulla dubitatio est. An illud potius culpatur quod endelechian uocabulū nec  
 suis litteris notauerit: & alium q̄ Aristoteles intellectum: sicuti supra diximus accōmodauerit. Principio  
 igitur quero ego ab istis: quo nam maxime argumento ethelechian potius q̄ endelechian scriptum col-  
 legerint ab Aristotele. Tam enim uerbum nouū hoc: q̄ illud nec minus altero significat animus q̄ altero  
 potest: nec Aristoteles ipse perfectionem: potius q̄ motionem illam indicari continuam noua uoce pro-  
 nunciat. Crediderint ita sane Porphyrius: Themestius Simplicius aut si qui compares. Quæ autem tan-  
 dem inuidia est: etiam Ciceronem aliter quam posteriores oppinatum. si stare ipse sic quoque tuerique  
 gradum bene & fortiter potest: Nam sit ultra lectio uerior ea quā Cicero agnoscit an quæ apud posteros  
 obtinuit: in incerto adhuc est Etenim libri omnes Aristotelei: qui tam grandi nunc quidem autoritate  
 pollent. interpolati pleniq; multis erroribus olim sunt editi. si fidem Straboni accōmodamus autori  
 non malo. Siquidem Ne leus ille scepsius corisci filius & Aristotelis Theophrasti: non solum auditor:  
 sed & bibliothecæ successor & hæres. libros utriusq; philosophi scepsin hoc est in suā patriā compoſaſ-  
 se uniuersos perhibetur: Hicq; dein a posteris ipsius metuentibus uidelicet attalicos reges librorum isti-  
 nsmodi studiosissimos in fossi terræ negligenterq; habiti diu tandem aliquando ab Apellicone Teio ma-

gna empti mercede dicuntur: sed carie situq; quod necesse fuit: multis exesi & labefacti locis: quos tamē inconscientius supplere Apellicon ipse librorum q̄ philosophiā studiosior: & pro arbitrio: quemadmodū quidem putabat: emendare ausus. plurimis temeravit erroribus. Hi tamen adusq; Sullæ tempora (sicuti Plutarchus memorat) athenis delitescerant: Nam peripatetici ueteres ordinatis istis quibus omnis instruitur philosophia carentes: paucos modo: quos uocant. exotericos habuerunt: eoq; posteriores exquisitius philosophati: quod Aristotelis uolumina: quicq; alicubi cōtaminata: peruolutabant. quippe. L. Sulla bibliothecam Apelliconis istam repertam athenis Romam primus transtulit: tum grammaticus Tyrannion & ei pene Suppar Andronicus Rhodius: is qui libros etiā Perihermenias negat Aristotelis: magna copia libros eius philosophi: tabulis etiam nescio quib; editis inuulgauit. quo circa nihil est quod iam dubitemus: quin de synceritate primæ uel lectionis istius: præsertim tantillo discrimine: uel libera sit in utranq; partem suspitio: uel si alterutri accedendum: tutius Ciceronem sit præferri loge priorem q̄ Alexander est: primus ex illa cohorte quā diximus: Aristotelis enarrator: quem Seueri floruisse temporibus uel ipsius de fato significat opus: & qualemq; propemodū seu paulo credo maiusculum summis illis academicis Origene & Plotino. quid autem prohibet: quominus Cicero ipse uidere matricem quoq; librorum Aristotelis: qui fuerint ipsius ætate publicati: si non incorruptam: certe sicuti diximus conscribellatam: potuerit. Tum & consulto factum ab homine doctissimo crediderim: ut libro pectoris muro scriptus: eam nouo huic Aristoteles uocabulo interpretationem iure accommodare sit ausus: quæ cum Phedro sententia super animæ motu sempiterno atq; (ut Varro inquit) Dio: cōsentiret: de qua ipsi quoq; uel in Tusculanis quæstionibus uel in sexto Reip. uolumine cōmeminerit. quando & Philoponus in aristotelis uita: & Simplicius in cōmentariis de anima: & in extremo Perihermenias libro Boetius ipse germanas esse & comparas utriusq; philosophi sententias asseuerat: etiamq; libros septem cōposuisse Porphyrius traditur quibus hoc maxime argumentum colligeretur: eandem Platonis esse profus: & Aristotelis hæresin: quod & Picus hic Mirādula meus in quadam suarum disputationum præfatione & uero uerius esse: copiosissimo opere: credo pulcherrimoq; peruincet. nisi me tamē gustus sefellit: quod de Platonis hac ipsa quā dicimus: & Aristotelis cōcordia: noctes atq; dies molitur: & cudit. Ita non modo non rase in uocabulo isto noster Cicero. sed uel eruditius aliquanto q̄ cæteri uel ad suam sectā scripsisse accommodatius itelligitur. ut quod de clarissimi uiri doctrina tam idonei q̄ superius ostēdimus authores spondponderunt etiam ipsemet: in quo præcipue diuerticulo calumniam patitur: largissime cumulatissimeq; præstiterit. Nec aut nouum Ciceroni aut inusitatum: calumniam pati a græcis quando etiam Didymus sex libros aduersus eundem composuit: Sillographos imitatus maledicos scriptores. qui tamē libri iudicio doctarum aurium sunt improbat. Sic aduersus generosissimum leonem: procul: despectis uocibus etiam quidam sæpe lucemarii canes baubantur.

Quæ sint crepidæ apud Catullum carpatinæ: quod probe scriptum uocabulum. perperam mutatur

Caput. 2.



Malerius Catullus in epigrammate quodam sic ait. Ista tamen lingua si usus ueniat tibi: possis

Culos: & crepidas lingere carpatinas

Quæsitū uero a multis: explicatū adhuc a nemine. quæ sint carpatinæ. seu carbatidæ crepidæ: utriusq; recte. Sed & item carbasine dicit: quidā aut plani: & tenebriones in litteris. ueteres expiæto uocabulo: nescio quas supponit aut cercopythas aut copratinas ex ara productas nō scholasticè uocabula nuda: nomia: cassa: & nihili uoces Nos de græco istrumētō: quasi de cella proma: nō despicibilis: nec abrogandæ fidei profertimus authoritates: quibus & lectio præstruatur icolumis & interpretamenti tribulum discutiatur. iam primum igitur Iulius ipse Pollux libro nono ad Cōmodū Cæsarem. Carbatinas esse ait rusticum calciamentum sic a Caribus appellatum. Aristoteles uero in secundo de animalium historia: chamelos calceari carbatinis scribit: ne. s. in exercitu longiore itinere fatiscant. Sed & quattuor extant græce nimis q̄ libelli elegantes. Pænemicon titulo: quorum in secundo senex quidam cū pera & calceis carbatinis introducit: & Lucianus in dialogo: qui uel Alexander: uel Pseudomantis inscribitur oratores quospiam e Paphlagonia carbatinis calceatos ait: Deniq; etiā Xenophon Socraticus Anabases tertio: Cū defecissent inquit ueteres calcei carbatinas habebāt ex recētibus coriis bubulis confectas: quæ etiam locum dissimulato tamen authore Sudas adducit: quin interpretis quispiam Xenophōtis eiusdem carbatinas esse addit barbaricum calciamentum.

Quibus uerbis Oratius camelopardalin significauerit: quæq; sit eius animantis facies: quibusq; etiam nominibus censeatur: & quo primum tempore uisa in italia.

Caput. 3.



Oratius in epistola ad Augustum. Diuersum inquit confusa genus panthera camelo. nos olim iam publica prælectiōe distauimus uideri eum de camelopardali: quæ uulgo Girafa dicitur sentire. quā enim uocamus pantherā græci pardalin. Et hanc a rege ipso ægypti qui Sustanus uocatur: inter munera alia dono missa Laurentio Medici uidimus: nō tā meo q̄ ingenio: omnium uirtutūq; patrono Tm̄ mirati sumus habere ipsam. corniculā: quāq; mas erat: qm̄ de his nihil hactenus in ueteribus memoriis legebamus. Cæterū græcus Heliodorus nō dilutæ scriptor authoritatis libro æthi-

opicon  
ab Auxo  
les illi qu  
ipsi mun  
nem can  
partes hi  
Cæteror  
collum  
los toru  
similis n  
profereb  
fimo uir  
fecit: spe  
dalin ap  
manæ h  
& popu  
clanibu  
ribus sul  
quo fit  
Hartiq;  
bus & ci  
melopa  
gisq; fesi  
quo loc  
syriaco  
culis ut  
maticu  
Gordia  
Qua



uerum i  
in penet  
scenem  
ma tam  
quale ui  
tam ipsi  
catur ex  
res inibi  
cette Ve  
hoc ma  
ctus a p  
Platone  
bita: not  
nihil hic  
noster a  
rime ter  
diosis: se  
Quil  
dorica:



Inno  
oy inno  
opicon



opicon decimo: in hanc ferme sententiam de ea meminit: cum. s. Hydaspæ regi æthiopum dono datam ab Auxomitarum legatis fabulatur: Postremo inquit accessere etiam Auxomitarum legati non uestigales illi quidem: sed amici & fœdere iuncti: qui beniuolentiam rebus prospere gestis indicâtes: cum alia & ipsi munera obtulerunt: tum in primis aiantem quâpiam inusitata specie naturaq; cuius ad magnitudinem cameli proceritas: Color pellisq; pantheræ maculis ueluti florentibus uariata postremæ infra aluû partes humi subsidebant sicuti in lectionibus uidemus. Humeri: pedesq; priores: atq; item pectus præter cæterorum membrorû rationem procerum. Tenuis ceruix: & quæ de reliqua corporis mole in oloninû collum se tenderet Camelo caput simile: Maior ipsa pene duplo q̄ libyffe struthi subscriptosq; uelut oculos torue motans conuiebat. in cæsus autem longe aiantium cæterarum terrestrium: uel aquatiliû dissimilis neq; enim uicissatim crura simul: Sed dextra pariter: dein sinistra utraq; agitabat: Cûq; iis suspensa proferebat latera: tractu motuq; tam facili: ut eam quo uellet tenui capistro uentici deuincto ueluti forti simo uinculo: magister perduceret. Hæc. ut est conspecta animans: oem continuo multitudinẽ obstupefecit: speciesq; nomen inuenit: ex iis quæ præcipua in corpore: sic ut ex tempore eam populus camelopardalin appellaret. Hastenus Heliodorus Dion uero græcus & ipse author in tertio quadragesimoq; Romanæ historiæ libro de Cæsare narrans ita ferme scribit. Camelopardalin uero pri<sup>9</sup> ipse româ adduxit: & populo ostendit in aial cætera camelus: crura inæqualia habet posteriora prioribus magis breuia. ut a clunibus atolli sensim q̄ si accedenti simile incipiat corpusq; reliquum sublime admodû cruribus prioribus sustentatur: sed ceruix in altitudinem pene peculiarem se tollit. Colore ipsa maculoso ceu pãthera: quo fit ut amborû promiscuo uocabulo censeatur. Plynus uero de camelis tractans hoc quoq; addit. Harûq; aliqua similitudo in duo transfertur animalia. nabunæ thiopes uocant collo similem equo: pedibus & cruribus boui: camelo capite: maculis arbis rutilum colorem distinguuntibus. Vnde appellata Camelopardalis: Dictatoris Cæsaris circensibus ludis primuz uisa Roma: Ex eo subinde cernit aspectu magisq; festitate conspicua: quæ etiã ouis feræ nomen inuenit. Consimilia ferme huic etiã Solinus prodidit: quo loco de æthiopibus. Sed & M. Varro in libro de lingua latina ad Ciceronẽ Camelus inquit suo noie syriaco in latinum uenit: ut alexandria Camelopardalis nuper adducta quod erat figura ut camelus: maculis ut panthera. Risi etiam nuper: quia uerbû ex Varrone dimidiatû pardalis tantum nescio quis grammaticus in lexicon rettulerat suû. quod p ordinem litterarum compositum circumferetur: Cêtu; autẽ Gordiani principis ludis exhibitus: authore capitolino feras oues accepimus.

Quam multa poetarum interpretib<sup>9</sup> legenda. quodq; satyraz Persius de Alcibiade Platonis effinxit.

## Caput. 4.

**Q**ui poetarum interpretationem suscipit: eum non solum (quod dicitur) ad Aristophanis lucernam: sed etiam ad Cleanthis oportet lucubrassè. Nec prospiciẽde autem philosophorum modo familiæ. sed & iurecõsultorum: & Medicorû. itẽ & Dialecticorû: & quæcûq; doctrinã illum orbem faciunt: quæ uocamus encyclias: sed & philogorû quoq; oium. Nec prospiciendæ tm̄: uerum introspiciendæ magis: neq; (quod dicitur) ab limine ac uestibulo salutandæ: sed arcessendæ potius in penetralia & in intimam familiaritatem: si rem iuuare latinam studemus: & inscitiam cottidie inualescentem profligare: alioqui semidocta sedulitas cum magna sui persuasione: detrimẽto non usui. Plurima tamẽ in philosophorum maxime operibus inuenias: quæ sint in poetarum nostrorum libros ascita: quale uidelicet: quod etiam annos abhinc aliquot persum publice poetã enarrantes indicabamus. Satyrã ipsius quintã cuius est initium. Rem populi tractas ad Platonici dialogi qui primus Alcibiades uocatur exemplar ueluti deliniatam: sic ut non ea solumq; de iusto atq; iniusto deq; sui cuiq; notitia: Socrates inibi cum Alcibiade agit delibasse ex eo pudenter: sed locus etiam quospiam si non magni momẽti: certe Veneris tamen plenissimos & leporis duxisse inde idem Persius intelligat. Quod genus & alia: dic hoc magni pupille Pericli: qm̄ Socrates quoq; ostendit oium maximum uisum Alcibiadi quod ipsi relictus a patre tutor Xanthippi filius Pericles. Sic item. Dinomaches ego sum. Ductum ex eo quod apud Platonem. sic est ωφιλεπαι κλεινίου και λεινο μαχας. Consimiliter quod ait ibidem. Tecum habitam non ne dialogi eiusdem peruidisse uidetur uoluntatem? Siquidem quod Plocus enarrator affirmat: nihil hic aliud Plato q̄ litteram delphicã respexit: monẽtem se quisq; ut norit. Quod & Picus Mitãdula noster amor: in heptaplo sua quã mox editurus: de septiformi sex dierum geneleos enarratione: pulcherrime tetigit. Hæc igitur inuenisse aliquando: uel inuicem etiam contulisse: non emolumẽtum modo studiosis: sed & uoluptatem pepererit minime uulgarem.

Qui sit apud Lucretium durateus equus: quodq; legẽdum apud Valerium Flaccum: nõ quidem: nox dorica: sed durica: uel duria potius: in libro argonauticon secundo.

## Caput. 5.

**Q**ui Vcretius in primo de rerum natura. Nec cum durateus Troianis pergama partu inflammasset equus nocturno graingenarum durateum uocauit equum illum troianum ab Epeo fabricatum perite simul & eleganter: quæ græca uox & poetica ligneû significat. & sane durateon uocat hũc etiã Homerus equû libro octauo Odyssæ sic inueniens. ἀλλὰ γέλη μεταβηοὶ καὶ ἰπποῦκος μὲν αἰεῖρον Δουράτεος: τὸν ἐπέιοσ ἐποίησε ἐν σὺν ἀθηνῆ. Et enim paulo post. Δουράτεος ἰπποῦ δέειά το πάντες ἀπίστοι. uulgoq; eundem nõ durateon cõmũiore lingua: sicuti etiaz poeta

Aristophanes. At enim opici homines dictionem sibi incognitam expungere: pro quo illo quod est durate us reponere nugamenta quæpiam uel duratunes: uel diratenens occeperunt. Id ne attentare amplius audeat uisus mihi sum facturus operæ præciū. si de isto quoque nō nihil miscellaneis inferuiffem. Sed & codicem proxime nobis argonauticon Valeri Flacci perueterē. Taddæus Vgoletus parmēsis: Matthiæ Panoniorum sapientissimi & inuictissimi regis aulicus homo litteratissimus ostēdit. e quo fluxisse opinor & cæteros: qui sūt in manibus. cuius in secūdo sic est. Manet immotis nox durica fatis: nō ut uulgo legitur dorica. Quæ certo aut uera & emendata lectio: aut quod suspicor magis uero proxima ut quod & usus & uocalitas persuadet: nox duria sit apud illum qua. s. Inclusos utero danaos æquus ille durius hoc est idem qui durateus patefactus ad auras reddiderit. Neque autem diphthongus impediatur. Quam enim Δουρεος græce tam & Δουριος.

Quo intellectu Catullianus passer accipiendus: locusque etiam apud Martialem indicatus. Caput. 6.



Affer ille Catullianus allegoricus (ut arbitror) obsceniorē quæpiā celat intellectum quæ salua uerecundia nequimus enūciare. quod (ut credam) Martialis epigrammate illo persuadet: cuius hii sunt extremi uersiculi.

Da mi basia sed Catulliana.

Donabo tibi passerem Catulli.

Quæ si tot fuerint: quot ille dixit.

Nimis enim foret ispidus poeta: quod nefas credere: si Catulli passerem denique: ac non aliud quippiam quo suspicor magis donaturum se puero post oscula diceret: Hoc quid sit: equidem proffili pudore suæ cuiusque coniecturæ de passeris natiua salicitata relinquo.

Pathicos homines Iuuenalem inuenite: qui digito scalpant uno caput. idque de Calui poetæ uersiculis. Caput. 7.



Vi digito scalpūt uno caput. Sane mollē uirū ex eo significati apud Iuuenalē in satyra nona nemi dubiū: sed & pōpeiū sic a Clodio notatū: Plutarchus indicat: in Pompei uita: ut illud interim omittā: quod in libello quoque eo notā hāc Pompei attigit: cui titulus est: quo pacto fiat ut inimici quoque profint. quin & Ammianus Marcellinus historiæ. li. 17. Pōpei obrectatore ait etiam: hoc in eo ludibriosum & irritū obseruasse: quod genuino quodā more caput digito uno scalpēbat. Cæterum non tam mollis ex his uerbis: quæ plane pathicus: & draucus aliquis designatur: quod genus hominis in satyra uniuersa Iuuenalis insectatur: Alioquin languidus oppugnator & lenocidus uel potius (ut ita dixerim) Ficulneus poeta sit iste: si iam quasi in molles feratur: hactenus in pathicos inuēctus. Alludit enim sicuti mihi uidet ad Calui poetæ uersiculos in pompeium. de quibus ita est apud Senecam in libris oratorū & rethorum. Carmina quoque inquit eius quæ iocosa sint plena sunt ingentis animi: dicit de Pompeio: Digito caput uno scapit: quid credas hūc sibi uelle uirum? Hucusque Seneca de Caluo: quare cum poeta Iuuenalis indicare conaretur: cōfluere Romam pathicos omnis: hoc est eos: qui sibi uirū uellent: festiue id innuit ex particulā Calui uersiculorum: tum quidem: ut est uerisimile notissimorum: p quæ consequentia noscitantur. Neque his item supradiſtis Calui uersiculis sentire Porcium Latronem declamatione quadam apud eundē Senecam: arbitror: qui ita dicat. In Cn. Pompeiū: terras marique uictorem fuit qui carmen cōponeret uno ut ait digito caput scalpētem: fuit aliquis: qui licentia carminis tre auratos currus contēneret: Hæc Portius Latio. quā autem liber hic Senecæ quem adducimus. rarissimus adhuc inuentus: propterea quasi nouum dignati sumus hunc locum nostris cōmentationibus: ne quis et posita nimis forsitan: & proculcata. ueluti in medio iacentia putet retulisse.

Cur errantium siderum uocabula diebus: tributa: rationesque inibi ordinis eorum scitu relatuque iucūda.

Caput. 8.



Omina ista dierum: de stellarum errantium uocabulis appellata: quam habeant: aut originē aut rōnē: nusquam sane alibi me legere: quæ apud historicū Dionē memini. Cuius ex libro septimo atque trigesimo sit uerba possimus interpretari. Nā quod his septē stellis: qui planetes uocantur: dies assignari: receptum est: inuentum quidem putatur ægyptiorum. sed in omnes tamen hoies haud

ita pridem: ut sic dixerim. uulgari cōceptum. Cæterum græci ueteres: quantum equidem sciam: nullo profusum eam rem pacto cognitam habuerūt. Quoniam uero: cum nationibus aliis: tum romanis uel maxime: sic mos peruulgatus hic est: ut quasi iam patrius uideatur pauca super iis edisseraz: & quo pacto: quæ ue causa sic ordinētur: exponam. Duplex igitur audita mihi ratio est utraq; sane haud intellectu difficilis sed ut ambæ tamen inspectionem cōtineant. Nam si quis harmoniam quæ diatessaron appellatur: quæ una uis uniuersa musicæ totius contineri creditur: ad stellas has: quibus omnis cæli ornatus distinguitur: eodem quo feruntur ordine. rettulerit: Atque ab orbe illo supremo: qui Saturno tribuitur incipiēs: ornatibus duobus sequentibus: quarti denique dominum nuncupauerit. ac dein duos. item alios transfiliens: septimum adiecerit: eodē modo progrediēs: præsidēs illorum deos subinde in orbem recēserit atque ita dies enumerauerit: deprehendet omnes ratione quædam musica cum cælesti illa distinctione: ornatuque cōgruere. Cæterum hæc una est: quæ fertur ratio. Altera uero eiusmodi. Si diei noctisque horas a prima statim caperis numerare. Sic ut eam saturno. dein sequentem ioui. tertiam Marti: quartam Soli: quintam Veneri: sextam Mercurio: septimam Lunæ tribuas. per eam. s. orbium seriem. quæ ab ægyptiis traditur atque idem denuo facias: donec horas quattuor. & uiginti pertranseas. inuenies primam sequētis diei horam: solum

ram sol  
ne prin  
sibi dies  
domin  
& illun  
cus etiā  
tis: uel  
sermo  
inquit.  
mutata  
sicut in  
Quid



ca nō i  
admira  
id in se  
tor: & f  
cuerun  
professi  
tum c  
ptans:  
primo  
zem (i  
zis elu  
rior in  
ronis)  
nibus:  
nalemo  
ribus et  
edidit e  
terum  
Primi f  
Martia  
iam ser  
de man  
faceren  
bamus:  
quatem  
apud P  
defendi  
& qua  
miti nat  
nēniū f  
Quem  
Hoc me  
Fontem  
Quipp  
Sed n  
piā grā  
rabūm  
gias au  
palia si  
Ad sur  
Hæc i  
Dionys  
rietur c  
ram: solum

ram soli coherentē. Tum hoc idem in quattuor illis & uiginti horis eadem qua prius rōnesi facias: Lu-  
nā primā tertii diei horā cōciliabis. Quod si subinde hoc ipm in ceteris obſuabis: cōgruētē plane deū  
sibi dies quelibet aſciuerit. Hęc Dion. feſtiua nimis & arguta: ni fallor. Sed qm̄ uulgo nūc ſabbatū dieſq;  
dominicus uetus amiſcere nomen cū ceteri etiā nunc retineant: ſcire ſtudioſos cōuenit: & hūc Saturni  
& illum ſolis appellatū. Nā de Solis die: quātum equidē nūc recordor: etiā Sozo menus græcus histori-  
cus etiāq; diuus Hieronymus: de ſaturni aut uel hic ipſe Dion libro eodem uel Frontinus in ſtrategema-  
tis: uel item poeta elegiarū; Tibullus: uel poſtremo etiā Tertulianus in Apologetico: & Gaudentius in  
ſermonibus cōmeminerunt. Sed & Fauſtus Mileuitanus Manichæorum propugnator ille maximus ita  
inquit. Placet ſuſcipere ſabbatorum ocium: & ſaturniacis manus infertare cathenis. Nec illud omiſerim:  
mutata dierum iſtorum nomina in quæ nunc a chriſtianis uſurpantur: authore Constantino princepe:  
ſicut in illius græca laudatione meminir Nicēphorus.

Quid in ſiſ Domitio: & quatenus credēdū dæq; illi? euidēti pudēdoq; errore ſup uoce attegias. Cō. 9

**D**irue mauroꝝ attegias. Hoc Iuueſalis hemiſtichion de ſatyra quartadecima: q̄ aut erudite aut ſi  
deliter: aut etiam pſpicaciter enarret Domiti? age iā: ſi uacat: ſpiciam? Sed pauca de hoīe pri-  
us: ſiq; hęc etiā fortaffe: Domitius igif Chalderinus Veronenſis q̄ decem abhinc annos uita  
ſanctus: uir fuit acris ingenii: multaq; in litteris indiſtriæ: latinæ linguæ diligentiffimus: græ-  
cæ nō incurioſus: Non proſam condere abſurdus: nō carmen. Nimium ſui tñ: quod opera ipſius teſtant  
admiratorac pro ſententia cui ſemel adhæſerat. etiam contra uerum contumax & refractarius. Tum ob-  
id in ſcribendo quoq; iactantior: atq; omnium præſe cōtempſor: omnium q̄ minima occaſiūcula cauilla-  
tor: & ſine diſcrimine uellicator. Itaq; etiam ſimultates eum doctiſſimoꝝ hominum nimio plures exer-  
cuerunt: odioq; apud eos: neutiq; obſcuro laborauit: authoritatis uulgo tam magnæ fuit: ut Romæ iter  
profefſores iuuenis adhuc: primā ſibi celebritatem uindicauerit. Cuius tuendæ ac retinendæ gratia: ſa-  
ctum compluries putamus: ut in ſuis operibus frontem perfricauerit: & per æqua per iniqua famam ca-  
ptans: parum ex fide quæpiam rettulerit: nonnulla etiam male ſollers: & præſtigioſus ſpeciem quidem  
primorem ueri habentia: magno credentium diſpendio: ſententiis ignorabilibus implicauerit & pulue-  
zem (quod aiunt) oculis offuderit: aut ſicubi maior difficultas: nec abſiſtens: nec congrediens ſpē lecto-  
ris eluſerit. Ita dum neſcire ſe nihil probare contendit: etiam Parthis aliquotiens & Cretenſibus menda-  
cior inuenitur: Cuius exemplum ſecuti alii quoq; in omnes iam litterarum articulos (ut uerbis utar Var-  
ronis) hęc mali Cangrena ſanguinolēta permeauit: præcidenda deletili ſtili parte certatim a doctis om-  
nibus: me ad uitalia uſq; diſerpta. Sunt aut editi ab eo grāmatici cōmētarii aliquot ut in Martialem Iuue-  
nalemq; poetas: quos & Medicibus meis Laurenti Iulianoq; fratribus dedicauit. a quibus etiam mune-  
ribus eſt ampliffimis honeſtatus. ſed & in Stati Siluas: & in epiſtolam Sapphus. in Ibin quoq; Naſonis  
edidit quæpiam plena nimirum bonæ frugis ubi non fucum facit: & lectoris credulitatem ludificat. Cæ-  
terum Georgius Merula uir plane doctus: ac diligens. longeq; q̄ Domitius in ſcribendo cautior: & nunc  
Primi fere nominis: non remulco: quod aiunt. ſed uelificatione plena inuectus in cōmentarium illius in  
Martialem: per multis editis notis: licentiam primus hominis: magno ueluti paſſu gradientē: proſuſq;  
iam ſerocientem cōpeſcuit: nos quoq; dein primæ ſub flore iuuentæ: non quidem ut ipſius libros plane  
de manibus excuteremus: ſed ut ſomniculoſam iuuentutem: uelut in aurem utraq; dormientē experge  
faceremus: in ipſo iā tum noſtræ pſeſſionis tiraciniō: ſic eundē leniter. q̄nq;: quaſiq; parcēte manu ferie-  
bamus: & nūc idē facturos pſamur utcūq; res ferret: quo fides nobis libertaſq; cōſtet: neq; enī patiemur  
quatenus uires ſuppēt: t̄pune illud i credulæ inuētutis & ſimplicia i genia ſupplātari. Quoniā aut: ut eſt  
apud Plautū feliciter ſapit iſ: q̄ piculo alieno ſapit: cauebim? ipſi qdē pro uirili: ne qd in hos libros: qd nō  
deſendi queat authoritatib? referamus. Quid aut ad ſūmā de ipſo ſentiamus: ſi uitia uirtutib? pſeſemus  
& qua parte i genii maxime ſtetit: æſtimemus: u? epiſgrāma teſtes n̄m: qd in ripa Benaci lacus: ipſo Do-  
miti natali ſolo: Baccius uſgolinus florētinus: atq; Angelus Maffeus Veronēſis illi? memoriæ ſtudioſi: no-  
uēniū ferme abhinc incidēdū ſaxo curauerūt: qd & hic adſcribā. Aſta uiator: puluerē uidēs ſacrum:  
Quem uorticofī uexat unda Benaci. Ille: ille doctus: ille quem probe noſti.  
Hoc mutat ipſum ſæpe muſa libethron. Diſtata dantem Romulæ iuuentuti.  
Fontemq; Sifyphi: ac uirecta permeſſi. Mira eruentem ſenſa de penu uatum.  
Quippe hoc domitius uagiit ſolo primum. Abi uiator: ſat tuis oculis debes.

Sed nimis multa fortaffe de hoīe: pauca pſertim polliciti: qd̄ eo tñ pſilio fecimus: ut offam ueluti quā  
piā grāmaticis iſtis diobolaribus: oīa quaſi per nebulā uidētibus: obiceremus: qui nihil oīno rectum pu-  
tabūt: niſi qd̄ ipſi deniq; tritū diu: pculcatūq; de ſuis illis pſententium cōmētariolis exceperunt. At atte-  
gias autē quod attiner: ipſius hęc Domiti uerba ſunt. Alii inquit accipiunt lingua mauroꝝ attegias ma-  
palia ſignificat: Ego potius itelligo: hoc ſignificare mauritaniā ad extremam partem libyæ. Dionyſius.  
Ad ſummam libyē habitant attegias undas: Alcida qua ſunt ſtatua manriſta plæbes:

Hęc ille uidens utiq; meliora: deteriora ſequens: uolebāq; ſana iſta credere: ſed rumor uera negat eſſe  
Dionyſium uero citat authorem Domitius: qui ſi unq; uocabuli iſtius mentionem feciſſe ullam repe-  
rietur cedam: tollamq; manum iam tum: meq; omnium haberi uaniſſimum non recuſabo. Sed ut omni

remota uefficat: rem putemus ipsam: non sunt Dionysi uersus hi: non sunt. Verum prisciani potius: quo libello Dionysium poetam de græco interpretatur. Corruptit eos aut Domitius: atq; deprauat. Nam quod apud Priscianū fuit: ad tethyos undas: priore inducta interpolataq; scriptura pro eo supposita attegias undas: neutiq; ut arbitror facturus: si rōnē carminis: aut si spacia motasq; syllabarū cōsuluisset: cū uocabulū quod est attegias antepenultima Correcta syllaba: cōtra ipsius quem interpretat testimonium: Tum postrema breui cōtra oīum posuerit auctoritatem. Bene quod extat Dionysius: cuius eē græcos illius argumenti hos puto uersus. *αλλητοι πύμα την μενεπι λωχινα νε μόν ται. αΥΧΟΥΣ ΤΗ ΛΑΩΝ ΜΑΥΡΟΥΣ ΙΔΟΣ ΕΘΥΕΑ ΥΑΙΗΣ.*

Licet aut euoluas iam totum uidebis ne minimā quidem suspicionem subesse attegiarum: apud Dionysium: uidebis alium citari pro alio: expungi ueram scripturam: supponi falsam rationem syllabarum: uel carminis haberi nullam. Et dubitabis aliquis ab ipso iam liberrime dissentire & refutare has nugas: uel si præiudicata pridem de hominis ingenio: doctrinaq; opinio: causam faciat inuidiosorem. Cæterum attegias ipsi uel tabernacula: uel umbracula si hoc magis placet: mapalia intelligimus: qualia Mauri colunt: qui numidæ a Romanis: ut historiæ scriptor Herodianus est auctor. Vocabulum id Rufinus usurpat i libro Iosephi de bello iudaico septimo: Cum ad festum inquit diem uenisset: quo Attegias i honorem dei: componi ab hominibus mos est. Nam quod latine Rufinus componi attegias ait: id ipse auctor iosephus *οκνησθη εις θαι* dixerat græce.

De baptis: & cotytto: deq; cotytiis: tum apud Iuuenalē: & Oratiū recta indicata lectio enarratioq;. Ca. x.



Ecropiā soliti Baptæ lassare cocyton. Hūc Iuuenalis uersus; Domiti<sup>9</sup> expositurus. erraticis (ut ita dixerit) suspicionib<sup>9</sup> fibulā laxans: ineptias hallucinat: & nugas meras: Baptas esse iquiescens. Cæteris sacerdotes: Cocyton Cererē: nec arbitror hoc unq; dixisset: si quod in homine nō pudoris dixerim: sed sensus omnino uestigium fuisset. Nos enī tunc demū credituri cum quāpiam proferetur: quo satis certo authore stetur. Sed est hoc familiare huic: agam enim iam libertius: ut cum nihil explicare possit: implicet: & quicquid obuium sit arripiat: eoq; feratur diffidēte cōscientia: quo deniq; ipsum impetus errabundæ opinionis impellit. Nos antiquam comœdiam poetæ Eupolidis: in nui suspicamur: quod uerum excellens auctoritas persuasit. Etenim de ea sic Platonius Græcus auctor: ubi de comœdiarum differentiis agit. *ισ μέρ γουν τον ευωολιν εωι τωλιδαξαι τούσ βαπτασ αωωπε γερταεις τηρθαλατταρ υώεκεινείσ ουσκαθηκε τους βαπτασ* scimus iquit Eupolin qm baptas fabulam docuerit ab iis ipsis in mare sūmersum: contra quos Baptas emiserat: Lucianus quoque in ea oratione: quæ inscribitur ad ineruditum: multos emperitantem libros: in hanc ferme sententiam: Dic mihi inquit etiam ne Æschynis orationē aduersus Timarchum legis: an uero illa omnia icia: & nosti singula: Aristophanem uero & Eupolin subisti: Baptas integram fabulam pellegisti: Tum nihil ex his pertinere ad te putasti: neq; ea cum agnosceres erubuisti. Sed & Hephæstion in Enchiridio de acrotalectis agens duos citat uersiculos ex Eupolidis Baptis Et suidas: unū ex eisdem in uocabulo: quod est Atryphetos iam primum igitur constare opinor Baptas comœdiam fuisse ueterem & mordacem: poetæ Eupolidis: quod autem comœdiæ argumētum: quæ materia: per ipsa quæ nunc extant uestigia sagaciter indagabitur. Athenienses igitur ea tempestate sacra quædam religionesq; peregrinas: nouosq; deos afciuerant: quibus nocturnæ peruigilationes esset institutæ: magnorū dein flagitiorū causa: sicuti Romæ bacchanalia: sed inter sacra cætera: fuere etiam quæ dicerētur cotyttia Cōtra hæc nocturna cotyttia scripsisse Eupolin baptas putamus: sed & alios comicos: interq; eos Aristophanem quoq; uidemus totum hoc genus peruigiliorum & peregrinitatis exagitasse. Sic ut Iuuenalis: quæ Romæ fierent contra ritum cerimoniarum non dissimilia dicat iis quæ Baptæ athenis in nocturnis cotyttiis pararent. Cicero in legibus sic ait. Quid autem mihi displiceat in nocturnis poetæ indicant comici: qua licentia Romæ data: quidnam egisser ille qui in sacrificium cogitatā libidinem intulit: quo neq; impudētiam quidem oculorum adici fas fuit. Et mox idem: atq; omnia nocturna: ne nos duriores forte uideamur i media græcia Diagondas Thebanus lege perpetua sustulit. Nouos uero deos & in his colendis nocturnas peruigilationes: sic Aristophanes facerissimus poeta ueteris comœdiæ uexat: ut apud eum Sabadius: & quidam alii di peregrini iudicati e ciuitate eiciantur. Apparet utiq; de Ciceronis testimonio cum Aristophanem: tum comicos alios ueteres contra nouos deos: contraq; nocturnas peruigilationes aciem stit destrinxisse. cum uero ex superioribus liqueat Baptas fuisse comœdiam qua turpia & obscœna carperentur atq; hic de Baptis deq; nocturnis Atheniensium sacris mentio quæ nos cotyttia fuisse appellata: declarabimus: quis non intelligat iam Baptas fuisse denique qua potissimum fabula talia uexarentur. Strabo autem in libro de Geographia decimo: Cotyttia bendidiaque sacra fuisse apud Thracas narrat: ex quibus Orphica sumperint originem: deamque nominant Cotyn: cuius faciat Æschylus mentionem: tum idem paulopost Athenienses ait multa ex peregrinis sacris accepisse *ωσ τεκατικωσ ωωω δηθησ αυ.* inquit. Sed & inter cætera quæ peregrina ab iis recepta sacra commemorat: prima enumerat thracensia: quæ supra ostendimus: Cotyttia bendidiaque appellari. Liqueat igitur Cotyttia ab Atheniensibus sacra externa coli solita: liqueat etiam uexata a comicis: coniectura autem ducimur: ut cum de Baptis hic mentio: quam scimus fuisse Eupolidis comœdiam: deque sacris Atheniensium nocturnis

nocturn  
peruigil  
quæ qu  
pium est  
κλει το  
κοισ κό  
congru  
spicatis  
quæ ne  
sit uero  
non pol  
Cotyri  
φωου  
uirum e  
turpiur  
ad infai  
quibus  
dis ita l  
netustif  
id anteq  
Senti  
co itide  
  
foret A  
si genu  
rit Ad  
forauit  
facta. A  
Idali  
omple  
rissimu  
ab eo fi  
ουκ ητι  
φορον  
Nonne  
do Mar  
dissimu  
linaris.  
gilius i  
ait.  
starum  
tempo  
ille uer  
se uent  
nus aie  
enim fi  
scere ci  
pa exp  
dea sta  
lilia ia  
tis uel  
gnosc  
Nec a  
uaque  
detrax  
nius: c

nocturnis

nocturnis in ea potissimum id genus sacra exagitantur. Cæterum deam quæ talibus præfesset ritibus peruigiliisq; Cotytto uocatam putamus: a qua etiam recta ratione corytiorum est inclinata appellatio: quæ quoniam dea comædiis ueteribus defamatissima: ideo Syluestrius in epistola quadam cuius principium est *οκεί του μο. α. δου. λ. ο. σ. και τη η. προ. αι. ρ. ε. σ. ι. ν.* ad hunc plane modum narrat *ε. ρ. η. η. μ. ε. ν. και η. ρ. α. κ. λ. ε. ι. το. ι. σ. ω. α. λ. α. ι. σ. τ. ρ. α. σ. ε. φ. ο. ρ. ο. ι. σ. ο. υ. λ. ε. κ. α. τ. α. μ. ι. κ. ρ. ο. ν. π. ρ. ε. π. ω. ε. ι. κ. ο. τ. υ. τ. τ. ο. ι. δ. ε. και το. ι. σ. α. λ. λ. ο. ι. σ. α. τ. τ. ι. κ. ο. ι. σ. κ. ο. ν. ι. σ. α. λ. λ. ο. ι. σ. ν. ε. ω. κ. ο. ρ. ε. ι.* Quibus uerbis significatur eum: de quo in epistola agat: non Mercurio congrue: non Herculi palestræ præsidibus. Sed esse coryttus æditimum: cæterorumque apud atticos de spicatisissimorum. Quare corytto legendum non cocyton. præsertim cum syllabæ repugnet quantitas quæ ne tum quidem breuis: cum. c. alterum subtraxeris ut Domitius præscribit in scite ille quidem nimis sit uero uenia: nimis in qua in scite negligenterque: qui non cogitauerit primam nominis syllabam: non posito modocui duntaxat occurrit: sed natura quoque productam. Quidam tamen hanc deam Cotyn maluerunt quam Cotytto: sicuti Strabo supra: sicuti alibi Sinæsius idē his uerbis: *ε. α. ρ. ρ. ω. μ. α. ω. φ. ε. ρ. ο. υ. τ. ο. υ. τ. ο. υ. αν. δ. ρ. α. η. μ. ι. γ. υ. ν. ο. ν. αυ. τ. ο. χ. ρ. η. μ. α. θ. ι. α. σ. ω. τ. η. η. τ. η. σ. κ. ο. τ. υ. ο. σ.* Audacter incipit pronuncia uirum eum semimarem statim sodalemque Cotys: quem exponens locum Suidas Cotyn deam coli ait turpium præsidem. Vnde inquit sunt Clisthenæ & Timarchi: & quicumque lucri gratia formam coloni ad infandam libidinem sicut effœminati & capillum tingentes uniuersi: sed & alibi credo inuenient: quibus hæc adiuuētur uiri doctissimi doctrine studium adhibuerint. Quin apud Oratium quoque in Epodis ita legendum existimamus. Inultus ut tu riseris Coryttia. Non ut pleriq; codices cocytia Et in uetustissimo libro qui sit Georgi Antoni uespucii florentini græce latineq; docti hominis uocabulum id antepenultima syllaba. t. retinet nō. c. uestigium arbitror. unum adhuc integrum ueræ integræq; lectiois Sententia de Claudiano exposita. relatu præq; lepida fabellæ. Tum fabella altera nō insuauior e græco itidem uersa super Venere & rosa.

## Caput. xi.

**L**audianus in libro de raptu proserpinæ secundo de uenere dea rosas purpureas colligente loquens ita iquit. Sic fata cruoris carpit signa sui. Locus sane uideri obscurus poterat nisi apud Aphthoniū i pgyrnasmatis thetoricis exposita fabella sic p̄modū. Qui rosæ pulchritudine demiratur: plagam Veneris consideret. Amabat Adonin dea: mars ipsa. Quosq; dea foret Adonidi: Veneri mars erat. Deus deam adamabat: deaq; hominem sequebatur. par cupidus: amet si genus dispar. Perimere adonin: mars zelotypus tendebat: finem putans amoris Adonidis necem: Ferit Adonin mars. Accurrit auxilio uenus: festinans in rosas incidit: ac spinis implicuit Ita pedem perforauit. qui uulnere manarat cruor de se rosam colorauit. Sic rosa quæ prius cædida. quod nunc cecinit facta. Attigimus ipsi quoq; fabellam hanc in rustico nostra. uersiculo illo.

Idalio pudibunda sinum rosa sanguine tinguit. Sed & uniuersam pulcherrime numeris uernaculis complexus. Mecœnas hic æui nostri Laurentius Medices: ut in omni uirtute: sic etiam in poetica eminētissimus. Nonnus autem poeta mirificus libro primo & quadragesimo. Dionysiacon martem ipsum cum ab eo fuerit Adonis occisus in aprum semet uertisse fabulatur ita de Venere scribens. *μ. δ. υ. η. η. ν. λ. ε. σ. υ. ω. γ. ο. υ. κ. η. τ. ε. λ. ε. δ. ε. υ. ω. ε. ι. ν. τ. ε. ρ. ω. ω. λ. η. ν. α. τ. ε. μ. α. ν. τ. ι. σ. ε. π. ω. ε. ι. σ. υ. ο. σ. ε. ι. κ. ο. ν. ι. μ. ο. ρ. φ. ι. σ. α. ρ. η. σ. κ. α. ρ. χ. α. ρ. ο. λ. ω. ν. θ. α. ι. α. τ. η. φ. ο. ρ. ο. ν. ι. δ. ν. ι. α. λ. λ. ω. ν. η. η. λ. ο. μ. α. ρ. η. σ. η. μ. ε. λ. η. η. α. δ. ο. μ. ι. δ. ι. π. ο. τ. μ. ο. ν. υ. φ. α. ι. ν. ε. ι. ν.* Negat his uerbis Nonnus delectatam fuisse apris uenerem: quoniam fore cognouerit ut apri figuram indueret aliquando Mars: ac præ zelotypia necaret Adonin. Rosam uero esse alioquin gratam Veneri: nec ille tacet lepidissimus epigrammatum uates: I fœlix rosa inquit molliibusq; fertis. Nostri cinge comas Apollinarius. Quas tu nectere candidas: Sed olim: Sic te semper amet uenus memento. Sed: & Vergilius in elegidio quodam suo: cur autem non suum credamus quod omnium sit elegantissimum: sic ait. Sideris & floris est domina uenus. Cæterum Libanius ille quoq; sophista græcus. nec ulli attistatam secundus: ita quodam uelut angulo super argumento isto: de rosa ueneris lusitat. Quo inquit tempore iudicem deabus pastorem fabula dedit male habebat Iunonem: male Mineruam quoq; cestus ille ueneris in quo amabilitas in quo etiã Cupido est. Ita uenturas prius in certamen negabant q̄ ubi a se uenus medicamentum foret amolita. Sic enim cingulum illud appellabant. At qui ne uos quidem uenus aiebat. lænociniis uacua. Tu diadema aureum crinibus: tu galeam similiter auream geris uertice. Sed enim fucos istos habere per me uobis liceat. Luceat modo per uos ornatum comptumq; mihi alium ascescere cinguli uice. Sic morem deabus gerens ire ad Scamandrum pergit lectura flores: q̄ se pratu; sub ripa explicabat herbidum. Simul aquula ipsa blandæ perspicuaq; suberāt: & ad lauadum illices. Lota ibi dea statim: qua causa uenerat ornata; quærebat sibi. Tum nescio qui mire sua uis aspirare odor uisus. Iã lilia iam uiolas legerat dea: cum tamen odor ille magis interim magisq; bladiabatur. Pergit aure flagrantis uestigia subsequi. uidet rosam uisamq; naribus admouet: & esse hanc suauiolentiæ illius matrem cognoscat. Ibi flores aspernata cæteros abicit humi. Tantumq; rosas coronata recipit se ad idam denuo. Nec autem plus Veneri flos quam flori uenus conciliare gratiam uisa. Adeoque confestim iuno: Mineruaque uictæ: ut ne ipse quidem pastoris expectarint calculum. Sed adcutentes utraque sertum crinibus detraxerint: floremque deosculatæ ipsum: rursum Veneris capiti reposuerint. Hactenus de rosa Libanius: cuius tamen linguæ græcanicis pictæ coloribus nitidissimum rectorium: nescio an ad unguem non

fra ista tumulturia latinitas repræsentauerit.

Quomodo inuenta purpura: simul explicatus Nonni locus græci poetæ.

Caput. 12



Vo pacto inuenta sit purpura nō alienum fuerit hic referre uel ut græci poetæ Nōni locus intelligat: uel ut fabella præq̄ lepida latinis itacta: noscat: Est autē apud Pollucē libro de uerbis idoneis ad Commodum primo i hāc sententiam Tyrii ferunt. iquit captū amore Herculem nymphæ cuiusdam indigenæ: cui nomen Tyto: sequebaturq; eum inquit canis antiquo more: quo dominum canes usq; etiam ad contionem comitabantur: Quare canis hic Hercule? irreptantē scopulis purpuram conspicatus: petesa caruncula sua sibi labra cruore punico infecit. Cuius igitur ad puellam Hercules adisset: delectata illa insueta tinctura: quam ceu florentem in eius canis labris aspexisset: affirmauit sibi cum illo post hac nihil fore nisi ad se uestem afferret etiam canis illius labris splendidiore. Quo circa inuenta Hercules animante collectoq; sanguinē munus puellæ detulit: primus (ut Tyrii dicunt) author punicæ infecturæ. Nos igitur in Rustico nostra propter hoc ipsum deniq; concharum diximus Herculeum cum purpuram significarem: Porro autem Nonni poetæ uersiculi super hac ipsa fabula: sic in libro quadragesimo Dionysiacō inueniuntur.

καὶ τυρινᾶ σκωπίαζε Διὸς Μένια φάρεα κοχλῶ  
 πορφύρεσ σπινθηρᾶσ ἀκόντιζοντα θαλάσσης.  
 η̄χικῶν ἀλιεργῶσ ἐπαι γιᾶλοισ ἰκ η̄ρεπτόν  
 ἐνδομῆχῶν χαροποισι γερειασι θεσκελονιχόβη  
 χιονεᾶσ πορφύρε παρηιδᾶσ ἐνδοσι κοχλῶν  
 χεῖλεα φόριξασ διερῶ τυρι τοποτε μουνω  
 φαῖδοσ ἀλιχαιρων ἐρυθαινετό φαρῶσ ἀνακτων.

Salutis augurium quod sit apud Suetonium.

Caput. xiii.



Suetonius Tranquillus in Augusto sic ait. Nonnulla etiam e antiquis ceremoniis paulatim abolita restituit ut salutis auguriū & cætera. Quod autē foret salutis auguriū: uideo etiā a doctis aliquod ignorari. Nos eā rem libro septimo trigesimoq; Dionis historiarū ad hanc sententiā repperimus. Tum uero etiam salutis augurium quod appellant: longo interuallo fecerunt. Est autem modus augurii quispiam: ut si deus permittet salutem populo poscant: quasi ne salutem quidem a diis petere fas: nisi prius hoc ipsum di concesserint. Obseruabatur autem dies una quot annis i qua nullus ad bellum proficisceret exercitus: nemo se contra pararet: nemo pugnaret. Quo circa in assiduis periculis: maximeq; ciuilibus: neutiq; fiebat: Nam & arduum imprimis: puram rebus his omnibus diem seruare: & perq; absurdum uideri poterat ultro seditionibus detrimenta sibi ipsos incredibilia concilia re: cum & uictis ea res futura esset: & item uictoribus perniciofa. Mox autem salutem a diis immortalibus petere. Cæterum tum fieri quidem augurium eiusmodi potuit. Sed ne id quidem purum processit: quoniam aduersa quæpiam aues denolarunt unde augurium captum aliaq; item signa inauspicata apparuerunt. Idēq; etiam libro quinquagesimo scribit ab Augusto: pace terra: mariq; pax Ianū clusum: neque non salutis augurium factum: quod ante multis causis fuerat omissum.

Naulia quæ sint in Ouidi artibus: atq; inibi de barbaris organorum appellationibus quibus græci nostriq; utantur: quodq; etiam Chaldæi græca interim nostraq; id genus uocabula non aspernas. Cap. 14.

Disce etiam duplici genalia naulia palma

Vertere: conueniunt dulcibus illa modis.



Naulia diminutiuum puto siue nablia ab illis quæ uel naula uel nabla dicimur. Et enī. b. litteras & u. ferme p eisdem positas iuicē saepe ueteribus monimētis adnotauimus. Suidas etiam nabla' organi species ait: & idē alio loco psalteriū iquit organū est musicū: qd naula etiā uocatur. Quin & Sophoclis uersum Plutarchus adducit. οὐ μάλ' ἀκκῶν τ' οἰσίνου λυρᾶ φιλᾶ.

Libro eo quem super. ei. deiphico fecit: Sed & Theodoritus in psalmos de eo meminit & Plutarchus in libris Sympotiacis: Ex quo nos in nutrice: Non quæ duplici geniale resultant. Naulia citata manu. Sunt autem multa organorū barbara nomina: sicuti Strabo narrat libro decimo: iter quæ nabla quoq; enumerantur: hoc est psalteria. Sed & illud obseruauī nuper apud Danielem prophetam ducente me scilicet in recessus illos & sacra studiorum suorū penetralia Ioanne Pico Mirandula: græca etiam quæ uideantur latinaq; adeo istiusmodi organorum nomina q̄ paulo corruptius a Chaldæis quoq; authoribus usurpari: atq; carna pro cornu: cathros pro cithara: fabeca pro sambuca psalterin pro psalterio: symphonia pro symphonia. Quin Gallus Salomon ordinarius apud hebreos enarrator sacrarum litterarū me uel ait esse hebraice: quod ibi psalterin: id est psalterium legatur: Constat autē litteris id nomen tribus

ex quo etiam naula in Esaiā legitur: & Amos: & græca dein figura naulonia quo diminutiuum si naulion hoc Ouidianū: siquidem nouicia ista sunt nota: quibus hebræi nunc pro uocalibus utuntur ut quidem & cōperit: & ostēdit Ioānes Pico Mirandula meus: unus oīum p̄sus ab oī parte beatissimū i ope singulari: atq; admirādo: quo psalmos a septuaginta uersos: isto notari p̄cipue argumēto: docet hebraicæ ueritati respōdere. ne iā insultare iudæus aut obicere possit: ea nos in tēplo singulis canere nos q̄ ne ipsi qdē satis uersa fideliter existimem. Deniq; genalia cur dixerit Ouidius facile notis uerba ipsa legēs de Scipiōis Africani Æmiliani orōne cōtra legē iudiciariā Corneli gracchi: q̄ posita sūt i Macrobi

saturnalibus

saturnalia  
 terioq;  
 Eunt in  
 us quoc  
 enim in  
 ce psalte  
 in clype  
 tario i  
 no cabi  
 Qui  
 cete ro



Dic  
 on syba  
 horum  
 lem spe  
 cias cōp  
 certant

Muf  
 recum

Hem

baritici

ta: sic ti

luxuric

sybarit

Suidas

anno p̄

tyrius i

liffimo

sertatic

adama

lis. N

Et sy

septuag

ta pon

uictum

quoq; i

canus t

uenisse

rectos

rum sal

stes pa

antisua

atus a C

umq; i

quod e

rant. E

des eq

oēs eq

De.

De.

fidæ l

cinas r

saturnalibus: eorumque principium sic est. Docentur præstigijs inhonestas: cum cinædulis & sambuca psalterioque: eunt in ludum histrionum: discunt cantare quæ maiores nostri igne probro ducier uoluerunt. Eunt inquam in ludum saltatorum inter cinædos uirgines puerique ingenui. Sic Scipio. Tum Ambrosius quoque libro ipso de utilitate ieiunii tertio. psalteria docet adhiberi conuiujs ut libidines incitent. Sed enim in comædijs quoque crebra psaltriarum mentio. Porro uocabulum ipsum hebraicum est: nam grece psalterium dicitur: latine laudatorium: sicuti diuus Hieronymus ait in epistola ad Dardanum docens in clypei modum quadrati esse formatum: chordarum decem: quæ Romanus Emanuel hebraico comentario in psalmos utriculariam putet esse fistulam neuell: uidelicet Etymon sequuntur quod ab utre deduci uocabulum illud apud hebræos uideatur.

Qui fuerit author Sybaritidos de quo Ouidius: deque sybariticis libellis apud Martialem: luxuque item certe ro sybaritarum.

Caput. 15.

**V**idius in epistola ad Augustum libro tristicii secundo sic inquit. Nec qui composuit nup sybaritida fugit. Quærit inter litterarum studiosos: qui nã sit is qui sybaritida composuerit: quod ue ipsius operis fuerit argumentum: Nos utriusque apud Lucianum depræhendisse uidemur in oratione quæ est ad ineruditum qui multos emptaret libros. In eo scriptum est ad hanc fere finem.

Dic mihi hoc quoque inquit. Si Bassus ille Sophista uester aut tibicen Battalus aut cinædus Hemitheon sybaritasque uobis mirificas conscripsit leges: quo pacto insanire oporteat: & uelli & pati ac facere illas: si horum quispiam nunc leonis pellem circumdatus clauamque tenens incedat: quid eum ne putes Herculem spectantibus uisum iri: sed & Philo hebræus in uita ipsa Mose compedias inquit & sybariticas neque certant sybariticis libellis.

Mussei pathicissimos libellos. Et tinctas sale pruriente chartas. Instanti lege Rufe: sed puella Sit tecum tuame thalassionem. Indicas manibus libidinosis. Et fias Sine foemina maritus.

Hemitheon igitur fuisse uidetur non (ut Domitius ariolatur) Sybaris a quo uel sybaritis uel libelli sybaritici obscenissimo sint argumento compositi. Notabiles autem sunt imprimis luxu & delitijs sybaritæ: sic tu precipuos omnium colerent Ionas atque tyrrhenos: quoniam alteri grecorum alteri barbarorum luxuriosissimi. Ab his etiam fabulæ sybariticæ quales ferme apud Esopum Et prouerbiu deductum: sybarites per plateam contra fastosius ingredienti. Atque hæc quidem de sybariticis aliisque non dissimilia Suidas. Plutarchus autem in conuiuio septem sapientum morem fuisse scribit Sybaritis mulieres abususque anno priore ad conuiuia uocandi: ut ueste auroque moliri: exornareque per otium se possent: sed & Maximus tyrius in dissertatione tertia de uoluptate primos enumerat sybaritas inter eos populos quos uult mollissimos delitiosissimosque uideri: neque non sybariticas etiam saltationes commemorat. Quin idem in dissertatione alia. cui titulus: quæ finis sit philosophiæ: fere in hanc sententiam. Crotoniates inquit oleastrum adamat. Spartiæ armaturam: uenationes Cretensis: luxum Sybarites. Ion choros. Hinc ergo Iuuenalis. Nullum crimen abest facinusque libidinis: ex quo Paupertas romana perit: hinc fluxit ad istros.

Et sybares colles. Astipulatur & Strabo: qui sybaritas omni sua foelicitate propter delicias luxumque septuaginta solis diebus fuisse narrata crotoniatibus exturbatos. quin dictum quoque Plutarchus sybaritæ ponit in Pelopide negantis mirum facere spartiæ qui se in bellis morti obicerent: ut tantos labores uictumque illum quo utebatur: effugerent. Aristoteles autem moralium Eudemiorum primo: smydiride quoque sybaritam comparem sardanapallo inter uoluptarios nominauit. Illud urbanum sane quod Africanus tradit in Cestis: sic enim græce liber ipsius de re militari inscribitur. Et enim sybaritas eo deliciarum uenisse narrat ut equos in conuiuia introduceret: ita institutos ut audito tibiæ cantu statim se tollerent arrectos: & pedibus ipsis prioribus uice manuum gestus quosdam chironomiæ. motusque ederent ad numerum saltatorum. At enim tibicen inquit ibi quispiam contumelia affectus transfugit ad crotoniatis hostes: paulo ante prælio superatus a sybaritis: & quod e Rep. foret illorum: pollicetur si fidem modo habeant: sua opera sybaritarum cunctos equites in ipsorum uenturos potestatem: Credita res: & belli dux creatus a Crotoniatibus tibicen: conuocat. omnis quotquot eiusdem forent in urbe artificij: modulamentumque iis indicat: ut uisum tempus: procedere in hostem iubet: Sed enim sybaritæ factu præturgidi quod equitatu superabant eunt præter prælium cõserunt. Hic autem repete dato signo tibicines uniuersi cõspirant. Ecce tibi igitur cõfestim modulamine agnito: cantuque illo uernaculo. tollunt: eriguntque semet in pedes equi sybaritæ. sessoribus excussis: & quod tripudium domi didicerant etiam in acie exhibent: Ita capti omnes equites: sed humi iacetes: omnes equi: sed tripudia repræsentantes tamen de sybaritis Aphricanus.

De Aristidæ milesiacis de quo sit apud Ouidium: deque milesiarum delicijs.

Caput. 16.

**V**idius idem in eadem ad Augustum epistola sic ait. Vertit Aristidæ Gifena nec obfuit illis: Historiæ turpes iseruisse iocos. Qui sit hic Aristides qua ue libros materia fecerit magna hæsitatio nos autem studiosam iuuentutem ad authoris Plutarchum delegamus: cuius in M. Crassi uita sub hoc propemodum intellectu uerba sunt. Collecto igitur Seleucensium senatui libros Aristidæ Milesiacis perque impudicos ostentauit: nihil in eo mentitus: si quidem re uera fuerat inter rusti sardinas reperti. Quod & surenæ præbuit occasionem probri cauillique aduersus Romanos: cum ne inter

L iii

bella quideꝫ continere semet a reb<sup>9</sup> litterisq; huiuscemodi ualerent: ita Plutarchus. Est autē furenas apud persas magistratus nomen quasi prætorem dixeris: quod & Zosimus ostendit. Atq; hunc quideꝫ Plutarchi locum transcriptum plane sicuti alia pleraq; in Appiani quoq; historia deprahendes. Lucianus item in amoribus sub hoc pene sensu: de Aristide magnopere inquit me narratiuularum tuarum: per quam impudicarum lepida: & dulcis suadela læstauit ut propemodum te esse Aristidem: meq; sermonibus crederem milesiacis demulceri. Quocirca etiam Apuleius epigramma ipsum statim quod in fronte asini sui collocauit ita exordif. At ego tibi f̄mone isto milesio uarias fabellas cōserā auresq; tuas beniuolas lepto susurro pmulceā. Ex quo Martian<sup>9</sup>. Nā certe inquit mythos poeticæ etiā diuersitatis delicias milesias & reliqui. fuere autē Milesii quoq; delitiis luxuq; notabiles ex eo. puerbium græce ferit. οικότα μιλῆσια μὴ γὰρ ἐνθαδε. Hoc est domi nō hic milesia uidelicet in eos qui domesticum luxum celebrant ubi minus p̄bat. Nam sic lacedæmōe milesius hospes audiuit: cum delicias patrias extolleret: sicuti etiā scriptū in apostoli Byzātiū puerbioꝝ collectaneis: sed & maximus tyrius idem significat: qui milesios a uestitu molliore uocat. εὐειμωνοτατόν. Ex quo apud Vergilium in Georgicis: milesia uellera nymphæ carpebant. Ex quo. illud item Oratianum Alter Mileri textam cane peius: & angui. Vitabit clamydem. Sūt autē oīno iōnes quoq; cæteri: præq; delitiis habiti defluentes: q; in ueterib<sup>9</sup> memoriis passim. Cæterum ne hoc qdē tacitū præteribimus Veretro solitas uti milesiacas fœminas e corio: sicuti scriptū etiā apud auctorē suidā. Quī. itē apud eūdē legim<sup>9</sup> a milesio Cadmo libros cōpositos q̄tuor de soluēdis amorib<sup>9</sup>.

Correctus in tragœdia Senecæ: quæ Hercules furens iscribit: hic senariolus legit. Sublimis alias luna cōcipiat feras. Alias enī codex habet uetust<sup>9</sup> ex publica Medicæ familiæ bibliotheca nō altas uti uulgariis exēplaribus. Cuius itellectū loci non temere aliūde q̄ ex Achille desumpseris quem auctorē Iulius quoq; Firmicus in Matheseon libris & citat & laudat. Is igitur i commentariis Arateis cum de luna uerba facit ita scribit ad uerbum. εἰναίλα εἰς τὴν οἰκίαν ἀλλὰ τὴν ποταμὸν οὐ τε καυοσα ἐπὶ γῆσκαυ τὸν νε λιδιὸν ἐκεῖθεν ὡσεὶ ἐν μυθολογουσί. Id est in ea etiam habitari fluuiosq; eē & cætera sicut in terra. Quin nemiaum quoq; illinc cecidisse leonem fabulantur. Ex quo not in nutrice. Nemiaq; tesqua. Lunigenam mentita feram.

Quid sit apud Iuuenalē fratercul<sup>9</sup> gigantis: qd; apud alios terræ filius: ibidēq; de mani uocabulo. 18.

Vnde fit ut malim fraterculus esse gigantum.

**M**orsum poetæ Iuuenalis hunc ex satyra quarta quicūq; hætenus interpretati sunt hærent in salebra: quantū uideo: nec enarrare illi quidem mihi: sed risum captare anilibus fabulamentis uel derisum potius uident. Quippe alii gigantes in simias conuersos: alii post gigantes a terra simiam productam in deorum contemptum cōminiscuntur: frigidiora his alii quæ sicut ille Martialis rhotor: Heroianas thermas refrigerarent. Etenim nullo: quantum intelligam: sensu: nullo: quod sciam: dicitur tradente has nugas authore. mihi fraterculus gigantis: significare hominem uidetur nullis maiorib<sup>9</sup> ortum: ignoto genere obscuroq;: Quoniam cuius ignorabantur parentes: eum uulgo appellare ueteres terræ filium cōsueuissent. Ex quo Persius: præsto est mihi manius hæres. Progenies terræ: quare ex me quis mihi quartus. Sit pater haud prompte dicam tamen adde etiam unum: Vnum etiam terræ est iam filius. Vides igitur uel unius autoritate Persi terræ filium dici: cuius nescirentur parentes: nec adeo potes ociose: manium illic a Persio nominatum. ut enim omittam quæ de manio scribit Aricino Pedian<sup>9</sup> etiam mani nomen ipsum græcus author Sozimus: Romanæ historiæ libro tertio: non quia natus mane sicuti cæteri: sed a manibus ait appellatū. Qu. M. Varronis liber compluribus a Marcello citatur mani titulo: etiam nescio quid alicubi de funere attingens: ut fauere hunc quoq; augurer nobis. Cicero itē in primo epistolarum uolumine ad Atticum. Sed hæc ad te scribam alias subtilius: nā neq; adhuc mihi factis nota sunt & huic terræ filio nescio cui: cōmittere epistolam tantis de rebus non audeo. Sed idē quoq; in epistola ad Trebatium sic ait. Cn. Octavius. an. Cn. Cornelius quidem tuus familiaris. summo genere natus: terræ filius: quod in quibusdam codicibus deprauatum proq; eo suppositum zeræ filius: cū uerior scriptura maneat adhuc in libro peruetere quondam doctissimi uiri Philelphi: nunc Laurenti Medicis: patroni litterarii: simulq; in libro altero de ueteribus apparet exscripto: qui nunc in bibliotheca publica Medicæ familiæ. uides a Cicerone quoq; nihilo ferius: ignotum prorsus hominem terræ appellari filium. Lactantius etiam diuinarum institutionum libro primo his utitur uerbis. Minutius foelix in eodē libro qui Octavius inscribitur sic argumentatus est: Saturnum cū fugatus esset a filio: in itatiamq; uenisset: Cæli filium dictum q; soleamus eos quorum uirtutem miramur: ad quos repentine aduenerit de cælo cecidisse dicere: Terræ autem q; ignotis parentibus natos: terræ filios nominemus: hætenus Lactantius. sed & Tertullianus in apologetico de eodem saturno sic scribit: Dicitur autem terræ & cæli filii: q; ignoti uel iopinato apparentes de cælo superuenisse dicuntur: ut terræ filios uulgus uocat: quorum genus incertum est. Quare cum hoc præoptaret homo esse obscurus q̄ nobilis umbricius: quod olim prodigio par erat in nobilitate senectus: utpote sc̄uentibus in eam romanis principibus: malle se ait fraterculum gigantis: hoc est terræ filium: quod ut ostendimus obscurum: significat: q̄ nobilem patriciumq; Gigantes enim terra editi. suau<sup>9</sup> autem fraterculum qui fratrem ne uideretur fastitatem illam molem q;

giganti

gigante  
Super a



Hæc ille  
Chom.  
Et tum  
Credo f  
Hoc mi  
Nec sibi  
Dicere e  
Est uero  
nunc gi  
libus aq  
tos eē u  
nem die  
lo conc  
dicem r  
Quin.  
uocibus  
tiorq; f  
bus au  
tionem  
cui pian  
minisse  
teretur  
lius Ar  
ros ab l  
postea l  
plane u  
quo no  
etiam C  
tus ut a  
Magna  
dem cla  
retur. N  
cepto t  
uulture  
Er



collo A  
tois qui  
lo ita sc  
idas Af  
niam m  
dam rep  
xia simi  
Qu



blice po



gigantei corporis: sed generis dumtaxat ignobilitatem concupiscere.

Super aspiratione citata quæpiam: simul enarratum Catulli nobile epigramma.

Caput. 16.

**V**intilianus libro oratoriæ institutionum primo de aspiratione agēs ita inq̄t: Parcissime ea ueteres usi etiã in uocalibus cum edos ircoſq; dicebant. diu deinde ſeruatũ ne cõſonantibus aspirarent ut in Graccis & in triumphis: Erupit breui tempore nimius uſus ut choronz. chentu riores: præchões adhuc quibusdã iſcriptionib⁹ maneãt: Qua de re Catulli nobile epigramma ẽ

Hæc ille. Putamus autem epigramma citari hoc potiffimum.

Chommoda dicebat: si quando commoda uellet.

Et tum mirifice sperabat se esse loquutum

Credo sic mater sic liber auunculus eius.

Hoc miſſo in ſyriam requierant omnibus aures:

Nec ſibi poſt illa metuebant talia uerba.

Dicere & hiñſidias Arrius inſidias.

Est uero obſeruandum: ut etiam in pronunciando quẽadmodum in ſcribendo uocibus aſpires: Quod nunc græci tantum in cõſonantibus quidem retinuerunt: Contra ueteres latini etiam in loquẽdo uocalibus aſpirabant. Ex quo Cicero in oratore ad Brutum ita ſcribit. Quin ego ipſe ſcirem ita maiores locutos eẽnt naſq; niſi in uocali aſpiratione uerẽtur: loquebar ſic ut pulchros: cetegos: triumphos. carthaginiem dicerem. Aliquando idq; ſero conuicio aurium cum extorta mihi ueritas eſſet: uſum loquẽdi populo conceſſi ſciẽtiã mihi reſeruauit: ſic Cicero: ſed & aureolum uidi quidem nuper apud laurẽtium medicem nomiſmacum titulo Triumphus. Et item argenteum alterum cum uulgatiore hoc: Triumphus. Quin. A. quoq; Gellius in ſecũdo noctium atticarum: teſtatur ueteres. h. litteratum ſeu ſpiritum pleriq; uocibus uerborum firmandis (ut ipſe inquit) roborandiſq; inſeruiſſe. ut ſonus eorum eſſet uiridior uegetiorq; ſed & Prifcianus ait: Aſpirationem uocalibus extrinſecus aſcribi: ut minimum ſonet: cõſonantibus autem intrinſecus ut plurimum. Quare ſi cõſtare tibi Catulliani epigrammatis leporem uoles aſpirationem ipſam ſuo loco quantũ poteris pronunciabis: Sed iſta uideo iam ſic innotuiſſe ut aliena fortasſe cuiſpiam uideri poſſint. Atqui tamen pene adhuc equidẽ aduleſcens coram litteratis aliquot quos & meminiffe arbitror: de hoc ipſo loco ad Domitiũ florentiã rettuli: qui ſic ei ſtatim applauſit: ut ingenue faſteretur ſe plus eo die ab uno ſcholaflico didiciſſe: q̄ multis ante annis a quopiam profeſſorum. ſcit Aurelius Ariminenſis: ut alios omittã: qui nunc Pataui degit præſtãti iuuenis & ingenio & litteratura: q̄ multos ab hinc anno iſtã de nobis enarrationem Florentiã tũ quidem agitans acceperit: q̄ quod ſcit ut idẽ poſtea Pataui narrabat: noua proſus ignotaq; iam tum uifa omnibus: ad quos de ea. Catullum autem plane uniuerſum Veronã ſcit hoc uir liberrimi ingenii Baccius Vgolinus intra officinam quampiam quo nos pluuiã coegerat. uiris aliquot litteratis pene cogentibus enarrauimus: cum quidẽ illic adeſſet etiam Guarini propinquus: Ioãnes Baptiſta ni fallor nomine: ſimulq; Dantes quidã Aligherius: quin etiam ut agebat a Dãthe florentino poeta neq; non duo qui tũ Veronã nũ indocti homines profitebãtur Magnaq; itidem ſcholafticorum manus ita pronis auribus noſtra illa qualiacunq; accipientes: ut idẽ dem clamarẽt demiffum cœlitum ſibi: ſic enim aiebant: qui poetam conterraneum interpreta- retur. Neq; ob id iſtorum tamen cõmemini: quo inuenta mea mihi deniq; uni nullo in participatum recepto tribui poſtulem: nõ enim ſic mihi arrogo: ſed ne quis forſan aliẽis laboribus me: quaſi coruũ aut uulturem: relictis ab aquila cadaueribus putet neſci.

Emendata apud Suetonium & enarrata uox hæc A ſcopera.

Caput. xx.

**V**itiani depræhendũtur Suetõiani codices in Nerone. nam ſic utiq; in omnibus. Alterius collo & ſcopa deligata ſimulq; titulus. Ego quod potui: ſed tu culleũ meruiſti. nã neq; ſcopa: latine dicitur numero ſingulari: & ſi maxime dicatur: nihil tamen cõmerciũ ſcopis & culleo. Sed enĩ in uetufiſtis exẽplaribus ueſtigiũ (ut arbitror) extat icolumis uerãq; lectionis: hoc mō. Alteri⁹ collo Aſcopa deligata. Quare ſi litteram penultimã perſcripſeris aſcopera fiet: qd̄ & eẽ: rectiſſimũ putoſi quidem eſt a ſcopera ſacculus pelliceus: cõpoſitũq; nomen: græce ex utre & ſacco: de quo uocabulo ita ſcribit Suidas. ἀσκόπηρα τὸ μάρσι τὸ τὸν ἦτοι τὸ σακκὼ ἀνιόν Μαρſippiũ ſignificãt Suidas Aſcoperam docet. Hæc ergo fuit Aſcopera Neronianã ſtatuz collo deligata. cullei ſymbolũ quoniam matricida. Quod enim culleo parricide inſuũtur: qui ſit e corio bouis eius cullei ueluti inſtar qd̄dam repræſentauit: qui deligauit Aſcoperam Iuuenalis de parricide & culleo ſic. Claudĩ aduerſis innoxia ſimia fatiſ. & deducendum corio bouis in mare: cum quo.

Quid ſit aut Minerual aut Mineruale. munus ex eoq; ſententiã Iuuenalis & Varronis expoſitã.

Caput. xxi.

Quisquis adhuc uno partam colit aſſe Mineruam.

**O**c ex decima Iuuenalis poetæ ſatyrã Domitiũ ita expoſit: ut eius neutiq; uideatur puidiſſe in tellectũ: Mineruã partã. i. cuius ludis quinquatribus ut poſſet certare adeptus eſt. Quo quid eſt abſurdius aut incõcinius: an quãſo uno aſſe quiſpiã aſſequatur: ut certare de eloquẽtia publicè poſſit: Cæterum mineruale munus: quod & minerual dicitur innuiſſe. Iuuenalis uideri poteſt: mer

cedulam magisterii. s. a scholasticis dari solitam: potissimū q; arbitror ante quinquatria: p quos dies pueri uacabant: unde Oratius in extrema epistola Ac potius puer ut festis quinquatribus olim: Ex quo gratoq; fruaris tempore raptim. Sicuti saturnalibus & kalendis: item mos habuit. Quare de quinquatribus agens Ouidius in fastis ita iquit: Nec nos turba feri censu fraudata magistri. Speni re: discipulos attrahet illa nouos.

De Mineruali hoc munere. etiam diuus Hieronymus ita meminit in epistolaꝝ scribens Pauli ad Ephesios: Quod etiam in canonici decretis inuenias: Legāt inquit episcopi atq; presbyteri q; filios suos secularibus erudiūt litteris: & faciunt. illos comœdias legere & minorum turpia scripta cantare: de ecclesiasticis sumptibus forsā eruditos & q; in carbonem pro peccato uirgo uel uidua: uel substantiam suam totā effundens quilibet pauper obtulerat: hoc in kalendarum strenam & saturnalium sportulam & mineruale munus grammaticus & rhetor aut in sumptus domesticos aut in templi stipes aut sordidū conuertit in lucrum. Quas autem saturnaliū sportulas uocat Hieronymus: has nomine absoluto saturnalica Tertullianus. Varro quoque in tertio libro rerum rusticarum: sic de mineruali. Axius merula mi inquit recipe me discipulum uilaticæ passionis illæ. Qui simulac promiseris minerual incipiās: inquit id est cœnam. Ludit enim merula hic apud Varronem: quoniamq; Axius discipulum se uelle recipi dixerat: ipse sibi minerual promittit postulat quasi magistro. Cœnam autem iocose minerual appellauit. Quia magisterii merces: ne forte igitur poetæ sensus hic erit: eum quoq; qui semel præceptoris minerual porrexerit q; per assem designatur: id est qui paucis diebus rhetorici aut grāmatico operam dederit: optare totis quatuoribus. quæ festa erant mineruæ ingeniorum præsidis: non modicum quipiā: sed eloquium & famam Demosthenis: aut Ciceronis.

Cuiusmodi sint uersiculi: in quibus ut ait Martialis: Echo græcula recantet.

Caput. xxii.

**M**artialis in secundo epigramaton de supinis quibusdam superuacuisq; carminib; agēs iquit multus labos: minima laus facientis: hoc quoq; inter cætera scribit.

Nusq; græcula quod recantat Echo.

Domiti; autē græculā accipit Echo uocem græcā insertā: quasi se neget Marti. græcis utpote am uerbis uti in suis epigramatis: quod contra depræhenditur. Aut nos igitur cōiectura fallit: aut inueniuntur. uersiculi quidā sic facti: ut in extremis responsiones ex persona ponantur Echus sententiā expulentes: & morem tuentes illius ultima regerendi. Quales etiā uernaculos ipsi quospiā fecimus q; nunc a muficis celebrantur: Henrici modulaminibus commendati quosq; etiam ab hinc annos ferme decē peritio contareno Veneto patricio nō inelegantis ingenii uiro uire tum desideranti nōnullisq; aliis litterarum studiosis dedimus. Sed & extant græci quoq; Gauradæ cuiusdā antiqui poetæ: quos & apponamus.

αχω φιλαμοι συγκαταινεσον τι  
 ερω κορισκασ. αδεμουφιλει  
 ωρεξαι δοκαιροσ καιρον ου φερει.  
 χυιοτυνη αυταλεζονωσ ερω.  
 και ωιστιρ αυτακερματων τυλοσ.  
 αχω. τιλοι ωον ηποθου τυχειν.

τι  
 φιλει.  
 φερει.  
 ερω.  
 τυλοσ.  
 τυχειν

Legendum apud Martialem, Cum compare mulo quod pleriq; Cum compare gibbo simul expulcata ratio in eo sensusq; uerior.

**M**artialis epigramatō sexto Nō aliter ridetur Atlas cum compare gibbo. Sic enim & uulgo legunt omnes & pro rectissimo exponūt quicumq; sunt. i cultu litterarum celebriores. Nos cōtra in codicibus plerisq; ueteribus: minusq; uacillant̄s authoritatis: & fidei: sic inuenimus. Non aliter ridetur Atlas cum compare mulo.

Mulo inq; non gibbo: ne ue surdis: quod aiunt: agatur testimoniis: i hac ipsa gentis Medicæ bibliotheca publica. codex habetur uetustissimus longobardis litteris: quem & Domitius olim Florētiae pellegit. Sed & Veronæ mihi pallegas quaspiam antiquissimi item uoluminis: Bernardinus quidam adulescens ut tum uisus est: haud illiberalis: Domiti propinquus cōmodauit: cum quidem una esset me cum Baccius Vgolinus: absolutissimi uir ingenii: candidissimiq; neq; non Romæ quoq; uolumen item Martialis longobardis characteribus ostendit legendumq; nobis indulfit Bernardinus Valla: uir & carminū studio & iuris sciētia: & generis nobilitate atq; opibus: prætereaq; humanitate quapiam non uulgari celebrandus. Quin Florentiæ item præter hos alium codicem primæ nobilitatis ciuis Pandulfus nobis oricelatus semiueterem dedit utendum: inquis utiq; singulis hanc quam dicimus scripturā reperias. neq; autē diffitear etiam illam superiorem in uno alteroq; non plane nouo exemplari uidi: esse me: sicuti i eo quod Romæ in palatina bibliotheca: mediæ antiquitatis: & item in altero tum quidem cum legebamus Fracisci Saxetti florētini negociatoris: nunc autem Taddæi Vgoleti parmensis: humani doctiq; uiri: qui regi pannonum Matthiæ regii profusus animi principi libros ornamentaq; alia florētiae: nobis ista prodētib; procurabat. nam in eo quem mihi nuper doctus utraq; lingua uir Bernardus michelotti; ab nescio quo sibi per usino cōmodatum dedit inspiciendum: Gippo scriptum corruptius adnotauit. Quare cum superiorem illam ueluti constantem solidamq; reperiamus in melioribus scripturam: quærendum ui detur quid sibi

quid sibi  
 Porro A  
 colligin  
 Atlas ap  
 lamben  
 uolenti  
 idem M  
 do igit  
 publicit  
 Vnde in  
 Com  
 ridem t  
 cuius cu  
 Quæda  
 situs loc  
 Equ  
 pere dir  
 reditu u  
 cuti Phi  
 poema  
 μελω  
 Mu  
 aliquar  
 ti etiam  
 nis ma  
 linis ait  
 αοσ  
 cufat: c  
 facere: V  
 ησ α  
 Hecaler  
 Nec  
 Et Su  
 morpho  
 tes am  
 fere ubi  
 ptum pl  
 per pon  
 Quar  
 nem ref  
 tata sit n  
 quatum  
 piteq; m  
 dus: qua  
 tur in-lit  
 nunciat  
 inquis h  
 ra diuer  
 numera  
 enim qu  
 tum est:

quid sibi Atlas postulet: cū compare mulo: qua ne causa perinde rideatur: ut maurus elephanto uehens. Porro Atlantem de Iuuenalis uerbis nanum quēdam pumilūe fuisse temporibus illis haud ignoratū colligimus. Sic enim inquit. Nanum quendam Atlanta uocamus. Ut ex contrario per deridiculum sit Atlas appellatus: qui foret pumila statura: sicuti: Canibus pigris scabieq; uetusta. Turpibus: & siccae lambentibus ora lucernæ: Nomen erit tygris: pardus leo: siquid adhuc: est. Quod fremat in terris uiolentiis. Sed & muli pumili: uel mulæ tū in in pretio sunt: inq; delitiis habitæ. De quis in distichis idem Martialis: His tibi de mulis nō est metuēda ruina. Altius in terra pene sedere soles: Si quādo igitur nanus hic Atlas mulo consimiliter nano & compare sibi utebatur uerisimile est: rideri solitū publicitus: sicuti etiam maurus niger derisui uulgo quoties concolorem sibi elephantum inscenderat. Vnde inquit idem in primo. Et molles dare iussa quod choreas. Nigro bellua nil negat magistro:

Conuenit autem proposito: argumentoq; poetæ in eum qui iuuenis & ualidus & pauper: lectica idē tidem tamē a sex & ipsis iuuenibus ualidis pauperibusq; gestabatur. Atq; ut illi superiores: nihilo ipse se cuius cunctis deridendi sui dabat occasionem.

Quædam super Hecale anu in memoriam data: deq; poesi Callimachi: tū ex epigrāmatis priapeis expositus locus: & item alter apud Statium: quodq; uitiose legitur de eo in Apuleianis codicibus. Caput. 24.

Equalis tibi quam domum reuertens Theseus repperit in rogo iacentem.



Erfuli sunt hi de priapeis epigrāmatis: p quos: aut ego fallor: aut Hecale anicula demōstrat a qua Theseus olim adulescēs hospitio comiter acceptus est. unde sacrum quoq; hecalesiō p pagos celebre fuit hecalo Ioui: nō sine ipsi<sup>9</sup> hecales honorib<sup>9</sup>. Quā etiā Hecalenē diminutiua forma uocabāt: qm̄ ipsa quoq; adulescētē adhuc Thesea salutaŕ aniliter: & huiuscemodi excipere diminutiore & blāditiis cōsueuisset. quoniā autē proficiscēte ad pugnam Theseo sacru ioui pro illi<sup>9</sup> reditu uouerat: ac priusq; reuenteretur ipsa obiit diem: uicē hanc Thesei iussu pro hospitalitate recepit: sicuti Philochorus memoriæ prodidit: q̄ de re Plutarchus in Thesei uita cōmeminit. Cæterq; de ea iustum poema Callimachus fecit. Hecalem nomine. Sicuti innuit item uersiculus ex notissimo epigrammate.

μελωδὲ γρασὸς τῆσφι λοζενού τροπῶουσ.

Multiq; passim reperiuntur authores: Hecalem citantes Callimachi. nam & herbas edules enumerat aliquando Plynius quis rustica illa Hecale apud Gallimachum appōat: sicuti chretmon in libro. 26. sicu ti etiam Sonchon in. xxii. quō in nouis codicibus Hecathe sit ibi nō hecale: uestigium autē ueræ lectio nis manet adhuc in antiq; eius q̄ sunt in publica gētis medicæ bibliotheca: quī ubi Callimachus i Apol linis ait hymno.

ὄφονο αὐὸ ἀλωρὸσ εἰσὸνα τὰ λαθρίοσ εἶπεν. οὐκα γὰ μαι τὸν δολῶνοσ οὐδὸσ ἀποντὸσ αἰδεῖ. In eum locum sic interpres propemodum: per hæc inquit: illos ac-

**D**iffisionis uocabulum. & item quod dici solitum in iudiciis Diffindi diem: pene iam sublatum e meo: atque inscitia quadam improba importunaque bonis artibus exitiosa iam oblitteratum restitueret ipsi pro uirili conabimur: & renouare diligentia nostra. Utitur ista loquendi figura etiam iureconsultus Ulpianus in libro septuagesimo quarto ad edictum per haec sane uerba quae posita libro primo digestorum sunt sub hoc titulo: Siquis cautionibus in iudicio sistendi causa factis non obtemperauerit. Siquis inquit in iudicio se sisti promiserit: & ualitudine uel tepestat e uel ui fluminis prohibet se sistere non potuit: exceptione adiuuatur. nec immerito: Cum enim in tali promissione praesentia opus sit quemadmodum potuerit se sistere: qui aduersa ualitudine impedibus est: & ideo etiam lex duodecim tabularum si iudex uel alteruter ex litigatoribus morbo fontico impediatur: iubet diem iudicii esse diffusum. Haste nus Ulpianus. Diffisum autem legendum non diffusum: quod omnes habent hi ferme libri qui sunt in manibus. Atqui uolumen ipsum Iustiniani digestorum seu pandectarum dubio procul archetypum: in ipsa curia florentina a summo magistratu publice adseruatur: magnaque ueneratione quam raro id etiam ad funalia ostenditur. Est autem liber haud quoto spoliolorum praedaeque Pisanae portio saepe a consultis citatus maioribus characteribus nullisque interuallis dictionum nullis item compendiariis notis quibusdam etiam saltem in praefatione uelut ab authore plane & a cogitante atque generante potiusquam a librario & exceptore inductis expunctis ac super scriptis: Cum graeca epistola graecoque etiam pulcherrimo hoc epigrammate in prima fronte.

βιβλόγ ἰουστίνιανος ἀναξτεχνησ ατο τῆραε M i i i

τηνρα τριβωρη ανδρ μεγαλω καμεπαμ βασιλη  
 διατισ ανρακλη πανατολον ασωια τευξασ  
 η εωι μαρμαιρουσιν αγαλαμα τα ανατανο μιστων  
 αρφρωσοι Δασιασ τε Δορυκτη του τε λιβυσσ ησ  
 υωρησ τεωιοθρ ταιολου σημαντ τρι κοσμου

Cuius tamen uoluminis legendi ac uerfandi per ocium mihi est uni facta copia: Laurenti medicis. ope-  
 ra caufaq; qui uir suæ Reip. princeps dum studiosis obsequatur etiam ad hæc usq; officia se demittit. Igi-  
 tur in pandectis his non iam pisanis ut quondam: sed florentinis in quibus pura sunt uerba: nec ut in cæ-  
 teris plena maculis & scabie diffusum reperio non diffusum quod idem apud Aul. quoq; Gelliū uideo  
 deprauatum libro qui nunc uulgo tertiusdecimus cum sit quintusdecimus emendatis codicibus. nā ubi  
 hæc uerba legimus. Atq; in rerum quidem definitionibus cōperendinationibusq; hic ego in codice Gel-  
 liano ex bibliotheca publica Medicæ familiæ: quem uir aut indoctus: ut tum ferebant tempora: sed dili-  
 gens tamen in primis Nicolaus Niculus ex uetustissimo exemplari fideliter pro suo more descripsit  
 ita inuenio atq; in rerum quidem diffisionibus cōperendinationibusq;. Quod si suspicio libera mi def-  
 malim credere eqdē in dierū q̄ i rerū uerā habuisse: & incolumē scripturā. Quin eodem capite Gelli: ius  
 si igit inquit diem diffindi. Sic enim in eodem codice qd̄ in his peruulgationibus: diem diffundi.

Pollices in fauendo premi: sicut in denegando fauorem uerti solitos. ex eoq; sententiæ Orati: Iuueni-  
 list: & Prudenti declaratæ. Caput. 42.

**P**Oratius in primo epistolarum libro. Consentire suis studiis. qui crediderit te: Fautor utroq;  
 tuum laudabit pollice ludū. Vtroq; inquit pollice Porphyrio: hoc est utraq; manu: ut sit  
 tropos synecdoche a parte totū sed ne quē forte ueteris scriptoris authoritas ifatuerei quoq;  
 aurē leuiter pernellemus. Scriptū ē igit apud Plynū libro naturalis historiæ octauo & uigē-  
 mo in hæc uerba pollices cum faueamus premere etiam prouerbio iubemur. Ex quo Iuuenalis peritissi-  
 me illud Et uerso pollice uulgi: Quemlibet occidunt populariter. Ceusi uerso pollice tollatur fauor: de-  
 niq; etiam prudentius in heroico aduersus Symmachum: ita contra uestales: quæ muneris gladiatorio in-  
 rererant declamauit: Et quoties uictor ferrum iugulo inserit illa Delicias ait esse suas pectusq; iacen-  
 tis Virgo modesta iubet conuerso pollice rumpi. Nam ut fauere qui pollicem premerint: ita puto  
 qui uerterent: denegare gladiatoribus fauorem credebantur.




Quam multas habuerint antiqui diphtongos.

**D**iphtongi apud latinos non plures quatuor perhibent cum septē nos eas saltem iueniamus  
 antiquis uel marmoribus uel numismatis quoq; nobis copiam ingentē Medices Laurentius  
 suppeditat: Nam præter illas uulgatissimas: quæ sunt .æ. œ. au. & eu. est adeo inuenire etiā .ai.  
 & .ei. & itē .ou. pro illis .æ. i. u. in ueterib; monumētis. Et .ai. quidem p̄ æ. nonnulli cū littera .i. nō  
 e. græcorū more semper efferebant: ut Quintilianus ostendit. quidā singulariter tm̄ cum in genitiuū uel  
 datiuum casum incidissent. Vnde etiā Aimilius pro eo quod sit Æmilius alicubi Romæ in antiquis spe-  
 ctationibus adnotauimus. Oīno aut cum supra testudinē Panthei ascēdissemus fragmentū ibi marmo-  
 reum cū eiuscemodi scripturæ uestigiis offendimus. Ex quo etiā dieresin uidemus factā in illis quæ uel  
 apud Vergiliū sunt: Aulai: pictai: & qd̄ nunc mēdose legis: Aquai. Porro aut diphtongus ei. frequēt̄ in-  
 uenit: penesq; etiā in p̄fesso est: qd̄ & nomismata pleraq; & marmora uetustissima declarant: & argumen-  
 ta ipsa Plautinarū comædiarū: quæ Captiui quæ ue item Menæchini inscribunt. nā si uersum singulorū  
 primas subinde litteras connectas. Capteui ei & Menæcheinei resultabit ut sit ubiq; ei. diphtongus. Præ-  
 terea Fouri nō furi legimus in nomismate alio: prima syllaba diphtongo p̄ducā: qualis etiā apud græ-  
 cos est. Quid aut de eo dicā qd̄ & Quintilianus indicat: & nos aliqñ ofuauimus: ut uocalē p̄ducendā  
 geminarēt: cum in aureo nomismate o feelix per. e. geminum: in æreo aut Galbæ principis uirtus pi di-  
 plex repiat. Iā illa ακυροσ nōne etiā apud nos in græcis saltē noib; ut in Harpya Orithyia Thyiadeq; re-  
 perit: ut non iam septem diphtongos: sed decem quoq; habuisse uideri maiores queant.

Pegaseu m nectar legi oportere apud Persum non melos.

Caput. 44.

**P**erfius in epigramatæ q̄ phœmii uice fungit. Coruos poetas inquit & poetridas picas. Can-  
 tare credas pegaseiū melos. Nos i uetustissimo cōmētario: Iphis quas lōgobardas uocat: p̄scri-  
 pto: q̄ etiā publice nostris auditorib; exhibuimus sic aduersum iuenim; Pegaseū nectar: i ali-  
 is melos: ex quo existimamus ueterē syncerāq; scripturā nectar habuisse. Nouiciā uero & mē-  
 dosam melos. Sed & pomponius latus Romanæ princeps academiæ: diligentissimus homo anquitatis  
 ueterem se habere Persianum codicem multis audientibus affirmauit huic nostræ lectioni suffragantē  
 q̄ & ratio tamen carminis euicerit. Nam cum oporteat nouissimum choriambi pedem spondeum po-  
 ni uel trocheum: melius autem nunquam neq; apud grecos: neq; item apud nostros nisi breui priore syl-  
 laba accipiatur: mendum profecto fuerit in uersu si melos admiseris. Nam quod autumant nonnulli .æ.  
 litteram uim producendi habere apud græcos: quod omnino tacuit author metrorum singulis He-  
 phestion: id ego inueniri quidem scio: sed in obscuris dumtaxat quibusdam: & ignobilibus schedis: exē-  
 plumque afferri ex Homero apud quem Heloria prima intenta syllaba legamus. Id autem quam frivo-  
 lum q̄

humi q̄ le  
 ceptum  
 mus fier  
 tia Persi  
 antur. Pi  
 ui priore  
 ni ueter  
 pro Ear  
 Homeri  
 Sed g  
 tis. Q  
 culo: tan  
 sta parit  
 Patro  
  
 utriusq;  
 Insequi  
 Par stud  
 Plato au  
 & ipsun  
 am cum  
 runatas  
 nescere  
 se amal  
 plato n  
 cum m  
 Cae  
 dum. S  
  
 i uetust  
 Gaddi  
 uersus i  
 Quo  
 ueditat  
 Sileno  
 nomin.  
 confim  
 dum et  
 Qua  
 bus agt  
  
 it: q̄ &  
 Siquid  
 opera p  
 sta: ut c  
 deside  
 nouissi  
 plius a  
 author  
 tulosti  
 lum q̄

lum q̄ leue sit & nugatoriū: uel hoc euidētissime declarat q̄ usu iam & autoritate doctissimi cuiusq̄ re-  
ceptum est: ut id uocabulum apud homerum quoq̄ a duplici notaretur. ceterum si maxime concesseri-  
mus fieri hoc solere aliquando apud grecos: non tamen continuo credendum est: illiusmodi usum licē  
tia Persium græca una appellatione: quam uix semel in tanta scriptorum silua græci usurpare ipsi reperi-  
antur. Presertim cum neq̄ apud græcos q̄tū equidem obseruauerim. neq̄ item apud latinos aliter q̄ bre-  
ui priore syllaba melos inueniatur: nam quantopere hanc solis concessam græcis licētia fugitauit lati-  
ni ueteres: uel Martialis poeta declarat. Cum se de nomine ipso Earini tantopere torquet: nec sibi saltē  
pro Earino εἰαρινὸν dicere permittit: uulgata apud græcos licentia. i. litterā interponendi: sicuti apud  
Homerum εἰαρινὸν ἢ εἰαρινὸν ἢ εἰαρινὸν ἢ. Atq̄ adeo Martialem ipsum audi. Dicunt Iari non tamen poetæ  
Sed græci: quibus est nihil negatum Et quos Ares Ares: licet sonare: Nobis non licet esse tam diser-  
tis. Qui musas colimus seuiores. Quare nihil dubitandum: quin sit illud melos in Persiano uersi-  
culo: tanq̄ ueruca deformis recidendum: restituendumq̄ Nectarq̄ ratio nobis toto capite & uetu-  
sta pariter autoritas adnuerunt.

Patroclo iuniorē Achillem: contra quā aut Æschylus prodiderit: aut uulgo existimetur. Caput. 45

**I**ffeminata inter omnes iam pridem receptaq̄ opinio Patroclū fuisse Achille iuniorē: ab eoq̄  
uelut adamatum: sicut ferme Hylan ab Hercule. tum inuenere hunc ipsum Martialis creditur  
sic inquit. Æacidæ propior leuis amicus erat: Quare etiam uersiculo cuidam nequissimo  
ex Hermaphroditi libellis: uulgo quoq̄ applaudebat. cæterq̄ Stati⁹ in Achilleide parē deniq̄

utriusq̄ ætatem prædicat ita inquit.

Insequitur magno iam tum connexus amore

Patroclus: tantisq̄ extenditur æmulus actis

Par studiiis æuiq̄ modis: sed robore longe

Et tamen æquali uisurus pergama: fato

Plato autem in simposio: longe diuersum contendit. nam & multo iuniorē fuisse Achillem declarat  
& ipsum potius a Patroclo adamatum: utpote imberbem adhuc: ne patroclo ipso modo: sed heroi⁹ eti-  
am cunctis formosiorē. Quin ea causa di: inquit: illum honoribus egregiis affecerūt: ut ad insulas for-  
tunatas mitterent q̄ amatorē tanti fecerit: ut modo p̄ eo solum mori: sed ei uel immori q̄ in patria cōse-  
nescere præoptauerit. Quin Æschylum Plato idē ceu nugacem taxat q̄ is quoq̄ Achillem Patrocli fuisse  
se amatum prodiderit. Testemq̄ utriusq̄ ætatis Homerum citat: cuius si quispiam uerba: nam hæc utiq̄  
plato nō posuit: sibi indicari postulat: legat in undecima iliados Rhapsodia: Sub Nestoris persona: qb⁹  
cum mandatis Patroclum filium pater Menoetius ad bella dimiserit.

Cacethes apud Iuuenalem tetrasyllabon non cacethos. Et condita pyxide lyde: non incondita legē-  
dum. Simul enarratus apud Martianum locus haud arbitror indiligenter Caput. 46.

**N** septima Iuuenalis poetæ satyra sic scriptum Tenet insanabile multos. Scribēdi cacethos  
& ægro in corde senescit Vocabulum autē q̄ est cacethos neq̄ a græcis uspiā usurpat: neq̄  
ratio carminis admittit. Quare cacethes legendum suspicamur ut sit qd̄ apud græcos τὸ κα-  
κὸν ἦθος. Eo nāq̄ uerbo frequentissimo usitatissimoq̄ mala consuetudo significat. Quod itē  
i uetusto codice langobardis exarato litteris repperimus: cuius mihi potestatem legendi fecit. Frācisus  
Gaddius florentinus: summi magistratus a secretis prudēs humanusq̄ uir: nec littēris incult⁹ Sed & ille  
uersus ita in eodem. Turgida nec prodest condita pyxide lyde.

Quod alibi perperam sic est. In pyxide condita lyde: ut anum intelligas iydē illiusmodi medicamēta  
uēditatem: crassam: & ut inquit Plautus: dolorem q̄ & capella fortasse spectās: & facetissime super ebrio  
Sileno ludens ita inquit. Ac dum mouere gressum cupit auocante lyde. Nā ut si Cantharæ uel pyrhiæ  
nomina uel Baucidos inaudias: continuo suffarcinatas tibi & uinosas & panuncias quasdam delectatione  
confinxeris: Ita nomine audito lydes mox inflatus Silenus & uetiosa lyde: quæ titubantem: & lapsabun-  
dum etiam si dis placet auocet ab irrisu.

Quæ Plynius super titulus ueterum artificum pendentibus prodiderit ea de monumentis etiā ueteri-  
bus agnita Romæ: sicutiq̄ speciem Vergilianæ ægidos. Caput. 47.

**R**omæ nuper in atrio Mellinæ domus marmoream quādam ueluti basin aspeximus: in q̄ græ-  
cæ sic erat σελεύκος βασιλεὺς αὐτὸς ἱππὸς ἐποίησεν. Id latine ualet Seleucus Rex. Lysipp⁹ fa-  
ciebat. Erat ibi tum nobiscū Ioannes Laurētius uenetus summi pontificis a secretis: homo lin-  
guæ utriusq̄ doctissimus: oīum istiusmodi quasi lautitiarū studiosissim⁹. Is igit nos submonu-  
it: q̄ statim arripuim⁹ agnouimusq̄ nō temere illic ἐποίησεν potius q̄ ἐποίησεν: hoc est faciebat q̄ fecit.  
Siquidem ut ait Plynius in præfatione librorum naturalis historiæ. Summi illi artifices etiam absoluta  
opera pendentis titulo inscripserunt Apelles faciebat: & Polyclitus tanq̄ inchoata semper arte & impfe-  
cta: ut contra iudiciorum uarietates superesset artifici regressus ad ueniam: uelut emendaturo quicquid  
desideraretur: si non esset interceptus: quare inquit plenum uerecūdiæ est illud quod omnia opera tanq̄  
nouissima inscripseret: & tanq̄ aliquid singulis fato sit ademptum. Tria autem non ut ille opinatur am-  
plius absolute traduntur inscripta: ille fecit quæ suis locis reddit: quo apparuit summam artis securitatē  
authori placuisse. Et ob id magna inuidia fuere omnia ea. Ceterum etiam alibi Romæ similis iueniri ri-  
tulostidē Ioannes Laurentius Venetus asseuerabat. Vidimus item q̄ etiam his Miscellaneis nostris pu-

rauimus inferendum: marmorem quoddam in urbe eadem Palladius simulacrum gestans ægida squa-  
moso draconū corio contextam: sic ut extremum ipsius ambitū dracunculi: item ad limbi aut simbræ  
uicem circumcluderent: Erat ubi tū nobiscū Iulianus Bononiensis cui nunc ex te cognomen antiquario  
factum simulq; Georius Italianus genuensis: homo rerum abditarū iuestigator experientissimus: Cum  
statim Vergilianos uersus recordati: quibus eam deum palladii clypei cælaturā mire expressisse poeta  
incomparabilis uidebatur: ita in octauo æneidos libro scribens.

Ægidaq; horrificam turbata pallidis arma  
Connexosq; anguis: ipsamq; in pectore diuæ

Certatim squamis serpentem: auroq; pollibant.  
Gorgona defecto uertentem lumina collo.

De Megabyzo scripsisse alios q; Plynium de Alexandro: uentitare in Appellis officinā solito. caput. 42.

**P**lynium secundum nouocomensem in uolumine historiarum naturalium quinto: & uigesimo: uentitare in  
Appellis excellentissimi pictoris officinam solitum ait Alexandrum Macedonem non artificio so-  
lum: sed comitate etiam hominis delectatum: cui & in officina inquit imperite multa discreti  
lectum comiter suadebat: Rideri eum dicitur a pueris quod colores tererent. Hoc quod de Alexandro Plynio  
scribitur: Plutarchus ad Megabyzum rettulit in eo uolumine: quo disputat: quæ sint adulatoris & amici di-  
scrimina: cuius si uerba latine interpretemur: hæc fere sunt. Apelles inquit pictor assidenti Megabyzo  
superque linea & umbra dicere non nihil tentanti: uiden inquit pueri ut melida (coloris id genus) terentes  
tacenti nuper tibi animos adhibebant: purpuramq; demirabantur: & aurum: Sed iudicem te nunc derident loqui  
super iis quæ haud didiceris incipientem. Quin Hælianus quoque in libris historiarum multifararum ad Megaby-  
zum & ipse non ad Alexandrum rettulit.

Contentio epigrammatum graeci Posidippi & latini Aufoni super occasionis imagine tum pulcherrima  
ecphrasin graeci Callistrati. Caput. 49.

**A**ufoni poetae celebre est epigramma: quo simulacrum describit Occasionis nam sic utique de-  
que graeci καίροσ appellat interpretatus est. Sed enim longe miror: ita Phidiae tribuerit quod  
erat Lysippi extat adhuc enim Posidippi graecum comparis argumenti: de quo suum finxit  
Aufoni: quod in graeco Lysippus Sicyonius artifex: in latino Phidias perhibetur. Porro autem su-  
mis digitis graecis author ingredi: latinus insistere dicit rotulae. Talaria uterque adnectit: uterque faciem crite te-  
git: uterque occipitum denudat. nouaculae tamen dextra gerit graecus illa καίροσ: & poenitentia comes iu-  
gitur latinae Occasioni. Figurae sunt apud utrumque poetam pariter. plus tamen aliquanto ardent graecae  
nam in istis omnibus: ut ita dixerim: mangonissandis nescio quo pacto graeci belliores quam romani nostri  
tum uelut ab antigrapho decidere apographon erat necesse. Sed & Callistrati legimus ecphrasin simula-  
cri eiusdem mire festiuam qua confirmatur a Lysippo id opus factum publice Sicyoniis spectabile. Por-  
ro autem ex ære hunc ait esse deum. Callistratus: puerumque ad hunc primae pubis a capite florulentae ad  
pedes. Tum formosum eundem: sparsisque fauonio crinibus & multo frontis gratia genarumq; adeo & cor-  
poris totius pulchritudines Dyonyssio maxime similem. quin & insistere pilae suspensio gradu pinnatis  
pedibus. Sed & capillos idem Callistratus in oculo pueri genasque despectus occipitium crinibus liberat  
Caetera denique scriptoris huius condimenta & lenocinia delicias festiuitates argutiasque transmarinas ex  
ipso utique petendas auctore arbitror. Fit autem nescio quo pacto lasciuolus ut istas & electatiunculas quasi  
textam Miletum chlamidem canepius & angustromana reformidet grauitas. Illud haud quamquam praeterierit  
Nicephorum quoque non inelegantem scriptorem graecum. sic ordiri quam de uirgine Deipara compe-  
suit orationem: & cum super imagine ista nescio temporis dixerim an occasionis loquatur: referat ea ad  
temporis illius: qui graece chronos. fugacissimam celeritatem.

Locus in Plynianis exemplaribus emendatus super nomine Proetidum: atque ibi de ipsarum furore tra-  
lata historia. Caput. 50.

**I**n quinto & uigesimo naturalium historiarum libro: uerba Plynii secundi quo capite de helleboro tra-  
ctat: ita in uulgatissimis codicibus reperiuntur. Melampodis fama diuinationis artibus nota  
est ab hoc appellat unum hellebori genus melapodiō. Aliqui pastorem eodem nomine inuenisse  
tradunt. Capras purgari pastorem illo animaduertente: datoque lacte earum sanasse parotidas fu-  
rentes. Caeterum non pastorem sed pastorem non parotidas sed proetidam in codice uno uetustissimo ex nobilissimo  
ma ista Medicae gentis bibliotheca inueniebam? sed de pastore & pasto facile est: sic petidas non parotidas le-  
gendum manifesta fides: eamque uel indubitatissimam uerissimamque esse scripturam: praeterquam quod ratio do-  
cet in primis efficax. Quid enim sint parotides furentes: aut quid parotidibus aurium uitio cum ueritate  
Tamen & Dioscorides bonus author apertissime declarat ita scribens: Veratrum nigrum. id alii melam-  
podium: alii estomum. quidam polyrrhizum appellant. Melampodium uero quoniam ea Melampus qui  
dam pastor Proeti furentes filias purgasse uidetur atque curasse. Sic ille. Sed atheniensis Apollodorus in  
bibliotheca: nam ita liber eius appellatur: purgationem proeti filiarum potius ad uatem Melampoda  
ad pastorem refert. nataque ait ex Proeto & Sthenobea filias Lysippen Iphinoem & Iphianassam: quae ubi  
primum adoleuerint uexatae infania sunt seu quoniam. ut scribit Hesiodus: liberi patris cerimonias non  
acceperunt: siue quod est apud Acusilaum: quoniam Iunonis: contempserint simulacrum: postea autem quae fu-  
rere occiperint toto argiuorum agro prius errabundas: dein uero etiam per Arcadiam Peloponnesumque  
uniuersam

uniuer  
thea na  
nes spo  
delicet  
ragion  
derent  
tus pos  
tum ag  
nem re  
da uale  
inquit  
extinct  
sumq;  
tidibus  
lyanth  
ifania  
fisse in  
probu  
dori:q;  
q; Ver  
medic  
nt qui  
se uas  
Cu  
effig  
refer  
autem  
brare  
Abro  
prima  
tum f  
cedeb  
nator  
torio  
Athe  
pa:ue  
nere e  
te me  
mi ph  
omni  
me it  
la aq  
secu  
sus si  
quoc  
Qua  
p  
cor  
his u  
geri  
ham

univerſam ſui decoris oblitus locis ſolis excucurriſſe. Donec Melampus Amythaone filiaq; abantis Ido  
 thea natus uates. ſ. & qui primus medicamentis ſanare: ac purgationibus inuenerat curaturum ſe uirgi-  
 nes ſpōpōderit ſi precium ſibi pars regni tertia tranſcriberetur. Cui cum Proetus minime aſſentiret et uī  
 delictet mercede tam immani deterritus: magis magiſq; indies gliſcere furorē illū uirginum cōpiſſe cō-  
 ragione etiam ad mulieres cæteras demigrante: ſic ut ungo ſuam queq; domum reliquerent: filios occi-  
 derent: ac per ſolitudines uagarentur. Quare propagante ſe etiam atq; etiā calamitate cum datuſq; Proe-  
 tus poſtulatam mercedem paciſceretur. Iam uero non prius curaturum Melampus ait q̄ cum alterū tan-  
 tum agri fratri quoq; ſuo Bianti adiudicaretur. Hic uero metuentem Proetum ne ſi præſentem cōditio-  
 nem reſpueret: plus etiam ſubinde poſtularet conſenſiſſe in eam mercedem. Ac tum demum Melampo-  
 da ualentiffimum quēq; iuuenem comitem ſibi aſciuiſſe: clamoribusq; eas atq; enthea quadam: ſic enī  
 inquit: chorea ſicyona uſq; de montibus compuliſſe. Cæterum in perſequendo maximam natu Iphinoē  
 extinctam reliquas purgatione uſas reſpuiſſe. Tum Melampodi eas & Bianti Proetum tradidiſſe. ſi-  
 ſumq; dein filium genuiſſe Megapenthem. Haſtenus ferme Apollodorus. Hælianus autem noīa proe-  
 tidibus in omnifaria hiftoria Elegen facit: & Celenen. Sextus porro Empiricus pythioniorū quatto Po-  
 lyanthum cyreneum dicere ſcribit in libro de Aſclepiadarum genitura Proeti filias ab Æſculapio fuiſſe  
 iſania liberatas: in quam iunoneirata incidiffent. Adūcit Ouidius purgamina mentis earum Biantē mi-  
 fiſſe in Clitoriū fontem: cuius potus abſtemios faciat. ſed enim quibus Probus uulgo putatur haud im-  
 probus omnino Maronis enarrator: & ipſe teſtem citat Heſiodū fabulamq; pœne ſicut hæc eſt Apollo-  
 doni: q̄q̄ breuiſſime perſtringit. Hunc autem in eis errorem fuiſſe mentis animiq; boues ut ſe crederent:  
 q̄ Vergilius quoq; i bucolicis ſignificat: neutiquam uideri fabuloſum debet ſi quidem Paulus Æginita  
 medicus græcus author in tertio periodeutico de atrabile: deq; inſania ipſa narras: uſu quoq; uenire ait  
 ut quidam ſibi brutæ animantes eſſe: uocesq; imitari illarum uideantur: Prætereaq; nonnullos arbitrari  
 ſe uafa eſſe teſtacea factos tum autem ob id metuere ne confringantur.

Cur in Ephēſiæ Dianæ templo molles appellati honores a Martiale.

Caput. 51.

**C**ur in Ephēſiæ Dianæ templo molles appellati honores a Martiale. **U**t molles dixerit honores i Triniæ tēplo Martialis hoc eſt in Dianæ Ephēſiæ etiā hæc affer-  
 ri poſſunt: ſcita ni fallor & arguta ſatis. Sed quæ tamen interpretes omiſerūt Ac primo qdē  
 de multimāmiis poſſumus dictū exiſtimare. nam ut diuus Hieronymus in epiſtolā Pauli ad  
 Ephēſios ſcribit: Erat Ephēſi tēplū Dianæ & eiufdem i ipſo multimāmia. i. multarū māmarū  
 effigies: qua cultores eius decepti putabant eam omnium uinētū nutrice. Poſſumus item ad pompam  
 referre: de qua Xenophon Ephēſius in primo ephēſiacorum libro ſcribit ad hanc ſententiam. Agebatur  
 autem iquit ſolemne iis locis Dianæ feſtum ab urbe ad templum quæ ſunt ſtadia omnino ſeptem. Cele-  
 brate pompam uirgines omnis indigenas oportebat. Splendide imprimis ornatas. Prætereaq; ephēbos  
 Abrocomi æquales: qui tum annum circiter decimum ſeptimum agebat: & cum ephēbis aderat uelutiq;  
 primas in ea pompa ferebat. magna autem uis hominum ſpectaculo itererat: uel popularium uel hoſpi-  
 tum ſi quidem mos habebat. uti in ea celebritate & ſponſi uirginibus & ephēbis uxores inuenirent Pro-  
 cedebat ergo ordinatim pompa: primo. ſ. ſacra: faces cauiſtra & ſuffimēta: tum autem equi: canesq; & ue-  
 natoria arma: nonnullorum quoq; bellica. Sed pleraq; tamē pacalia: ſceminarū ſe quæq; ueluti ad ama-  
 torios oculos compoſuerat uirginumq; ordinem ducebat Anthia. Sic utiq; Xenophon ſcribit nō quidē  
 Athenienſis ille: ſed alter eo non inſuauior. Ephēſius: qui paulo poſt etiā ita ſubdit: ut igitur peracta pō-  
 pauenere in templum ſacrificatum multitudo omnis: atq; ibi ornatus pompæ ſolutus omnis: & conue-  
 nere eodem uiri ſceminæq; ephēbi & uirgines. non abſurdum eſt autem propter Dianæ quoq; ſacerdo-  
 tē molles honores audire. de quo etiam nō nihil Domitius ex Strabone. Cæterum Heracliti Ephēſii ſū-  
 mi philoſophi ſcilicet illuſ qui ex obſcuritate librorum ſcotinos hoc eſt tenebricoſus appellabat quiq;  
 omnibus humanis actibus illachrimabat: illius inq; Heracliti ad Hermodorum extat epiſtola: qua ſic ſer-  
 me in ephēſios cauillatur. Quanto Ephēſiis meliores lupi atq; leones non ſe inuicē mancipant: nec a qui-  
 la aquilam empritat. nec leoni leo miniſtrat pocula Sed neq; canē canis exſecat: ut uox deæ ſacerdotē ex-  
 ſeuiffis megabizū. metu ne uirgini uir conſecretur & quo pacto impii aduerſus naturam: pii ſitis aduer-  
 ſus ſimulacrum. Principio enim id agitis: ut diis primus imprectetur ſacerdos a miſſa uirilitate: quin dea  
 quoq; impudicitia uelut inſimulatis metuentes ne illi miniſtretur a uiro.

Quæ ſit apud Martialem Cornibus ara frequens.

Caput. 52

**I**n ſuperiori epigrāmate locus eſt hic alter: neutiq; a Domitio ne ue ab aliis quantum uideam  
 cognitus: Diſſimuletq; deum cornibus ara frequens. Quod enim Domitius Hammonis tē-  
 plum in libya accipit nullo pacto procedit. nam cū hic magnificētiffima orbis terrarum ædi-  
 ficia memorentur: quæq; iter miracula referrentur: ut ex eorum comparatione amphitheatri  
 ſcomiū creſcat: ridiculum proſecto fuerit de templo hic Hammonis audire pauperimo. ſ. ut Lucan⁹ ait  
 his uerſib⁹ Ventum erat ad tēplum lybicis q̄ gentibus unum Inculti Garamantes habet: ſtat Corni  
 ger illic Iuppiter ut memorant. ſed non aut fulmina uibrās. Aut ſimilis noſtro: ſed tortis cornibus  
 hāmon. Non illic libicæ poſuerunt ditia gentes Templo: nec æois ſplendent donaria gemmis.  
 Quamuis æthiopum populis arabumq; beatis Centibus atq; indis unus ſit Iupiter hammon.

Pauper adhuc deus est nullis uiolata per æuum Diuitiis delubra tenens morumq; priorum Numen romano templum descendit ab auro. Neq; autem: aut ex Plynii: aut ex maronis dictis colliges templū Hammonis apud Nasamonas insigni: uel ædificiis uel opibus fuisse: si uerba diligenter utriusq; pensabis. Et quidem mentior nisi ara potius Apollinis in delo accipienda q; Ceratinon bomon dicunt inter septem orbis spectacula: sicuti Plutarchus ait celebrata: quæ tantū ex dextris cornibus sine glutino ullo aut uinculo coagmētata compactaq; sit. Hoc autē Plutarchus in eo scribit opusculo quo tractat utra pudentiora sint: a quingena: anterigena animalia Deq; ara eadem sic Ouidius in epistola Cydippes ad acōtium meminit hoc uersiculo. Miror & innumeris structam de cornibus aram. Plutarchus etiam in Theseo: de ara in delo scribit: non quidem ex dextris: sed ex sinistris tantum cornibus compacta quæ κερατῶρα βωμῶν appellat nisi mendum sit exemplarium. Laertius quoq; Diogenes Ceratinæ: are hoc est e cornibus factæ mentionem nonnullam facit in Pythagoræ uita. Quin & callimachus poeta in Apollinis hymno: quadrium adhuc Appollinem scribit ex cornibus cynthiadum capreæ: quas soror Diana in uenatu occiderat aram compegisse. fundamentaq; item & parietē: solis struxisse cornibus. Ipsius autem sunt hæc uerba. Τετραέτης τα πρώτα θεμελια φοιβός εωξέε καληνορτυγιν περιηγέος ενδοθιλιμνησ αρτεμισ αγρωσ τουσ ακαρηατα συνέχουσ αιγῶν κυνοιαε λων φωρεσ κεν. ολε παλεκε βωμων απολλων λειωατο. μενκεραεσ εν ελεβλια τηξελε βωμων εκκεραων κερδουσ δε περιεγυσε βαλλετο τοι χουσ. Ob id ergo inquit Martialis dissimulēt deum: quasi non iam dei esse id opus uideri queat: quo alterum lōge præstantius hoc est amphitheatrum mortali manu factum. Saneq; per totum epigramma signatis usus est uerbis argutissimus poeta: qui Memphin silere iubet quia barbara: nec iactari uult babylona labore assiduo: qm ipsa quoq; iactatio intellectum laboris habeat. Et negat laudandos ob id honores Triuiæ: quia molles: neq; enim mollibus præconia debentur. Negat etiam quæ aere pendeant mausolea supra aera ipsum: hoc est ad astra usq; ferri oportere: ut sit hoc epigrammate nihil utiq; pensatius.

Quod positum nomen Agamēnonis in. M. Tulli diuinationibus pro Vlyxis est: tū in trāscursu locus in epistolis ad Atticum non inelegans super miniatula cæra correctus & enarratus. Caput. 55.

**A**ulus Gellius in noctibus illis suis maxime candidis errorem notat Ciceronis manifestissimū non magnæ rei: neq; errasse eū miratur: Sed errorem nō esse postea uel ab ipso animaduersus: uel a Tirone suo. nam cum Homeri uersus Cicero quospiā uertat ī latinum dicere illos Atticem scribit apud eum poetam cum re uera dicantur ab hectore. Facit hæc. A. Gelli libertas: ut ne ipse quidē uereat referre in his libris paululum quidā compar huic eiusdē Ciceronis: pœneq; illi superiori germanū nisi forte: quod audius crediderim tāto interuallo: mēdum fuerit exemplariū. Quāuis etiam in antiquissimo quoq; libro nō dispariliter scriptum inueniamus: nec sane lubricus ex litterarū uicinitate sic in alterutrum nomen lapsus. Verba sunt Ciceronis in libro diuinationum secundo. nam illud mirarer si crederem q; apud Homerum Calchantem dixisti ex passerum numero belli troiani annos auguratum: de cuius coniectura sic apud Homerum ut nos ociosi uertimus loquitur Agamemnon. Ferte uiri: & duos animo tolerare labores. Auguris ut nostri Calcantis fata queamus Scire ratos ne habeant an ueros pectoris orsus Ac deinceps uersus quoq; ceteros homericos a se conuersos exponit. Quod igitur hæc Agamēnonē loqui apud Humorem Cicero tradit: si modo ita scriptum Cicero reliquit: hoc nentiq; uerum probatur: cum apud Homerum ipsum in secunda iliados Rhapsodia: non Agamēnon sed Vlyxes istius sentētiae uersus pronuntiet. Neq; est q; quisquā aut stomachetur hæc apud Ciceronem quoq; depræhendi: aut miretur cum appareat ex ipsis epistolis nōnunq; huiuscemodi errata memoriæ fuisse in Ciceronis libris: uel ab Attico: uel Bruto animaduersa atq; curata. Sicut illud ī oratione Ligariana de. L. Cursidio: quod erratū fatetur esse suum: Sed ut aiunt inquit μὴ μορηνκον α. μ. α. ρτη. μ. α. Sicut q; in oratore arbitror Eupolin. p Aristophane Cicero posuerat. Dein Atticus Aristophanē pro Eupolide reposuit. itaque etiam uereri se Cicero dicit aliquando ne suæ syntaxis miniata illius cæcula pluribus locis notandæ sint: quod autem incidit ut de miniata cæcula meminerimus: corrigendus obiter: & interpretandus nobis hic ex epistola ad Atticum libro penultimo locus est: in quo ita scriptū perperam inuenitur. His litteris scriptis me ad syntaxis dedi: quæ quidem uereor ne nimia tua pluribus locis notandæ sint ira sum meteoros: & magnis cogitationibus impeditus. Ego legendum puto: ne miniatula cæra tua pluribus locis notandæ sint ut sit intellectus ad librōs componendos: id enim græce syntaxis Ciceronem se dedisse: Sed uereri tamen ne miniatula cæra ipsius ad quē scribit Attici: quo saepe ueretur emendatore pluribus locis notandæ sint quoniam meteoros hoc est suspēsus animi foret Cicero: & magnis cogitationibus: ut ait impeditus. Consueuerat opinor Atticus: si qui parum absolute locus a Cicerone tractaretur: ei loco rubellas cæras affigere: q; nunc quoq; solemus. In codice autē quem fuisse aiunt Frāncisci Petrarchæ primitus: certe Colluci Salutati dein fuit: & post hunc Leonardi Arretini: mox & dōati Acciaoli uirorum suæ cuiusq; ætatis eruditissimorum sic adhuc extat: ne miniata cæruia tua. q; si penultimæ dictionis penultimam litteram paululum a summo produxeris. hoc est de. i. littera. l. feceris: omne proculdubio mendum sustuleris: sed & peruulgatis codicibus: sic in extremo rursus uoluntate epistolarum adhuc earundem legitur. Cæculas enim tuas miniatulas illas extimescebam: ut iam omnis

hoc testimonio

hoc testi  
Cerati



ad Lucil  
nua non  
hoc iten  
Lucianu  
rū, Caste  
modi pe  
cination  
men. &  
Interdu  
do quæ  
usus: sic  
tiens: fal  
apud Ce  
rogans  
tem. Qui  
itē & ut  
postren  
Qui



bula. M  
dicens  
etenus  
etiam:  
dictione  
empro.  
Croco  
turnec  
diliten  
mumq  
Cur



ex nati  
se Paul  
credin  
madue  
nium c  
ligētif  
eius C  
Rhinc  
nias in  
felli p  
enim i  
apχη  
non m  
ne alte  
sus ext  
similit



hoc testimonio superior ambiguitas aboleatur.  
 Ceratinæ qui sint apud Quintilianum.

Caput. 54.

**C**eratinæ qui sunt apud Quintilianum libro primo non temere q̄ tibi explicet iuenias qui autem græca uoluerint latinæq̄ cōmentaria. plane intelligēt ratiocinationis inexplicabilis esse eam speciē. quæ nescio quas ansas atq̄ uncōs arte dialecticæ pplexitatis inseret. Sic arbitror appellatū a materia ipsa qua uterētur uerboꝝ. Sicuti est apud Senecā libro epistolæ quinto ad Lucillium. Sederem inquit otiosus & eiusmodi quæstiunculas ponens: quod non p̄didisti habes cornua non perdidisti: cornua ergo habes: aliaq̄ ad exemplum huius acutæ delirationis cōcinnata. Sed de hoc item in atticis noctibus inuenias. Cerata autem græce dici cornua: quis nesciat? meminit huius etiā Lucianus in philosophorum symposio: sicuti de Sorite atq̄ Therizonte: sed & in dialogo item mortuorū Castoris & Pollucis ita ferme inquit. Et cornua inter se producunt: & Crocodilos faciunt & eiusmodi perplexa docent interrogare: ut ex cornibus. s. hanc quā duximus Ceratinem rōcinationē nec rōcinationem uerius q̄ tendiculum accipias. quin etiam in dialogo altero: cui uel somniū uel gallus est nomen. & docens inquit duab⁹ negationibus: unam confici asseuerationem. Noctemq̄ nō esse si dies sit. Interdum etiam cornua mihi esse dicebat aliaq̄ id genus. Huiuscemodi autem dialecticis in percundādo quæstiunculis quales frequenter ingeniorum acū excogitat: etiam Milesius Ebulides plurimū usus: sicut a Laertio Diogene in Euclidæ Megarensis uita ponuntur ut latine conemur interpretari: Mētiens: fallens: electra conuelata acernalis & ceratine: uel cornea: & item calua. Ex quo in hāc sententiā est apud Comicum nescio quem ut idem prodit Laertius. Contumeliosus autem Ebulides ceratinas iterogans & mendacibus gloriosisq̄ sermonibus oratores uersans: abiit Demosthenis habens uolubilitatem. Quē etiā locum suida citauit. Sed & zenon ille Cyticus inter cauilla cætera dialecticorū Ceratinas itē & utidas numerabat. Sicuti idem i libro septimo de uitis philosophorū p̄didit Laerti⁹. Quī hoc ipsū postremo nobis insinuat Martianus Capella libro quarto: cū inq̄. Perdita ne qua unq̄ cornua frōte ferat. Qui sint Crocodilicæ apud eundem.

Caput. 55.

**A** pud Quintilianum eundem libro item primo etiā de Crocodiline mentio fit obscuro & ipso plerisq̄ ignotoq̄ uocabulo. Cæterum de hoc inuenimus apud Aphthoni græcū enarratorem Doxa patrē: quamuis apud eum Crocodilites potius q̄ Crocodiline: Quod & uerius puto. Verba ipsius ita latine interpretamur. Serra inquit & Crocodilites: sicuti est i ægyptiaca fabula. Mulier quæpiā cum filio secundū fluminis ripas ambulabat. Ei Crocodilus filiū abstulit: redditurq̄ dicens si uerum mulier responderet. Negauit illa fore ut redderetur atq̄ ob id æquum aiebat reddi. Hætenus ille. Moxq̄ idem Crocodilitem inquit hanc propositionem uocant Crocodili huius gratia: quā etiam: ὀπίωπα. i. Serram uocari a græcis indicat. Aduuat Lucianus in dialogo: cui titulus: uitarum uenditiones: ita ferme Chrysippum loquentem inducens: eiq̄ respondentem quempiam qui se profiteatur emptorem. Considera igitur ait. Est ne tibi filius? Quorsum istud? Si forte illum iuxta fluiū errabūdū Crocodilus inueniat: rapiatq̄. dein redditurum polliceatur cum uerum dixeris: utrū reddendus ei uidea tum nec ne. Quid eū sentire dices? Rem sane perplexam iterogas. Ex his (ut arbitror) liquet etiā Crocodilitem: sicuti supra ceratinem sophismatos esse parum explicabilis speciē: quo dialectici ueteres potissimumq̄ stoici uterentur. Quod genus: elegāter Quintilianus exquisitas ambiguitates appellauit.

Cur gemino cornu Martialis dixerit in spectaculis: ubi de Rhinocerote: deq̄ tauris æthiopicis. ca. 56.

**M**artialis epigramma est in spectaculis: de Rhinocerote cuius extremi uersus hi sunt: Nāq̄ graue cornu gemino sic extulit ursum. Iactat ut impositas taurus in astra pilas. Domiti⁹ ita enarrat Gemino inquit cornu forti & uehementi. Vergilius. Gemino dentalia dorso. Vel quoniā Rhinoceros habet duo cornua: ut apud Pausaniā solū legi quorū alterū insigni magnitudine ex natibus extat: alterum superne erumpit exiguum sed ualidissimū. Fetetur sane Domitius apud unū se Pausaniā legisse Rhinocerote duo habere cornua. Quid autem Plynium quid Solinū: quid alios credimus unum Rhinoceroti cornu tribuentis dumtaxat: an uidelicet ignorasse omnis: quod solus animaduerteret Pausanias? Quid porro? Septimo Florenti Tertulliano respondebimus christianorū omnium quorum quidem latine opera extent. ut antiquissimo. sic ausim dicere in omni pene litteratura digētissimo: qui libro aduersus Praxeam tertio uerba illa enarrans de uetere instrumento. Tauri decor eius Cornua unicornis cornua eius: in eis nationes uentilabit ad summum usq̄ terræ: Non utiq̄ inquit Rhinoceros destinabat unicorniis: nec minotaurus bicornis: & quæ sequuntur. Cæterum de eo Pausanias in boeoticis meminit neq̄ autem omnino Rhinoceratos duo habet cornua: nam hoc manifesto re felli poterat. Sed tauros dicit esse in æthiopia qui Rhinocerotes uocentur. ὅτι σφισιν ἐπὶ τὰ κρηναί. Sic enim illius uerba sunt ἐν ἐκαστῷ κρηναί καὶ ἄλλο ὑπὲρ αὐτὸ ὄν μεγάλων ἰσθησ κεφαλῆσ οὐδέ ἀρχὴν κρηναί σφισιν. Quoniam inquit illis in summa nare singulis unicum cornu. Tum aliud supra non magnum. Verum in capite ne initio quidem cornua. Non igitur Pausanias aut insigni magnitudine alterum cornu ait esse ualidissimū. Quod ob id reminiscitur fortasse Domitius ut his facilius uersus extolleretur. Neq̄ autem de Rhinocerote ipso sentit Pausanias: Sed ut diximus de æthiopico tauro: q̄ similitudine quampiam & ipse Rhinoceros a quibusdam uocabitur: Quare non ita putamus exponēdū

Martialem ut ursum uidelicet a Rhinocerote cornu illo unico elatū eiectatūq; sentiat graue gemio cor-  
nu hoc est graue tauro futurum cui sunt cornue gemina: ut cornu sit datiui nō ablatiui casus. Nam cū tau-  
ri pilas cornibus ad astra euentilent: extollere ursum tamen nō poterant grauem gemino cornu propte-  
reaq; eum mirabilius quālibet uno corno Rhinoceros extulit.

Quæ sint apud Suetonium Tetraones: correctumq; erratum Plynianis exemplarib<sup>9</sup>. Caput. 57.

**T**etraones in caligula Suetonii q̄ sint aues omnino ignorat: Verba ipsius hæc: Histia erat phœ-  
nicopteri: pauones: tetraones numidiæ: meleagrides: phasianæ: quæ generatī p̄ singulos di-  
es immolarentur. Cæteræ inuentu res erat haud difficilis: nisi Plynianos in emēdatissimos ha-  
beremus codices. Nam quod apud illū legim<sup>9</sup> libro decimo historiae naturalis: ubi de Anse-  
ribus agit Decet Erytrotaona sius nitor: absolutaq; nigritia: hoc in illo uetustissimo Pliniano exēplati  
de medicæ gētis bibliotheca publica pene legi emēdate uidelicet una tantū cōmutata littera q̄lia mul-  
ta in uetustis omnib<sup>9</sup> uoluminib<sup>9</sup>: interpolata uocabula. Nam cum ipsa quoq; mendosissima plerisq; sint  
locis uestigia tamen adhuc seruant haud obscura ueræ indagandæ lectionis: quæ de nouis codici<sup>9</sup> ab im-  
probis librariis prorsus oblitteratur. in eo igitur sic est. Decet & trahonas: ut si ordine duarum primæ  
litterarū inter se commutes tetraonas dissulter. Quare ita apud illum: Politiano authore legas: decet te-  
traonas suas nitor absolutaq; nigritia: in superciliis cocci rubor. Alterum eorum genus uultu: magni-  
tudinem excedit. Quorum & colorem reddit nec ulla auis excepto struthocamero maius corpore im-  
plens pondus in tñ aucta ut in terra quoq; immobilis præhendatur. Gignunt eas alpes & septentriona-  
lis regio. Hactenus ille de tetraonibus.

Origo & ritus ludorum sæcularium prætereaq; ad id alia: citatumq; eo Sibylæ oraculum mox & obi-  
ter explicata quædam: rursusq; alia refutata non inutiliter. Caput. 58.

**R**it arbitror operæ precium colligere hic etiam sæcularium ludorum originem causamq; no-  
minis & itē quot annorū iteriecto spatio: quotiēsq; facti: quo ritu: quibusq; deis celebrati. Nā  
& res est ipsa p̄ se cognitu non indigna cui studium modo sit: ullū uetustatis: & ad intelligen-  
dos poetarū locos nōnullos ingens attulerit adiuuētū: Cum igit bellū inter se Romani Al-  
baniq; gererent: & utraq; in procinctu iam staret acies extitit repēte quidā mōstrofa specie: pelle amict<sup>9</sup>  
furuas uociferans iubere Ditem patrem deamq; Proserpinam fieri sacrum sibi priusq; prælium cōmitte-  
retur. Quo perterrefacti uiso Romani protinus aram sub terra ædificarunt & statim sacrificio facto pe-  
dam. xx. aggere contexerunt ut esset oibus præterq; Romanis ipsis ignorabilis. Sed enim euenit ut Vale-  
rius unde nomen & origo Valeriæ familiæ clarissimus in gente sabina & locuplex homo rusticæ uitæ:  
arā hæc quā dixim<sup>9</sup> ita diuinit<sup>9</sup> iuenerit. Erat ei nemus ante uillam proceris maxime arboribus quæ sta-  
tim fulmine icta conflagrarunt. Nec multo post filii duo & filia correpti pestilentia morbo: ad despera-  
tionem usq; medicorum laborabant. Cum sese igitur latibus familiaribus aduolens pater p̄ liberorū  
salute suam matrisq; puerorum capita deuoueret uox e nemo quod tractum de cælo statim audita sal-  
uos fore eos spondens si Tiberi ad Tarētum peruecti calfactam Ditis: & Proserpinæ foco de fluuio ipso  
biberent aquam. Quoniā uero longissime abesse Tarentum. s. in extrema lapygia nec proxime eam ur-  
bem reperiri tiberim ullum fluuium sciebat: spem sibi deterrimam fingebat etiam inde territus quod in-  
ferarum potissimum uox illa ptātum meminisset: Sed impositos nihilo setius in lintrem filios hostiam  
primo mox ad campi martii regionem deuexit: ibi recreare sitientes & æstu febriq; laborantes desideras  
qua placidissime amnis labitur exponit in ripa ægrotas ac dum tumultuariam sibi tegeticulam concin-  
nat extincto igniculo admonetur a gubernatore petendum potius Tarentum: nam ita locus in proximo  
uocabatur: etenim fumum sese illic aspicere. Tum uero latior audito Tarēti nomie Valerius deos ado-  
rans: & salutem inibi liberorum iaiā propemodum bona fide spondens agi prorsum iubet: & illuc ma-  
xime nauigium appelli. Quo cum peruenisset: haurit aquā festinato de flumine: fretusq; homine tenaci-  
us arrepto. fumigās ibidem solum flatu sollicitat in flāmam calfactamq; mox aquam porrigit in calice  
pueris. Succedit autem potui somnus. uident in quiete illi spongia sibi a nescio quo detergeri morbu:  
tum præcipi: ut Diti patri: & Proserpinæ furue ibidem mactarentur hostiæ trinocitiumq; perpetuū cho-  
ris & caminibus concelebraretur. Surgunt igitur recuperata ualitudine: uisumq; illud patri renunciatis  
homo locuplex defodi iaciundis alte fundamentis humum iubet. iuuenta igitur sic ara est ea quā dixi-  
mus cum titulo Diti & proserpinæ. Mactat ille: quod erat iussus: furuas continuo uictimas: & trinocitū  
sacris: frequentat: tot enim numero filios media de morte receperat: ex eoq; Manius Valerius Tarētini<sup>9</sup>  
appellatus: quod a dis manibus in Tarento liberum suorum ualitudinem impetrauisset. Ad hunc igit  
modum quidam tradidere. At enim. M. Varro libro de scænicis originibus primo Cum multa inq; por-  
tenta fierent & murus ac turris quæ sunt inter portā collinam & exquilinā de cælo tacta essent: & ideo  
libros sybillinos quindicinuiti adissent renunciauerunt uti Diti patri & Proserpinæ ludi Terētini in cā-  
po martio fierent tribus noctibus & hostiæ furuæ immolarentur. hactenus de origine. Seculares autem  
nō q̄a fierēt anno uel cetero deniq; uel etiā cetero decimoq; nūcupati: q̄d utrūq; sicut assertores ha-  
bent: ita re ipsa penitus coarguit. Sed ob id magis credi potest: quod plerumq; semel hominis ætate fie-  
rent ut multa aliaquæ rara sunt post. sæculū euenire. loquentiū cōsuetudo usurpat. Terētini autē a loco  
ipso: qui

Ipso: qui Terentus ob id uocatur: aut quod ara ibi Ditis patris: quemadmodum supra diximus. in terra oc-  
 cultaretur: aut quod ripam Tiberis fluuius eo loco tereret: ex quo etiam Rumon dictus a ueteribus: & in sa-  
 eris terra nominatus quod ruminaret: hoc est exederet & secaret ripas. Vnde ait Maro. Stringentem ripas  
 & pingua culta secantem. Ceterum de temporum interuallis quibus isti ludi referentur: fides in ambi-  
 guo est. Si quidem in carmine saculari Oratius undenos decies per annos fieri declarat quod & comen-  
 tarii. xv. uirorum: & diui Augusti edita: & ipsius denique sibyllae: quod adhuc extat oraculum confirmaue-  
 rint. Contra uero. centesimum redire post annuntiam Valerius Antias Quem Titus Liuius: & item. M. Var-  
 ro testari perhibentur. Quod enim legimus apud Herodianum trium spatio aetatum solitos instaurari:  
 uereor ut emendata sit ibi lectio: nostramque ob id e graeco interpretationem: cum uenia legendam censeo.  
 Nec autem: si tempora dinumeres: aut quanta interualla retro fuerint: aut quanta esse debeant omnino  
 colligas: instituti autem primi saeculares ludi post exactos reges. P. Valerio publicola: qui primus con-  
 sul fuit: existimantur. Etenim laborantibus pestilentia ciuibus apud hanc ipsam (quam diximus) aram  
 publice nuncupatis uotis atrum bouem Diti pro maribus: concolorem pro foeminis iuuenam Proser-  
 pinam: mactauit: ludosque & lectisternia trinoctio fecit: & aram terra sicut ante fuerat exaggerata occultuit  
 inscriptam titulo isto. P. Valerius publicola frumentarium campum Diti & Proserpinam consecraui: &  
 ludos Diti & Proserpinam Romanorum salutis ergo feci. Secundos autem secundo & quinquagesimo post  
 Romam conditam factos: anno admonitu sibyllinorum carminum tradit grece zosimus missis occupa-  
 ta morbo ciuitate lectis ad hoc uiris qui libros consulerent: ex quorum responso denuo regeſta humo  
 apud aram hanc ipsam in extremo campi Martii de more sacra & ludi persoluti. restitutaque Romanis  
 iterum est incolumitas. Consulem uero scriptor hic unum duntaxat exemplario fortasse mendo. M. Pu-  
 blium Quintium nominauit cum Censorinus. M. Valerium & Spurium Verginium consules prodaf  
 Idemque tertios & item quartos consulum temporibus: quibus & nominatim citat: autoritatibus Antias  
 Valeri. T. Liui Varronis. Pisonis. Gelli. & Eminae comprobata: factos etiamque commentarios quindecim  
 nimum sacris faciendis in testimonium asciscit. At enim quoniam lubricus in propriis nominibus: & ite-  
 rum diuus Augustus abolitos eos paulatim: sicuti quidam putant: atque intermissos instaurauit: magno  
 ut Liuius ait apparatu. L. Censorino: & M. Manlio Duellio consulibus. Atteio autem Capitone circuitu  
 spatiumque subicientem ritum uero sacrorum libris indicantibus sibyllinis. Porro sextos Claudius se  
 consule. 4. & L. Vitellio quasi anticipatos ab Augusto nec legitimo tempore referuatos: quamuis ipse in  
 historiis suis prodidisse memoretur: intermissos eos Augustum multo post diligentissime annorum ra-  
 tione subducta in ordinem redegeſse: quare uox etiam irrisa praconis traditur inuitantis more soleni: ad  
 ludos quos nec spectauisset quispiam: nec spectaturus esset: cum superessent adhuc qui spectauerant: &  
 quidam histrionum producti olim tum quoque producerentur. Etenim Stephanionem: qui primus toga-  
 tis saltare instituit: utriusque saecularibus ludis Augusti uidelicet & Claudi saltasse accepimus: qui. lxxiii.  
 non amplius anno interfuerat: quis & postea ille diu uixerit. Septimos Domitianos sed. xliii. & L. Minu-  
 tio Rufo consulibus computata ratione temporum annum non quo Claudius proxime. Sed quo olim  
 Augustus ediderat. Denique in nomismatis uariis apud Laurentium nostrum Medicem stelographiam  
 quoque istam uidimus. Luu. Saec. fec. Cos. xliii. Ac de his Papinium sentire in siluula ad urbis praefectum  
 gallicum: cui titulus soteria iam tum nostris auditoribus ostendebamus: cum uolumen ipsum. s. abhinc  
 nouenium publice interpretabamur uerba ita sunt. Nec tantum induerint satis noua saecula crimen.  
 Aut instaurati peccauerit ara Terenti. Quo loco Domitius noster quanquam de Terenti ara: Disque ipsis ma-  
 nibus meminit: nihil omnino tamen super saecularibus istis suspicatur: iam uero apud Martialem quam  
 pene idem suae litteraturae ne dixerim ingenii quoque obhuescit. Quem. s. & tunc & cum fasto anno post  
 enarrabamus: luculente: ni fallor: coarguimus. Est autem Martialis epigramma de matrona: quae puto binis lu-  
 dis Claudi. s. Domitiani: interfuerat: in eoque etiam hic uersiculus. Bis mea romae spectata est uita Terento.  
 Quo loco parum cordatus homo hic trigesimo quoque anno celebrari sacra ad Terentum dicit consueſse  
 quod nec aliquis etiam fando audiuerit. Quin idem illos ex quarto eiusdem poetae libro uersiculos per-  
 tractans. Hic quolati ingenti redeuntia saecula lustro. Et quae Romuleus sacra Terentus habet etiam  
 posteriorem disiungit a priore: & ut in illo saeculares ludos: ita in hoc comenticia ista tricinarum sacra pu-  
 tat insinuari. Facit autem Terenti huius etiam Varro in latinae linguae comentario: etiamque uel iterum in  
 Fastis Ouidius mentionem. Sed redeo unde digressus. Centesimo decimoque post Domitiani ludos. an-  
 no instaurauit & eos imperator ille Septimus seuerus cuius etiam nunc Romae pulcherrimus spectatur  
 triumphalis arcus cum filiis Antonio & Geta: Chilone & uibone consulibus: Quos ludos & uidisse se  
 memorat Herodianus: & Dion aetate sua factos memoriae prodidit. Post Seuerum negat instauratos zo-  
 simus. Quoniam hic annorum centum & decem pene receptus autoritate ambitus: in consulatum Co-  
 stantini christiani principis tertium: & Licini quem dein bello ipse uicit incurrisset. Nos tamen apud Euse-  
 bium in chronicis: & Eutropium in historiarum libro nono legimus. Philippo imperante: quaequam pri-  
 mus fuisse christianus imperator creditur: millesimum annum Romanae urbis ingenti ludorum appa-  
 tu: & spectaculorum fuisse celebratum: bestiasque in circo innumerabiles interfectas & ludos in campo mar-

tio theatrales tribus diebus: ac noctibus populo peruigilante cōcelebratos: quibus ludis sæcularib⁹ etiã dicitur Philippus iunioris qui nunquã risisse creditur: patrem philippum seniorẽ petulantius cachinnantem: uultu auersato notauisse. Restat uti de ritu carptim pauca perstringamus. instãtibus itaq; ludis per totam italiã præcones missitabantur cōuocatum ad ludos: qui nec spectati: nec spectandi iterũ forenti. Tum æstatis tempore paucis anteq̃ spectacula edebantur diebus quindecim uiri sacris faciundis in capitolio & palatino templo pro suggestu confidentes piamina diuidebant populo: quæ erant: Tæda fulfur: & bitumen est: nec tamen ad ea seruis quoque accipienda ius ullum. coibat autem populus cum in quæ supra rettulimus loca: tum præterea in Dianæ templum: quod erat in Auentino: & cui triticum: faba: hordeumque dari mos. Tum ad instar Cereris initiorum peruigilia fiebant. Vbi uero iam aduenit festus dies triduum trinoctiumque sacris intenti in ripa ipsa maxime Tiberis agitabant. Sacrificia uero iouis: lunoni. Apollini Latonæ: Diane: prætereaque Parcisi: & quas uocant ilythias: tum Cereri & Diti: & Proserpinæ suscipiebantur. igitur secunda primæ noctis hora princeps ipse tribus aris ad ripam fluminis extructis totidem agnos: & una quindecim uiri imolabant: & sanguine imbutis aris cæsa uictimarũ corpora concremabant. Constructa autem scæna in theatri morem lumina & ignes accendi & hymnos concini ad hunc usum tum maxime compositos & item spectacula edi solemniter solita: data celebrantibus hæc mercede tritico: faba: hordeo: quæ supra inter uniuersum populum diuidi ostendimus. Mane uero capitolium ascendere: sacra ibi de more agitare: tum in theatrum conuenire ad ludos in honorem Apollinis & dianæ faciundos consueuerunt: sequenti die nobiles matronæ qua hora precipitur ab oraculo conuenire in capitolium: supplicare deo: frequentare lectisternia: canere hymnos ex ritu mos habebat. Tertio denique die in templo Apollinis Palatini ter noueni pueri prætextati totidemque uirgines patrimi omnes matrimiq; græca Romanaque uoce carmina & Pæanas concinebant: quibus imperium suum & incolumitatem populi dis immortalibus commendabant. Quod si quis fortasse quaesierit: quod genus tunc aut ludorum fieret: aut sacrificiorum sciat & ludos celebrari omnibus theatris atque omne genus: & sacrificia templis consueuisse noctu pariter atque interdium: Nam de scænicis & circensibus minime dubitatur. Cũ Domitiani ludis histriones iterfuisse meminerimus: prætereaq; circensium die quo facilius centũ missus perageretur: singulos a septenis spatiis ad quina legerimus correptos. illud utiq; in Augusto memorabile: qui ludis istis iuuenes utriusq; sexus prohibuit ullum nocturnuz spectaculum frequentare nisi cum aliquo maiore natu propinquo. Enim uero his prout in mentum de subito uenerunt expositissiam nec ille uatis Ausoni uersiculus ambiguus relinquetur. Triua Terentino celebrata tri noctia ludo. Iam nec obscura apud Horatium ratio extiterit: cur Pallas ilythyan.

Dianamque ex Auentino: cur & puerorum uota: & quindecim uiros memorauerit: & item sibyllinos uersus. qui nunc quoq; apud eundem Zosimum uetustissimis quidem codicibus citra ulla fastigia: qualesq; de industria subiecimus inueniuntur.

αλλόποταν μηκιστόσ. ικηίχρόνοσ ἀθωωπδισί  
 ζωησ εισ ετεωυ εκατονδεκα κυκλόυ ολευωυ  
 μεμνησθαί ρωμάτε και ει.μαλα λησεαί. αύτου  
 μεμνησθαί ταδε παρτα θεοιμι μεν αθανατοίσι  
 ρεζιν εν πελω παρα ουμβριδοσ αωλε του υδωρ  
 οωπη οτειροτατον νυξηνικα γαιαν επελεθ  
 ηεδιου κρυψαίρτοσ εον φαόσ ενάσσε ρεζειν  
 ιερα πάντογονόισ μοίραισ αρθαστε και αιγασ  
 κυνεασ εωι ταίσ δειλεί θύειασ αρεσασ θαι  
 παλιοτοκουσ θυεεσσιν οπηθεμισ αυθιλε γαιη  
 πληθόμενη χοίροσ σσθι ερευδί Το μελαινα  
 πάνλευκοι ταυροι. δε λιδόσ παραβωμον αγεσθών  
 ηματι. μηδεωί μυκτι θεσισ ι γαρουραηιοίσι  
 ημεριόσ πελεται θυεωυ τροωσ ωσ λεκμι αυτοσ  
 ιερευεν λ αμαλισ δε βωωυ δεμασ αγλαον ηρησ  
 δεξα τεω νηότ παρσσετ και φοιβνοσ απολλωμ  
 οσ τε και ηεδιοσ κικλησ κετ αι ισσα δεδεχθω  
 θ υματα λητοί: λ ησ αι δό. μενόιτε λατινοι  
 παανεσ κουροισιτε νηον εχοιεν  
 αθανατων χωρισ δεκνραι χορομ αυτάι εχοιεν  
 και χωρισ παιων αρσην σταχυσ αλλα γόνηωυ  
 παντων ζωντων οιοσ αμφιθαλησ ετιφυτλη  
 αι δε γαμου ζευγλαισ δε λ. μημεραι ηματι κειρωί  
 γυνυξ ηρησ παρα βωμον σοιδιμορ ελριωσαί  
 λαιμονα λισσεσ θωσαν απασιδε λυματα λουγαι

ἐν Δρ  
 ὡς ἴ  
 ἔστι  
 Δαι  
 οὐρα  
 ὀφρα  
 ἐμοε  
 κούε  
 ὡς α  
 τὰυτ  
 κείσ  
 αἰε  
 Cur  
 quant  
 Igit  
 ra uita  
 Sis m  
 Cum  
 Hosti  
 Terra  
 Luce  
 Imbu  
 Pæa  
 Con  
 Orat  
 Fœn  
 Qua  
 Quæ  
 Perq  
 Quæ  
 Subc  
 Ne  
 si sap  
 Med  
 dem  
 mar  
 cerd  
 cinis  
 imp  
 exci  
 prin  
 in ei  
 No  
 scæ  
 ris  
 pñ  
 sus  
 ria t  
 tium  
 mit  
 eun  
 qua  
 tull

ΗΝ ΔΡΑΣΙΝ Η ΔΕ ΥΟΙΚΑΙ ΞΙ ΜΑΛΙΣΤΑ ΔΕΘΗΛΥΤΕΡΗΣΙΝ  
 ΠΑΝΤΕΣ ΔΕ ΦΟΙΚΟΙΣ ΦΕΡΕΘΩΝ ΟΣΣΑ ΚΟΜΙΣΙΝ  
 ΕΣΤΙ ΘΑΜΙΣ Ο Η ΤΟΙΣΙΝ ΑΠΑΡΧΟΜΕΝΟΙΣ ΒΙΟΤΟΙΘ  
 ΔΑΙΜΟΣΙ ΜΕΙΛΙΧΙΟΙΣΙΝ ΙΛΑΣΜΑΤΑ ΚΑΙ ΜΑΚΑΡΕΣ ΣΙΝ  
 ΟΥΡΑΝΙΔΑΙΣ ΤΑ ΔΕ ΠΑΝΤΑ ΤΕΘΗΣ ΑΥΡΙΣ ΜΕΝΑ ΚΕΙΘΩ  
 ΘΦΡΑΤΕ ΘΗΛΥΤΕΡΗΣΙ ΚΑΙ ΑΗΔΡΑΣΙΝΙ ΔΡΥΟΩΣΙΝ  
 ΕΝΘΗ ΠΟΡΣΥΝΗΣ ΜΕΔΗ ΜΕΝΟΣ Η ΔΑΣΙ ΔΕ ΣΤΩ  
 ΚΥΞΙ ΤΕ ΠΑΣΣΥΤΕΡΗΣΙ ΘΕΟ ΠΡΕΠΤΟΥΣ ΚΑΤΑΘΩΚΟΥΣ  
 ΠΑΜΩΛΗΘΗΣ ΑΥΥΡΙΣ ΣΠΟΥΔΗΤΕ ΥΕΛΩΤΙ ΜΕΔΙΧΩ  
 ΤΒΥΤΑ ΤΟΙ ΕΝΘΡΕΣΙΝ ΗΙΣΙΝ ΑΕΙ ΜΕΜΗΝΕΝΟΣ ΕΚΚΑΙ  
 ΗΙΣΙΟΙ ΠΑΣΑΧΘΩΝ ΙΤΑΛΗ ΚΑΙ ΠΑΣΑΛΑΤΙΝ

αι ενυποσκη πτροισιν επαυχενιομ υγυμ εζει

Cur aut nō & latinus eos tēptemus reddere: si nō eleganter utpote extēporales ex fide tñ? seruato etiam quantum liceat incomptæ illius, sed uenerandæ uetustatis colore nōnullo: aut squalore potius.

Igit̃ ita qui uolet eos togatis illis adhuc qdē rusticanis adscribat. Ast ubi iā humane longissima tēpo- ra uitæ Orbis agēs annos referet centumq; decēq; Sis Romanæ memor: licet alta obliuia tēptēt.

Sis memor: ut qua se nimium Tiberina coartat Ripa feras dis in campo solemnia sacra

Cum nox atra præmit terras testusq; latet sol Agnæ caprigenumq; pecus genitalibus aruis

Hostia furua utræq; cadant tum numina placa Læta puerperitiis: quod fas fuat: ilithyas

Terra suem ferat & scropham sibi fertilis atram: Sed iouis ante aram candenti corpore tauros.

Luce feri: nam lux superis gratissima diuis. Iunonis templum nitida ceruice iuuenca

Imbuatq; itidem Phœbus placetur Apollo: Quem uocitant etiam solem: latoa propago

Pæanas pueriq; canant: puereq; latinorum In templo: Sed enim pueri puereq; seorsum

Concelebrant choros. Verum hæc sit partia proles Matrimate: at nuptæ genibus iunonis ad aram

Oranto inuisæ: diuamq; in uota uocanto Februa quinetiam uir quisq; & fœmina: quâq;

Fœmina præcipue accipito. dehinc ædibus omnes Primitias uitæ placidis placamina diuis

Quæ fas est: & cælitibus portanto beatis Ante domi tñ illa memor tibi habeto reposita

Quæ dare mox usu liceat pōscente uirisq; Fœmineoq; gregitum digna sedilia diuis

Perq; dies iuxta & noctes multesima turba Complotto: & lepidis miscento feria ludis

Quæ tibi si stabili sint omnia condita mente: Cuncta tuo italiæ tellus cunctiq; latini

Subdent colla iugo & uictoris scepra timebunt.

Non Vergiliū: sed Ouidiū uideti Priapei carminis authorē. Tū uersiculū illū q̃ sit apud Martialē Ride si sapis o puella ride: Nasonis esse pculdubio: sed ex epigramatis potiusq; aut ex artibus: aut ex tragœdia Medea uideti citatū: moxq; nouū quippiā & mix̃ de Medea Nasonis adscriptū. Caput. 59.

**V**æ Priapeia uocant epigramata Vergilio pleriq; tribuunt iter quos etiā est: arbitrator: Seruius: Cæteræ ego in Senecæ libris illis q̃ iam diu delituerant: nup̃ in lucē (q̃q̃ admodū synceri) p̃die re: q; busq; orator & rhetor: snias diuisiones colores suasoniæ complectit: nisi forte mendosum credamus qd̃ habet exēplar unicū: subditicia esse: nec Vergili: sed Ouidi depræhēdo. Siq̃

dem illius in uolumine secūdo uerba ita sunt. Hoc genus sensus memini quēdā prætorijū dicere: cū declamaret controuersia de illa: quæ egit cum uiro malæ tractationis: qd̃ uirgo esset & dānata. Postea petiit sacerdotijū. Nouimus inqt̃ istā maritor & abstinentiā: qui ēt si primā uirginibus timidis remisere noctem uicinistū locis ludunt. Audiebat illum Scaurus nō tñ disertissimus hō: sed uenustissimus: qui nullius unq; impunitam stulticiā transire passus est: Statim Ouidianū. Dū timet alterius uulnus inepta loci Et ille excidit: nec ultra dixit. Huc usq; Seneca. Nouimus aut̃ hūc esse uersiculum in priapeio epigramate: cuius principium est: Obscure poteram tibi dicere. Sed & stilus ipse: ni fallor: & prorsus Ouidiana quæpiam in eis uersibus germana lasciuiā. Quatenus autem sit huic authoritati fidēdum legentium sit iudicium.

Nos ut non pro uano scripsimus hoc: ita nec pro cōfesso. Certe sic Ouidio conuenit etiam in cæteris ob scænorij: sic Vergilium cōtra dedecet a uirginea quoq; uerecūdia Parthemīā uocatum: titulus istius operis: ut quālibet iniurato testi & suspecto pudeat tamen profecto non credere. Sane illud in cōfesso scripsisse epigramata quoq; alia Nasonem: de quib; uersiculum citat hunc Priscianus. Larre ferox ceso Cor sus opima tulit. Et apud eundem ludentem legerat sane Quintilianus istud. Cur ego non dicam furia te fatiam. Nec alibi certe crediderim q̃ fuisse in epigrammatis quem citat hendecasyllabum phale- tium Martialis. Ride si sapis o puella ride. Nam quod præceptum respicit aliquod ex artibus Domitij id utiq; uel authoritate refutatur Martiani Capellæ: qui uidelicet in satyra pro uersiculo Nasonis eum non pro Martialis agnoscit. Audiui etiam qui crederent de tragœdia esse Medea: quam Tacitus: quam laudat Quintilianus: & quam fuisse: quod miror pene Vergilianis consutam uersibus author Ter- tullianus est: & nos in nutrice significauimus: Sed hoc mihi non fit uerisimile. Quis enim uel in græca

uspian: uel in tragœdia latina phaletios legit: aut quid omnino tragicum sapit hic uersiculus a tettrical  
la grauitate resiliens penitus atq; abhorrens? An uero non & Martianus ipse negat propemodum clare  
de tragœdia hunc esse: si uerba modo ipsius fideliter recitata diligenter quoq; expendantur. An non ille  
saturam suam quod austeram & censoriam: quodq; nimium tragici supercilii lusus castigauerat quasi repu-  
tans & ad frontem: quod dicit: exporrigendā inuitans. Peligni inquit de cætero iuuenis uersiculo respi-  
sce: & ni tragicum corrugaris. Ride: si fapis: o puella ride. Ni tragicū inquit corrugaris. i. nisi frontes  
caperas tragica seueritudine. Quod significat rugarum tristitia & squalore asperas igitur. si de tragœdia  
sit ipsa uersiculus quo reuocare uno maxime saturam suam poeta hic ab austeritate illa tragica molitur  
sane iocus hic ut arbitror. Frigidus hibernas cana niue conspuet alpes. iam si quis de synceritate lectionis  
istius ambigat: libros uelim Martiani uetustissimos inspiciat e publica Medicæ gentis florentiæ biblio-  
theca: sic enim profecto fidem nostram credo sua diligentia adiuuabit.

Agon uerbum: quo Victimarius uti solitus: de quo etiam in Fastis Ouidius.



Vidius in primo Fastorū. Nominis esse potest succinctus causa minister. Hostia cælitibus quo se  
riete cadit. Qui calido strictos tincturus sanguine cultros Semp agat ne rogat: nec nisi ius-  
sus agit. De hoc mastandæ uictimæ ritu deq; itez uerbo quo sacerdotis minister uteretur: apud  
unū dūtaxat Senecam in libro eodem oratorū rhetorūq; tertio factam reperio mentionem p  
hæc uerba. Deinde cum scholasticorū summo fragore: & tu quisquis es carnifex cum strictam substuleris  
securim anteq; ferias patrem respice. Belle deridebat hæc Asinius Pollio. Filius inquit ceruicem porrigat  
Carnifex manum porrigat deinde respiciat ad patrem: & dicat. Agon. Quod fieri solet uictimis: Sed io-  
co quoque remoto aiebat rem uerissimam non posse carnificem uenire nisi eo tempore quo iam exora-  
ri pater non posset. Hæc Seneca: Quo colligitur uerbum quo uictimarius idemridem utebatur Agon fuis-  
se hoc est ago ne? Quare belle Ouidius. Semper agat ne rogat: nec nisi iussus agit.

Erratū in codicibus Plynianis sup cicuta uinoq; quodq; mēdose apud Macrobiū Aconitū p conio. 61.



Erba ex epistola Androcidis ad Alexandrū magnū: clari sapiētia uiri uitiose posita in Plynia-  
nis his codicibus reperiuntur hoc modo. Vinum potaturus rex memēto te bibere sanguinē terræ  
Sicuti uenenum est homini Cicuta: ita & uinum: Leuis profecto sententia nimisq; uiolenta &  
coacta: addo etiam insipida falsaq; Vinum esse homini uenenum sicuti cicutam. Sed enim in  
uetustissimo illo Medicæ familiæ Plyniano codice citato a nobis iam sape: sic iuenias. Cicuta homini ue-  
nenum est cicutæ uinum. Nam ut hominem cicuta: sic cicutæ uirus meri potus extinguit. Ex eoq; psua-  
dere Alexandro nititur Androcides ut tanq; re potentissima partius utatur uino: quod ueneni uenenum  
sit. Vnde nō dispari sensu terræ esse sanguinem docuerat. Quo circa de uerbis eius ita Plynius cōcludit.  
Neq; uiribus corporis utilius aliud neq; uoluptatibus perniciosius si modus absit. Cōsimiliter etiā idē  
in libro quinto & uigesimo de cicuta narrans ut homini exitiosa. Remedium est ait prius quā perueniat  
ad uitalia uini natura excafactoria. Quod idem Dioscorides prodidit. Diuus igitur Ambrosius in libro  
quem de utilitate ieiunii composuit. Etiam inquit maior uis uini q̄ ueneni. Deniq; uenenu uino excludi-  
tur: nō uinum ueneno: Sed & Plutarchus in Simposiacis libris: eadem ferme quæ Plynius de Cicuta. Tū-  
eum locum: sicutiq; alios permultos ppe ad uerbū conatus exprimere est in Saturnalibus Macrobius.  
Quāq; in omnibus quos quidem hastenus uiderim Macrobianos codices: Aconitum pro cicuta repe-  
ritur: sicut in uetustissimo & Bernardi Michelostii bene litterati hominis: & amici nobis. Sed enim opi-  
nor mendum esse id exemplariū: nec enim mihi tam fuisse ineruditum Macrobiū persuaserim: ut qd  
esset græce Conion ipse Aconitū uerterit. Libentius crediderim græco usum uocabulo sicuti quoq; Am-  
brosius in Hexahemero Conium dixit: quod ex Basiliano paris argumenti libro & tituli Cicutam. Rufi-  
nus transtulit lubricus autem sane lapsus in Aconitum de Conio.



Qui sint Arietini testiculi: qui digitus medicus apud Tullium. caput. 62.  
Icero ad Herēniū li. 3. de memoriæ artificio tractās: ita imaginē quādā instruit. Et reū inqt ad  
lectū ei statuemus: dextra poculū: sinistra tabulas: medico testiculos arietinos tenēt. Quo lo-  
co uideo hæsitare lētores quospiā ēt haud extremæ sortis: qd sit qd legimus: medico testicu-  
lo sarietinos tenentē: Medicus aut unus e digitis q̄nque uocat: hoc est ut arbitror minimo p̄ximus. Por-  
phyrio enim sup Oratianū illud ex ultimo sermone. Qui siqd forte lateret. Indice monstraret digito.  
Sic ait: Hoc ideo quia certis noib⁹ singuli digiti appellabant: & sunt hæc nomia. Pollex. Index. Famosus.  
Medicus. Minim⁹. Quidā uero a græcis credo iuniorib⁹ noia digitorū ρῶ. μ. α. ι. σ. τ. i sic eē scribit ἀντιχειρ  
δακτυλικὸς ἰατροσ. δακτυλιῶτης. ὠτίτης. ut si dicas. Pollex. index. Medicus. Annularis. Auricularis  
Quod equidē nec affirmo: nec refello. Tm notandū: Medicū ab eo dictum qui sit medius aut famosus  
non qui minimo proximus. Apud ipsos aut legunt hæc noia. ἀντιχειρ. λικαμβὸσ. σφακέλοσ. ἐπιθε-  
της. μ. ὠ. ψ. De testiculis aut arietinis legis in uocabulo Scortes in Festi cōpendio sic: Scortes. i. pelles te-  
stium arietinorū ab eisdem pellibus dicti. Tantum apud Festum. Sed enim Pedianus Sportas sportulas  
sportellas nūmū esse ait receptacula & saccos sacculos sacellos & crumenas & uelleras & scortes & man-  
ticas & marippia: Ut nihil sit dubium quin e digito eo qui sit minimo proximus suspensas haberi uelit  
Scortas hoc est e testibus arietinis pelliceas crumenas.

Aliter

Aliter



hic igitur  
morio  
Ciceronem  
nunquam  
Decl



Apollo  
bus: sic  
bo pyri-  
chaica  
Quocir-  
re me  
Et Quod  
fieri ai-  
diis de-  
hit ille  
stringen-  
tione  
ciis it  
est ac  
disso-  
duxe  
capto  
nos h  
dere  
cesqu  
utroq;  
Quo-  
stola  
libell

Quocir-  
re me

Et Quod

fieri ai-

diis de-

hit ille

stringen-

tione

ciis it

est ac

disso-

duxe

capto

nos h

dere

cesqu

utroq;

Quo-

stola

libell

Q

Aliter

Aliter

Aliter

Aliter

Aliter

Aliter citari a Varrone Terenti uerba: q̄ aut in exēplaribus habeat aut Donatus agnouerit. Caput 63

**M** Arcus Varro in libris de lingua latina sic ait: Apud Terētium scortat potat olet unguenta de meo. Scortari est sapius metreticulā ducere. Sic ille ac deinceps alia in eā sniam. Ceterę Terētiani oēs ad unum codices nō scortat habent ut Varro legit. sed obsonat. Locus aut in Adelphis est. obsonat potat olet unguēta de meo. Quā lectionem etiam Donatus agnoscit. Quid hic igitur dicemus? mendum ne esse in Terentianis omnibus codicibus? an quod uix credere ausim: me moriola uacillasse Varronem quoq; ipsum πολυγραφοτατον a Cicerone appellatum? sicuti eundem Ciceronem Gellius depræhendit: ut fateamur etiam maximis quibusq; ingenius officere incuriam nonnunquam: prodesse usquequaque diligentiam.

Declarati uersus Aufonius: sed & Ouidi super Choliambo aut Scazonte. caput. 64.

**A**ufoni poetae sunt trimetri uersus ita. Cui subiugabo de molarū ambagib⁹. Qui machinali saxa uoluūt pondere Tripedes Caballos terga ruptos uerbere. Quid hic eū significare opinemur? Nēpe (ut arbitror) uersus illos: qui Choliābi uel scazontes appellant: ut si dixeris claudicātes. Quales apud Persū in principio. Qualis ille itē Martialis ab ipso nominatim citatus: Apollinarem conueni meum Scazon. Est enim Scazon trimeter iambicus senis & ipse constans pedibus: sicuti rectus iambicus: hoc uno dispar ut esse scribit Hephæstion: quod rectus postremam sedem iambo pyrrichio ue occupat: in antepenultima cunctos iambicus clausulam postulat spondaicam: uel trochaicam prorsus. Penultimum autem pedem non dissyllabum modo: sed iambum plane: uel spondeum. Quod uero ait Hephæstion: Spondeum recipi sed quinta choliambi nunq̄ equidem apud Latinos iuenerit me cōmemini. Ipse uersiculum hunc adducit græcum. επ ακρω ελωυ ωσπερ αλλα τα ψυχων. Et Quintilianus: Aristides græcus author in libro de musica super iambico loquens trimetro: Claudius fieri ait quando in extremo spondeum recipit. Denique Ouidius quoq; in priorē libro de morum remediis de utroque iambo sic scribit. Liber in aduersos hostes stringatur iambus. Seu celer extremum seu trahit ille pedem. Sunt autem utriusque ad maledicentiam libertatemq; facti truces & cruenti. Quare ob id stringendos etiam ait Ouidius in aduersos hostes. Dionysius item Halicarnassensis in libro de interpretatione: uehemens aut acre metrum esse Choliambos. ait. Idemq; mox Hipponactem cum laceessere conuictis inimicis uellet infregisse ait de industria metrum: ac pro recto claudum fecisse & ab numerum. hoc est acrimoniae consentaneum conuictioq;. Nam sicuti dissoluta figura parat acrimonia: sic (ut ille inquit) dissoluta compositio. Quare caballos utiq; Choliambos eos Aufonius nominat: quoq; translationem dixerat ab esse do & uehiculo: cui caballi adiunguntur: & ut tardos ostenderet: de molarum ambagibus captos dicit. Prætereaq; terga ruptos uerbere tum eosdem tripedes uocauit: quia græce trimetri. quis se nos habeant pedes: nam bini quiq; pro singulis uidentur in iambicis capi. Qui machinali saxa uolat pondere propterea dixit: uelut molas describeret quas uersare ipsos indicauerat: uel ut eos uinolentos ferocesque ostēderet allegoricos: quasi qui lapides ingentes torquent & uoluunt in hostem. De trimetro itē utroque sic idem Aufonius albi græco uersiculo. ειλιωολην σκαζοντα και ουσκαζοντα Τριμετρον. Quod latine sic uertas. Loripedē scazonta & non scazonta trimetrum. De scazontibus eisdem sic in epistola quapiā ex libro quinto. apud iuniorem Plynium. Proinde aut rumpe moras aut caue ne eosdē istos libellos quos tibi hendecasyllabi nostri blanditiis elicere potuerunt cōuicio scazontes extorqueant.

Qui sit habitus in statuis pacificator: deque eo sentire: Statium in prima Silua. caput. 65.

**S**tatius in prima Siluula: quæ in æquū maximū scripta est: uuat ora tueri Mixta notis belli placidā gerētia pacē. Tum idem. Dextra uetat pugnas. Quē locum Domitius sic enarrat. Dextra uetat pugnas: hoc est inermis est in statua: uel ad dextrā est tēplum Pacis: quod non placet inquit. Ceterum si cui placet hic sensus dextra uetari pugnas: quia sit inermis aut item qd̄ de tēplo ipso traditur Pacis: quanq̄ nec authori quidem placet suo: feram non moleste. s. hanc sententiā meā non probari. Nam ego notari habitum puto: qui pacificator in statuis dicere. de quo ita legimus apud Quintilianū: Fit & ille habitus qui esse in statuis pacificator solet: qui inclinato in humerū dextrum capite brachioq; ab aure p̄tenso: manum infesto pollice p̄tendit: qui quidem maxime placet iis: qui se dicere sublata manu iactant. Hastenus Quintilianus. Extat aut̄ adhuc pacificatore habitu: mi fallor: statua illa romana: quæ pro æde Lateranensi inter prima urbis spectacula conuisit.

Locus in Plauti Mustelaria & item alter in milite uindicati a uitio. caput. 66.

**M**ustelaria Plauti locus est mēdose scriptus pleriq; codicibus: ad hanc sane modū. Viden ornamēta in foribus: uideo specta qua arte dormiūt. Dormiūt ille quidē ut conuenit uolui dicere. Sed cum de his neq; sensus eliciat ullus: & festiuum Plauti dictū uitio librarioq; pereat: faciam: ut arbitror: opere precium si scripturā: columē de Plautino codice citato a nobis iteque reposuero. Est autem prorsus hæc uiden incoagmenta in foribus. uideo. Specta quā arte dormiunt. Dormiunt: illud quidem ut conuenit uolui dicere. nam quia conuiuere dicunt qui dormitant: ut apud Ciceronem lectus est uersiculus. Iam grauis ingenti conuiuere pupula somno.

Propterea cum in foribus iuncturas esse minime laxas: id enim coagmenta sunt: Trannio seruus ostēderet: dormire eas ridicule prius dein etiam conuiuere: ioculariter dicit ex oculis dormitantium ducta

metaphora. Similiter corrigendum puto locū alterum ex Plautino milite. qui sic uitiōse legitur. mirus oleo uicitare te tam uili tritico. quid iam quia lusciosus. Verbero ædepol tu quidem cæcus nō lusciosus nam cum nullus hinc elici sensus queat: legendum arbitror sic. Mirus Iolio uicitare te tam uili tritico. Siquidem hoc ubiq; idem apud Plautum mirus pro mirum est: reperies. Atq; Iolio uitiati oculos etiam ait Ouidius Fastorum primo. Et careant Lolius oculos uitiatis agris.

Notat id Fulgentius quoq; non contemnendus grammaticus.

Quare cum Sceledrus seruus lusciosum uitiatisq; oculis conseruum palæstrionem uelit significare mirū esse ait uicitare eum Lolio: cum sit ipsam triticum tam uile: lolio autem uicitare eum colligere se uel inde affirmat illudens: qd sit lusciosus. Lusciosi porro seu luscitii: qui uitium hoc habent oculorum: ut clari us uesperis q̄ meridie cernant.

Cornicē uideri apud ueteres cōcordiæ symbolū: nō ut oēs apud Iuuenalē existimāt ciconiā. cap. 67

**P**Ro cōperto iā: habet Ciconiā deniq; esse: qua cōcordiæ præsentaref apud p̄ficos effigies: atq; que ita uersiculū Iuuenalis oēs interpretant. Quæq; salutato crepitat cōcordia nido. De eo tñ nullum oīno afferunt testimoniū: qd authoritatis adminiculo sustentet. Ego cornicem magis accipio: ductus Hæliani græci scriptoris testimonio: qui libro de animalibus tertio de hac auis: sic propemodum scribit. Cornices inquit inter se fidissimæ sunt: & cui societatem coierint: maximo se opere diligunt. Neq; id genus animalia uideat quispiā licenter misceri & temere. Quin hoc quoq; didicit: qui res istiusmodi callent: altera extincta comparem uiduam degere. Cæterum id quoq; audio: ueteres in nuptiis post Hymeneū cornicem inuocare: signūq; id cōcordiæ dare iis cōsueffe: qui liberum quærendoꝝ gratia conuenissent. tum qui sedes auium & uolatus, obseruant inauspicatum esse captatibꝝ auguria dicūt: unius tñ cornicis obsequiū. sic ille. Sed & in nomismatis aureis duobꝝ Faustinae Augustæ manifestā prorsus imagunculā nuper mihi Laurentius Medices ostēdit cum titulo ipso cōcordiæ.

Versus ex Callimacho sup crinibꝝ reginæ Berenices: atq; inde mendū ex Catulli exēptū uersiculo. c. 68.

**L**egiā Callimachi de crinibus Berenices inter sydera receptis mira elegantia uertit in latinam linguā nobilis poeta Catullus quibus pleraq; sint in ea corrupta mendosaq; & temere scripta librarioꝝ inscitia. Sed argumētū ipsius partim apud Higiniū latinū authorē partim etiā apud Theonē: neq; nō Achillem quoq; græcos Arati enarratores inuenias: græca sane ipsa Callimachi elegia: non extat ad nos quantum compererim: sed ætate intercedit. Apud Theonem tamē Arati eiusdem interpretem principium illius tale reperio.

Η ΜΕ ΚΟΝΩΝ ΕΒΛΕΨΕΝ ΕΝ ΗΕΡΙ ΤΟΥ ΒΕΡΕΝΙΚΗΣ  
ΒΟΣ ΤΡΥΧΟΝ. Η ΚΕΙΝΗ ΠΑΣΙΝ ΕΥΑΚΕ ΘΕΟΙΣ

Prætereaq; in commentariis super Apollonium Rhodium & Lucilio Tarrhæo Sophocleo ac Theone collectis ubi de calyibus agitur libro secundo: sic adeo est inuenite. με μνηταί αὐτῶν καὶ κάλλιμοχος χαλυβώνωσ ἀπολοῖτο γένος τηλοβη ἀντέλλοντα κακόνφυτο νομίη εφουαμ. Ex quo uersiculum sic illum legendum quis dubitet: iuppiter ut Chalybon omne genus pereat: ut sit chalybon græce dictum. Atq; hoc inscite legunt quidam Telorum. Vulgatissimi codices cœlitum: retinent contra etiā metri rōnem. Sed hęc scio nostrā obseruationē iam pridē esse prouulgatū: quā tñ a nobis ortam ille ipse scit qui uulgauit: libenterq; etiam fatetur uir doctissimus undecūq; picus.

Oarion synceriter esse apud Catullum: qd Aorion isti legunt: qd bonos uiolant libros. cap. 69

**N**elegia eadē Catulli ex Callimacho: Oarion legit pro eo qd sit Orion. Quā q̄ m̄ integram adhuc inuolatāq; dictionē nōnulli temere attētare iā incipiūt: cōtra hęc sinistra impitōꝝ audaciā standū mihi est omni: qd aiunt pedes uel Callimachi eiusdē autoritate qui sic in hymno ipso in Dianam: etiam nunc extāte ait. οὐδε γάρωτος οὐδε μερὼ ἀριῶν ἀγαθὸν γὰ μὲν ε. μνηστέυσαν. Sed & Nicander Theriacon libro consimiliter. βοιωτῶ τευχουσα κακὸν μωρόν ασριῶνι. Et Pindarus in isthmiis οὐκάρφυστη παριῶνειαμ ελαχέν. Et alibi ορειαν πελειᾶδων μνηστῶνι οαριῶραμε ισθαί. Quare putat Eustathius quinto in odyssæam cōmentatio παρα το το οαριῶνι appellatum. Non igitur Aorion: sed Oarion uera lectio.

Cuius in Bruti nomismate symbolum sint pileus & pugiones.

caput. 70.

**S**iquis nomisma Bruti repiat ipsius cælatū imagine: p̄tereaq; pileo: & duobꝝ pugniūculis ne diutius in explicāda rōne causaq; labore: legat historiæ Dionis librum. 47. Nam ex his inquit Brutus significabat ab se & Cassio patriā liberatā. Sed enim pileum gestari ab his solitus: qui libertatem nacti uulgatius manifestiusq; qd ut sit autoritatibus confirmandum.

Quæp iā uulgo legi adhuc apud Maronem contra regulā contraq; rōnem metri.

caput. 71.

**P**udet referre qd manifestū: sed nondū tñ a quoq; qd sciā: nisi nobis indicibus aiaduersum mendum Vergilianis codicibꝝ inoleuerit libro Æneidos octauo. Quod fieri ferro: liquido ue potestur electro. Cæterq; in uolumine illoiq; est in intima uaticana bibliotheca mire uetustum: & grādibus characteribus p̄scriptū: nō potestur offendas: sed pōt usitatius uerbū: quæ etiā uerior eē lectio: uel inde p̄bat qd electrū ubiq; prima syllaba longa: tam apud græcos ponitur: qd apud nostros: neq; qd qd interpretes super uerbo possetur alioqui nouo inusitatoq; loquunt. Haud tñ p̄terit me ueteres



ueteres hoc quoque protulisse: sicut Pacuuium in Chryse: sicut etiam Lucretium. quem admodum & potera-  
tur lectum a Nonio Marcello est in Cecilianis annalibus. Sed & alter locus itidem uitio consimili laborat  
apud eundem poetam. Sceptra palatini sedemque petiuit Euandri. Cum in uolumine eodem non pe-  
tuit trisyllabum: sed petit dissyllabum scriptum inueniatur. Quod & metrius cogit: alioqui prima sylla-  
ba Euandri contra omnem uel rationem uel consuetudinem breuis foret. Est uero in utroque uersu sponde-  
us quinta sede. In uerbo autem petit syllaba ipsa posterior: uel quia sit in fine: uel quia coalescit una ex dua-  
bus iure producta est. Martianus autem capella syllabam docet ubique esse communem quae designat in T. litteram  
sicut in illo cernimus Vergi. Nam tibi Thymbre caput Euandrius abstulit ensis.

De philyra & lemniscatis coronis.

Caput. 72.

**P**hilyra quid sit: uideo nesciri a plerisque peruersaque etiam a nonnullis interpretibus accipi. nam uoca-  
bulo eo sicutitur Oratius in primo carminum. Displicent nexu philyra coronae. Et Ouidius  
item quinto fastorum. Ebrius incinctus philyra conuiuia capillos saltat. Quo apparet usum ip-  
sius apud ueteres in coronamentis fuisse percelebrem. Iam primum igitur si conferas: quae sup-  
philyra Theophrastus in tertio de plantis: quae uel item Plinius in decimosexto naturalis historiae narrat:  
facile nimirum cognosces eandem apud nos esse Tiliam quae philyra sit apud Graecos. Ac sic etiam Theo-  
dorus Gaza quantumuis homo doctus & diligens interpretatur: Porro autem tuniculae etiam quaedam  
ex libro ipso tiliam arboris: uel ad eius imitamentum facte quibus aut lemnisci fierent id est fasciolae de co-  
ronis pendulae aut libelli Graeco uocabulo peculiariter appellatae philyrae. Testatur parte; ex his eodem li-  
bro Plinius his uersibus: Inter cortice & lignum tenues tunicas multiplici membranae et quibus tunicula  
tiliae uocatur: tenuissimae earum philyrae coronarum lemniscis celebres antiquorum honore. Rursusque  
idem libro primo atque uigesimo de lemniscis & philyris ita meminit: Crassus diues primus argento au-  
roque folia imitatus ludis suis coronas dedit. accesserunt quoque & lemnisci: quos adici ipsarum coronarum  
honor erat propter etruscos quibus iungi nisi aurei non debebant. Puri diu fuere. 2. Calare eos primus  
instituit. P. Claudius Pulcher: bracteasque etiam philyrae dedit. Porro lemniscatas coronas etiam ni fallor in  
nomismatis Laurenti Medicis identidem uidemus: de quo his mentio quoque apud Suetonium: sicuti item  
a Pompeio festo lemniscorum uocabulo diligenter exponitur: de quo lemniscis itidem non nihil Tertullia-  
nus quoque in libro de corona militis. Hic autem in commentario quem per ordinem litterarum compo-  
suit. Graece ille quidem: sed in hunc ferme intellectum philyram interpretatur. Philyra inquit pluma librae  
papyro similem habens: ex quo etiam funes complicat. Esse autem ductilem philyram lanicium modo: uel  
neilem: potius innuit & Tertullianus idem in libello eo: qui de palio inscribitur. Quin Herodianus etiam  
Graecus auctor olim a nobis bis in latinum conuersus: & Innocentio octauo pontifici maximo dedica-  
tus: libro ipso historiae primo mentionem libelli facit e philyra tenuissima: utroque uersu; replicabili. Sed  
& Capella Martianus libro de philologiae nuptiis secundo. cernere erat inquit quae libri. quantaque uolumina  
linguarum opera ex ore uirginis defluebant: Alia ex papyro: quae credo per lita fuerat uidebantur. Alia  
carbassis uoluminibus implicati libri ex ouillis multi quoque tergoribus. Rari uero in philyra cortice sub  
notati. Tum ista quoque Vlpiani uerba reperias in titulo digestorum de legatis & fidei commissis. libroque  
appellatione continentur omnia uolumina siue in charta: siue in membrana sint: siue in qualibet alia ma-  
teria: sed & si in philyra aut tilia ut nonnulli faciunt: aut in alio corio: idem enim erit dicendum. Denique  
etiam Eustathius in commentario secundo Homericam Odysseam facta prius de nauticis rudimentis men-  
tione corticem tiliam dicit: quam Graece philyram nominat: plurimam in id genus funium suppeditare ma-  
teriam: Receptum autem uidetur ex eo uti coria quoque singula uel tunicas: aut membranulas etiam mate-  
riae disparis a tilia philyras uocent aut philuras. y. Graeca in. u. commutata: ueteri & peruulgata latinorum  
consuetudine. sicuti de papyro agens Plinius libro. 13. Praeparantur ex eo inquit chartae diuisae acu in pra-  
tenuas: sed quae latissima philuras. nam illud utique ad haec enarranda neutiquam pertineat: quod idem ait Plinius  
in libro. 14. philyra cocos & polline nimium salem cibus eximere.

Vocabulum quod est expernata Catullianis uideri exemplaribus reponendum.

Caput. 73.

**V**od nunc tradituri sumus fortasse a nonnullis ut incertum & uacillans. parumque adhuc explora-  
tum deridebitur & exsibilabitur. sed ego mihi de eo dicendum putavi: ne uestigium istud antiq-  
uitatis pene iam abolitum qualecunque sit extingueretur. Ostendit mihi Romae ab hinc quadrienni-  
um Manilius Rallus Graecus homo: sed latinis litteris apprime excultus fragmentum quoddam Sex-  
ti Pompei Festi. nam ita erat in titulo. sane quae uetusto sed pleraque mutilata praerosumque a muribus. Quod  
me magnopere tenuit: siquidem reliquiae illae qualecunque ex integro ipso uolumine superabant quae auctor  
Festus composuerat: non ex hoc autem compendiarium: quod nunc in manibus coactum uolenter & de-  
curtatum. s. ab ignobili & in octo quodam: nec isto quoque nomine satis bene de litteris merito. nonnul-  
las quoque ex eodem fragmento Pomponius Laetus uir antiquitatis & litterarum bonarum consultissimus  
sibi pagellas retinuerat quas itidem legendas mihi describendasque dedit. Ex lectione igitur ea suspicatur  
utique sum: uerbum me Catullianum quasi postliminio in suas sedes reuocatum. Siquidem ubi exponi-  
tur in hoc compendiarium uocabulum supernatum: quod eos significare ostendit: quibus foemina sunt succisa in  
modum suillarum pernarum: atque ex Ennio uersus allegatur.

His pernas succidit iniqua superbia poeni. Hoc utique loco uetus codex circumrosam plane habet  
expositionem: sed ita tamen ut appareat ex reliquiis litterarum male: coherentibus Catullum quoque post

Ennius adduci citariq; eū uersiculum: qui nunc mendose sic legitur. In fossa liguri iacet separata securi  
 Nam ut de carminis residuo nihil mihi arrogem temere uidebar sane tum syllabatim quæq; olfactus  
 etiam pro explorato afferre posse: supernata legendum in eo non separata. Quatum ex paucis illis pote  
 ram ueluti minutalibus aut ramentis colligere: q̄tumq; etia; uel ex oblitteratis pene iā uestigiis ariolati.  
 Quod si cui pēdere adhuc ueri fides uidetur: at quidē malo: q̄ aut cadat aut iaceat. Nos aliquod i eo cer  
 te nec arbitror iniuria ponimus firmamentum.

Historia non illepida super zeusi p̄ctore & Helena.

Euis ille p̄ctor Heracleotes ad prime nobilis etiam Helenæ pinxit imaginem crotoniatib⁹ ni  
 misquā laudatam de qua Cicero in rhetoricis cōtra Hermagorā luculētissime scripsit: sed qd  
 obiter in Hæliani libris omnifariæ historiæ superioribus annis quod Ioānem laurētium uene  
 tum: magnæ quidē in p̄ticia curia autoritatis: nec minoris tamē in litteris eruditionis: sed  
 & emūctæ naris hoīem, Romæ legimus id nobis neutiq; idignum usum quid hic etiā legeretur neminē  
 aut spectatum zeusis admittebat: nisi qui manu precium dedisset: Ex quo uulgo etiam tunc Helena me  
 retriū uocitata: quoniam quæstuarīa.

Emendata uox in Ibide: simul explicata sententia neutiq; nota hastenus.

Caput. 74.

**L** Narrauit Domitius libellū Nasonis in ibin: præfatus ex Apollodoro se Lycophrōe. Pausania  
 Strabone. Apollonio: aliisq; græcis etiamq; latinis accepta scribere, multa in eo cōmētarioma  
 na ridiculaq; cōfingit: & cōminiscitur ex tempore: cōmodoq; suo: quib⁹ fidem facit: aut se frō  
 tem penitus amisisse: aut tam magnū sibi fuisse interuallū inter frontem & linguā: sicut ait q  
 dam: ut frons cōprimere linguā non potuerit. Furor est adhuc aliquos tam cæcos istius hominis inue  
 niri amatores: ut ad ista nondū suos qualescunq; oculos adaperiāt. Furor est profecto furor dare occasio  
 nem impudentiæ cæteris: fouendo errores etiam alicuius: quoniam fuerit interdum sententiæ non p̄e  
 nitēdæ. Sed quid istis facias litterationis: nō litteraturæ magistris. q̄ nullo magis q̄ talibus nugis superci  
 lia tollūt: ut cochleæ cornua: quorūq; plūbea prorsus īgenia q̄ magis excollūt tā magis obbrutescūt. Ad  
 enim ne penitus ludamus operā dissimulatis his: quos sua facit uilitas cōtēnendos: exequemur reliqua p  
 positi. Mihi igitur ille unus locus inter cæteros mouere stomachum solet: qui sic mēdose nunc legitur.  
 Utq; loquax in equo est elisus guttur Agenor: Sic tibi claudatur pollice uocis iter.

Vbi sic ait Domitius. Agenor lapsu equi. inserta ori manu extinctus est: ita ne tandem uir doctissime  
 Sed oro te mi domiti græcum profer si potes aut latinum modo idoneum fabulæ istius authorem: nec  
 recusabo iam quin me nō dixerim grecales. aut admiratores tui: sed uiri quoq; litterati quibus hic labor  
 exsodat: pro indoctissimo iam: proq; etiam impudentissimo dānent: & quidem cunctis suffragiis: quoni  
 am a te dissentiam. Mihi sane recta esse & emendata scriptura uidetur: si rationi libera coniectura sit non  
 Agenor: sed Acerno: ut de anticlo dictuz accipiamus. De quo est etiam apud Homerū libro. 4. odyssæ  
 Nam cum ad equum illum troianum trabibus contextum: grauidumq; militibus impulsu numinis ac  
 cessisset Helena uoces: imitari uxorem cuiusq; occæpisset ut inibi delitescentium desideria euocaret re  
 fricaret memoriam: responsa tentaret elicere: sed enim reliquis patientiam silentiumq; præstantibus  
 solus Anticlus in respondendi lubrico articuloq; iam foret: statim est ab Vlyxe præuentus: & manib⁹ im  
 præssis suffocatus: Itaq; intercepto uel interstructo potius indicio periculum depulsum. Cæterum Try  
 phiodorus quoq; græcus author in poemate: quo de ilio capta scribit: Anticlum hūc ortygiden appel  
 lat: uxoremq; eius nominat Laodamian ita inquiring.

ορτυγιανος λαοδαμιας ον αυτοι τε νεειωτα

ιωωω δακρυσαμοτες ενεργησει ξαν ακαιοι Et idem alibi sic

αντικλος δοτε κεντρον ελεξατο λαοδαμειντ

μουρος αμουβαινη αυεβαλλετην γηρυν ανοιξας αλλοδυσευς κατεπαλτο.

Et alia deinceps addit: per quæ fabula omnis similiter ut ab Homero uersibus permultis explicat: sed  
 & nos in ambra sic artigimus. Indiciq; metu præclusum pollice fauces Anticlon ortygiden.

Consimilia uero istis apud Domitium multa: quæ facile arguant: quo fuerit illius processura licentia  
 præsertim sic inuitata fauoribus imperitorum: nisi morari apud superos adhuc quidem iuuenis desisset.

Non Antilochum ab Hectore: sed aliter uideri legendum in prima Heroidum.

Caput. 76.

**N** prima heroidū nasonis epistola sic legitur. Siue quis antilochum narrabat ab hectore  
 ctū. Sed uictum necatūq; ab hectore antilochum profecto neutiq;. Quare aut amphimachū  
 crediderim legendum aut non ab hectore: sed ménone. cōstat enim ex tertiadecima Homei  
 rapsodia occisum ab hectore amphimachum. creati filium: qui de græcis ducib⁹ unus etiā in  
 catalogo numerat. Cōstat itē interfectum a Ménone filium Nestoris antilochū: Quāobrem ut in eo q  
 obtinuerat hastenus mendum depræhenditur manifestarium: sic his a nobis ita pro tempore suffectis:  
 quæ lector uelim boni consulas aliqua ni fallor gratia si nō ueritatis. at certe uerisimilitudinis assentat.

Quo argumento dicendum Vergilius nō Virgilius.

Caput. 77.

**V**ergilius dicendū ne sit an Virgilius ut nunc uulgo loquūtur hoc est cum uocali secūda: an cū  
 tertia poti⁹ in prima syllaba: uideo adhuc inter eruditos ambigi. Cæterum ut ego Vergiliū di  
 cam magis per e q̄ iam placere quibusdā per nos etiam doctis incipit q̄ Vergiliū. i. q̄ uulgo  
 nimis obtiuit: in causa sunt ueterima aliquot monumēta nostræ obseruatiōi patrociniātia q  
 libens

libes equ  
 quanj se  
 Sicut ista  
 diumq; r  
 lectemus  
 & leuibu  
 gissent a  
 ipsum u  
 inter alti  
 enim rep  
 otium n  
 conchas  
 ut qui n  
 fateor. S  
 tationes  
 agere. R  
 re uoler  
 racterib  
 Sutri no  
 nice uti  
 riquatu  
 his qua  
 notatu  
 ma uat  
 habet l.  
 se pcep  
 locata  
 ipsi lau  
 um Ti  
 rhorit  
 ca fan  
 to. Tur  
 Medici  
 tidem i  
 toribus  
 Medici  
 non di  
 Romæ  
 Vergil  
 tobora  
 uergili  
 cle q̄ a  
 hoc ips  
 monit  
 dum e  
 conspe  
 reonu  
 Ad  
 rēnnis  
 sius m  
 Cui  
 Fa

libēs equidē; pp̄ subiciā pp̄udiosos nescio quos: & eruginis plenos: odio omni fastidioq; dignissimos q; quanq; semper elementarii sunt: uindicaret tamen inter indoctos fautores audent sibi censuram litterarū. Sicut istam quoq; qualemq; nostram uetustatis deprāhēndā ac reuocandā si liceat: diligentia stur- diumq; nō cauillentur modo: sed & ita reprāhendant acerbe: quasi flagitium facere putent: q; is ociū ob- lectemus: uel ut ipsi magis cōtēptim: quod ob hęc otio nostro inuideamus: dum in rebus adeo friuolis & leuibus operā; sumimus: qualiq; tempus rem preciosissimā in superuacua erogamus. Qui tamen si le- gissent aliqui maximos uiros de singulis quoq; litteris integra uolumia cōposuisse: ac ne cāsarem quidē ipsū ueritum in hanc tenuitatē descendere: darēt fortasse mihi ueniā non occupatissimo homini. si qñ inter altiora studia: etiam res istiusmodi tractarem paruas quidē: sed quibus etiam magna iuuentur: neq; enim reprāhendi me iure puto si hęc sola cōfiter: ad quā non ut ab otio ad studium: sed ut a studio ad otium me refero: & in quā nō tā feror ex professo q; casu incido: ceu si littoribus ex cōmodo inābulās conchas iterim colligam securus: neq; tñ in id ego supercilii subduco: nec inde me cēseri facile paterer: ut qui non apinas modo hęc esse & tricas: ut in prouerbii ludico est: uerum etiam pene nihil & noui & fateor. Sed tamen hoc ipsum tam nihil prāstat agere q; lōgas ad ipsorum fortasse exemplū; trahere osci- tationes. Et grūnre in cæno turpiter: aut q; omnino nihil agere: ne nihil prorsus agēdo male discamus agere. Reddēda igitur testimonia sunt nobis: nec ubi fides claudicet: ac ne quid non in expedito sit nosce- re uolentibus. inuenies igitur uolsinis mensam quāpiam marmoream uetustissimis peneq; exoletis cha- racteribus intra ædem christinā uirginis: quā pro ara est apostoli petri ubi Vergili. legitur: inuenies etiā Sutrī nomen hoc Vergilius ita notatum in mēsa item lapidea: qua uidelicet & ipsa intra ædem uirginis uice utuntur altaris: idq; nos utrūq; nō sine aliquot arbitris etiam de proximo inspeximus neq; enim an- tiquatum dūtaxat inspectionum auriti testes: sed & oculati esse cōcupiuimus. Quin in pandectis quoq; his quæ nunc florentiā publice asseruatur libro ipso Iustiniani principis Archetypo non aliter q; per. e. notatur id nomen. Sicuti etiam in uolumine Maroniano litteris maioribus perarato: qui Romā in inti- ma uaticana bibliotheca mire uetus ostenditur: prater eaq; cōmentariū tiberi donati nunc in manibus habet landinus: hō & eloquēs & eruditus & florentiā iā diu doctor bonarū litterarū celebratissimus cui se p̄ceptor adulescētia meæ rudimēta magnopere debēt: & q; nunc in professiōe quasi dixerim collega locata iam in tuto sua sibi fama nobis adhuc in stadio laboriosissime decertātib; ita fouet: ut quicquid ipsi laudis acquirimus quasi suum sibi amplecti: atq; agnoscere uideatur. is igitur (ut diximus) cōmentari- um Tiberi Donati habet in manibus: & ipsum grandioribus notatum uetustis characteribus: cuius au- thoritas hoc haud dubiū reliquerit. Quod item in codice dlii Augustini de ciuitate dei: ex publica Medi- cæ familiæ bibliotheca: neq; non in columellæ expriuata eiusdē gētis litteris utroq; langobardis exara- to. Tum in Senecæ epistolarum libro perueterere. cuius mihi copia fecit Nicolaus michelotius: Laurenti Medicis a secretis elegantis homo ingenii: multisq; item aliis uenerādis antiquitate uoluminibus: idem tidem nunc iacobo modesto pratensi familiari nostro & studiorum adiutori: nūc aliis item nostris audi- toribus: utcūq; aut res ferat aut exigatur ostendimus. in collectaneis autem quæ nuperime ad Laurentiū Medicem lucundus misit uir unus opinor titulorum monumentorūq; ueterum supra mortales cæteros non diligentissimus solū sed etiam sine controuersia peritissimus relata quoq; inuenio elogia duo quæ Romæ: sicut ille indicat in marboribus inueniuntur. Ti. Vergilius Donatus. Et itern; C. Papirius cestus Vergiliæ optare uxori suæ benemerenti de se. Quāuis autem monimēta ista tanta sæculorum uetustate roborata mihi Satis ad præsidium sint: attamē res ipsa quoq; astipulatur & ratio. nam sicuti a uere dictæ uergiliæ stellæ: sic a uergiliis ipsis. uel item a uere proprium hoc nomē crediderim inclinātū potius her- cle q; a uirga q; quidā nugātur laurea: nam id cum apud authorē minus idoneum inueniatur. tu; refellit hoc ipso: q; multi ante hunc editum poetam eodem sunt appellati nomine. Quādiu igitur aut nō testi- monium grauius: aut nō ratio ualentior exhibetur: utiq; a uetusta magis consuetudine q; a noua iscitia stā- dum est: unde hęc sartago loquēdi uenerit in linguas. Etenim magna pars iuniorum caliganus ad uerū conspectum. Quin ut reliqua exequar uerginius quoq; nomen huic finitimus; num uirginus in marmo- reo nuper labro pro æde ipsa diuæ mariæ maioris insculptum Romæ animaduertimus.

Additā falso negationē primo digestorū uolumine: quo capite de officio p̄consulis agit & legati. 78.

**P**Aulus iurisconsultus libro secundo ad edictum ita scribit: Legatus mādata sibi iurisdictione iu- dicis dādi ius habet: sed hęc uerba in primo digestorū uolumine quo capite de officio procō- sulis & legati tractatur: addita perperam negatione in plerisq; codicibus iuenias: Sic uidelicet. Legatus mādata sibi iurisdictione iudicis dandi ius non habet. Cæterū in pandectis istis Flo- retinis: quas etiā archetypas opinamur negatio prorsus est nulla. Quo fit ut itēpres legū florētinus Accur- sius mēdosum & ipse nactus codicem pene dixerim miserabiliter se torqueat.

Cur Seleuci regis facies in nomismatis cornigera.

Caput. 79.

**S**Eleuci regis facies i nomismatis cornigera eausa eius apud Appianū in Siriācis. nāq; ait ab eo ferum tau; de sacrificio Alexandri magni uinculis elapsū: retentum manibus ambabus & occisum Atq; ob id inquit, ὀπισθε τοῦ ἀνδραπυτασ ἐπι τῷ δέ τραπεζα. Quod significabat ob id eius statuis deniq; aponi cornua.

Fabula ignotior de Tiresio & Pallade: qua sensus aperitur Propertianus.

Caput. 80.

securi  
factās  
s pote  
iolari.  
eo cer

it. 74.  
itib; ni  
sed qd  
n uene  
nis: sed  
eminē  
ia me.

ausania  
arionna  
it se frō  
ut ait q  
is inue  
occafio  
ion pce  
superci  
scūr. Ad  
eliquap  
legitur.

tissime  
remineq  
ic labor  
s: quoni  
sit non  
dyffere  
inis ac  
caret re  
tibuscū  
anib; im  
im Try  
en appel

licat: sed  
1.  
a licentia  
s defisset.  
76.  
iectore ui  
himachū  
Homerti  
us etiā in  
it in eo q  
suffectis:  
s assentat.

ida: an cū  
ergiliū di  
i. q; uulgo  
ocinātia q  
libens



Propertius in libro elegiarum quarto sic ait: Magnam tiresias aspexit pallada uates. Fortia dum posita Gorgoe membra lauat: Extat adhuc hymnus Callimachi poetæ cui titulus εἰς λουτρα τῆς παλλάδος. In quo fabula Tiresiæ multis elegiacis uersibus in hanc ferme sententiam tractatur. Fuisse nymphem quâpiam Thebis cui nomen Chariclo Palladi præ ceteris gratâ Matrē Tiresiæ. Sed cum se Pallas aliquando & Carichlo item in Hippocrene nudâ p æstum lauerent: ac tum casu uenator Tiresias ad eundē fontē sitiens accessisset. Mineruâ. s. imprudens nudâ cōspicitus: statimq; oculis est captus. nā ita saturniis legibus cautum inquit: ut qui deum inuitum cernat in gēti mercede cernat Cui simile quippiâ de dearū cōspectu etiâ Abāmō ægyptiū in epistola scribit ad porphyriū philosophū. Quâ tamen existimat Proclus iamblichi potius esse q̄ abamonis: ex quo Vergilius.

Transq; caput iaceme respexeris: qd̄ & Leucothea Homericâ monuit Vlysses: sed ut illuc unde abiit redeâ Cū in hanc Tiresias calamitatē incidisset moto lachrymis Carichlo nymphæ Pallus: & uatē eū & lōgæuum: & post oblitū quoq; prudētē sapiētēq; præstitit: & baculo: s. super donauit: quo ueluti duce uestigiis inoffensis graderetur. Quod & nos i umbra sic attigimus cum de poeta loqueremur Homero.

 οωοτε παρελτοι.ωσ περ οι αγθοοι λρωμεισ  
 εκκαιδεκαπο λων ηρει λεγωυ τουσ ρητορασ  
 ταχυμ λεγεισ με ωροσ λεγαυ του τω ταχει  
 πειθωτισ επεκαθιζενεπι τοισ χειλεσι  
 ουτοσ εκηλει και μονοσ των ρητορων  
 Το κεντρον εγκατε λιπε τοισ ακρομερδισ

Neq; autem istos Eupolidis poete uersus ex ipsius statim fontibus hausimus:ut cuius opera ætate in-  
 tercederint. sed eorum partim ex interprete quopiam Aristide rethoris accuratissimo: partim ex episto-  
 la Plini iunioris accipimus. Quin Aristides ipse oratione quæ pro Pericle inscribitur comici eiusdem te-  
 stimonium aduocans ita loquitur μωνου λεπειθωτισ επεκαθιζερ εν τοισ χειλεσι. Quam autem  
 uocauit Ennius suadam:puto eandem Suadelam Oratius: sed bene inquit nummatum decorat suadela  
 Venusq;. Neq; enim assentiam Porphyroni Veneris id epitheton existimanti. Nam Cicero in libro de  
 oratore tertio cum de Pericle loquatur leporem maluit nūcupare q̄ Suadam sic inquit Cuius in labris  
 ueteres comici:etiam cum illi male dicerent q̄ tum athenis fieri licebat:leporem habitasse dixerunt:atq;  
 in eo uim fuisse:ut in eorum mentibus qui audissent quasi aculeos quosdam relinqueret. Contra autem  
 Quintilianus:Ne enuntiare quidem istius deæ latinum ausus nomen:ita in decimo scribit oratoriæ:in  
 stitutionū:Et q̄ de Pericle ueteris comœdiæ testimonium est:in hunc transferri iustissime possit i labris  
 eius sedisse quandā persuadēdi deam. Porro Martianus modo suadam modo Pitho nūcupat:Nos ean-  
 dem in poematis mātō ambracq; nostris modo suadā modo leporē uidelicet Enniū Ciceronēq; Secuti.

Qui sint apud Liuium causarii.

Caput. 92.

**L**iuus in septimo ab urbe condita tertius inq; exercitus ex causariis senioribusq; a. T. Quinto  
 scribatur q̄ urbi mœnibusq; præsidio sit Causarii qui sint non temere qui tibi explicet inueni-  
 as. sed id ex uerbis tamen Vlpiani iurecōsulti. libro. 6. ad edictum facile colliges. Ea sunt i ter-  
 tio scripta digestorū uolumine. quo titulo de his agit q̄ notant infamia. Verba ita sunt:igno-  
 minia causa missum hoc ideo adiectum est:quoniā multa genera sunt missionū:Est honesta quæ emeni-  
 tis stipēdiis uel ante ab imperatore idulgetur:& causaria quæ propter ualetudinē laboribus militiæ so-  
 luit. Ex quibus uerbis ratiocinari possumus. causarios proprie dici milites ualetudinis causa missos:

Vindicata Iustiniani principis præfatio quæpiā a uitii mendisq; aliquot. Caput. 93.

**U**det me sæculi nōnunq; istius:in quo sum natus idocti nimis & arrogantis:uersantē animo  
 identidē quæ monstra rerum uerborumq; libros etiam ipsos legum quibus regimur occupa-  
 uerunt. sicut quod nuper dubium ridens an stomachās adnotabā in epistola Iustiniani:quæ  
 posita est ante digestorū libros theophilo Dorotheo Theodoro: Isidoro:& Anatolio:& Tha-  
 leleo:& Cratino uiris illustribus antecessorib;:& Salaminio uiro disertissimo scripta. Nā cū doceat illic  
 imperator anni quarti studiosos græco uocabulo lytas appellatos. & itē quinti prolytas:ut in pādectis  
 extat illis archetypis:cuncta nunc habēt exemplaria hircos in priore:coloritas in posteriore loco nihil  
 uocabula: sed quæ tamen ab Acurso pro maxime idoneis enarrentur. Quin primū anni auditores nō  
 dispōdii:q̄ uulgo: sed dupōdii: sicut in archetypis inuenio: tam friuolo ut idem ait. q̄ ridiculo cogno-

mine appellabantur: sed & in eadē epistola: ut in transcurso hoc quoq; ostendā: desiderant uerba de sex  
ta iliados Rhapsodia: cum Glaucum & Diomedē nominat imperator inter se dissimilia permutantes  
Etenim post id uerbum sequi statim debet hic homeri uersus si archetypo credimus.

Χρυσέα χαλκείω ἔκαστον ἔβόια ἐννεάβοιων

Lepidum Seueriani cōmētum de lune factura & solis: deq; mensuris diebus & annuis. **Caput. 94.**

**E**rcurimus aliquādo ego & Picus hic mirādula nunq̄ satis homo laudat<sup>9</sup> subcisiuis horis anti-  
quos enarratores instrumenti sacri ueteris: græcos maxime Diodorū: Philonem: Gennadiū  
Aquilā Origenē: Basilium: Didimum: Isidorum: Apollinarem: Seuerianum: alios id genus  
cōplures. quorū ille sicutiq; latinorū sententias omnis q̄ diligentissime cū Iudeorū & Chaldæo-  
rum interpretū conferens opinionibus nihil enī euētilat & pēsculat unde modo aut ueritas elici: aut ob-  
scuritas tolli aut roborari fides: aut refelli possit impietas. Sed quod apud Seuerianum superioribus die-  
bus authorem luculentum memini nos legere uisum est haud indignum: quod i hunc acciperetur gre-  
gem. Solem factum a Deo primitus: & Lunam legifer Hebræus prodit: quarta mox ut orbem ichoate-  
rat die: qui tamen quoniam alterum diei: nocti alteram præfecisset: etiam illum in orientis credi potest  
hanc in occidentis posuisse confinio. nec autem debuit: quemadmodum quidem hic opinatur: sic a præci-  
pio statim lunam fingere Deus ut detrimento affecta: ut decerpta. ut gracilescens: ut discriminata: ut in-  
anis: ut diluta: ut exhausta foret lumine: qualem nunc esse eam uel nascentem: uel intermestruā uel sene-  
scentem uel in coitu: uel ipso quoq; deliquio uidemus. Quin orbe pleno potius: integroq; circulata: nō  
gibbosa: non prætumida: non sinuata non corniculans: non diuidua: non silens. Etenim ista dein multi-  
formitas temporum erat & noctium & dierū uelut interuallaris & discriminatrix futura. Quocirca edi-  
to recens & matutinos ingrediente carceres Sole Luna prorsus e regione matam finitoris radebat occi-  
duam munifex tum primum orbis & in suo quasi dixerim tyrocino. Sed ut ad occidentem sol ipse circū-  
actus est: etiam inuicem peruecta Luna suo curriculo est ad orientis collimitium. Sic igitur audientes  
dicto diei pariter præfuerunt noctiq;. Cur autem non se tum potius quartæ lunæ facies exhibuerit: quo-  
ta est edita die: quoniam summum inquit luna quarta tenere occidentis limitem nequiuisset. Ita rotūda  
ta specie: plenoq; prorsus ore quintamdecimam pro quarta exhibens: undecim sibi dies uelut arrogauit  
rat: ac totidem plane diebus luna solem natura præueritur. Ex quo fit ut soli etiam iure dies illos undecim  
luna quasi bona fide restituat. nam cum sit undetriginta & semissis dierum mensurus lunæ calculus  
dissultat hinc annarius duodecim mensurū numerus e diebus omnino. cccliiii. Quæ summa undeci sibi  
alios agglutinans quos a primordio luna sicut auctariū præsumperat annū cōstituet hūc solarē. ccc. &  
Ixx. dierum tantum Seuerianus lepidiore tamē puto q̄ ueriore cōmento quo etiā crescere in immensū  
possit fabularis illa de arcadum uetustate superlatio: qui pro se lenoe q̄ est antelunares appellati si fuerit  
inconfesso diebus esse undecim lunam non tam mundo ipso q̄ initiali quoq; die maiusculam.

Græcum elegans adagium super xenii digestorum exemplaribus restitutum **Caput. 95**

**S**bet in gratiā iureconsultorum restituere græcum quoq; prouerbiū sublatū plane de ipso  
rum libris: sed itegrū adhuc in archetypo. sicut in epistola quapiā diui Seueri & Imperatoris  
Antonini reperitur: ea citatur ab Ulpiano in primo de officio p̄consulis: eodēq; titulo ponit  
tur in digestorū libro primo. uerba sunt hæc epistolæ. Quæ quoniam elegantissima & plena  
bonæ frugis: ediscenda iis censeo: qui rempu. gesturi Quantū inqt ad xenia pertinet: audi quid sentim<sup>9</sup>  
græcū puerbiū est ουτε ὠπρτα. ουτε ὠπρτε. ουτε ὠπρτα ὠπρτων. nam ualde inhumanū est a ne-  
mine accipere: Sed passim uilissimum est: & per omnia auarissimum. sic illi porro greca uerba possis ad  
hunc interpretari modum: Nec omnia: nec passim: nec ab omnibus.

Quanta in muribus salacitas: & Eliani uerborum interpretamentum: atq; inibi locus apud Martia-  
lem correctus & enarratus. **Caput. 96.**

**I**n septimo epigrammaton uulgatis quidē codicib<sup>9</sup> ita est apud Martialē. Nā cū me uitā cū  
me tua limina dicis. Sed enī uetustissimi quiq; sic habēt. Nā cū me murē: tu cū mea lumia di-  
cis. Quod tamē a nullo est hæten<sup>9</sup> animaduersum aut emēdatū Quæri uero potest: quo itel-  
lectu puella bladiēs amatori murē eum uocet an eodē quo etiā passerculū solet: quia mures  
quoq; phibent salacissimi: sicuti scriptū inuenio libro Eliani duodecimo de animaliuū pprietate uerbis  
adhac sententiā. serūt autē mures inqt salacissimos eē testēq; adducūt cratinū scilicet i fugitiuis: age nūc  
tibi de sereno aduersus moliciē muris fulgurabo Xenophōtis sed enī fœminā quoq; murē narrat ad ue-  
nerea esse præbidā rursusq; apd' epicratē in choro. fabula enī hæc epicratis est postremo subiit me dete-  
stabilis læna: deierās p̄ puellā p̄ dianā: p̄ phersēpattā: esse uitulā: esse uirginē: eē pullā idomitā. At illa Ca-  
nus erat murinus: supiectiōe eā salacissimā dicere uoluit: cū cauū prorsus murinū uocitauit. & philemon:  
mus albus cū quis eam: sed pudet fari. clamauit adeo statim detestanda læna ut sæpe latere nō est. hæc-  
tū Elianus: auctoritatibus etiam magni nominis comicorum succenturiatus.

Automaton legendū in Suetonio quod nunc uulgo aut ornatū: quidq; ea uoce significetur. cap. 97.

**L**ocus apud Suetoniū in claudio ita perperam legitur in plerisq; uoluminibus. si aut ornatū  
aut pegma uel quid tale aliud parum cessisset. cum ueri integriq; sic habeant codices si auto-  
matō uel pegma. inspice uel Bononiæ librū ex diui Dñici uel itē altere Florentiæ ex diui mar-  
ci bibliotheca: quā gens medica publicauit ueterē utrumq;: sed & utroq; uetustiorē quē nūc

idos uer  
aput. 91.  
to nec i  
onnunq;  
gum ab  
rus quasi  
ter expo  
pellauit  
olis seffi  
apparet  
ov inter  
ius & co  
endi seffi  
polidos  
eu spicile  
olletas i

etate in  
ex episto  
iusdem te  
um autem  
it suadela  
n libro de  
in labris  
erant itaq;  
tra autem  
itoria: in  
tit i labris  
t: Nos ean  
q; Secuti.

f. Quinto  
cet inueni  
a sunt i tet  
sunt: igno  
quæ emer  
militiæ lo  
missos:

ntē animo  
ur occupa  
iniani: qua  
lio: & Tha  
doceat illic  
in pādectis  
loco nihili  
idiores nō  
ulo cogno  
mine

ipsi domesticum possidemus: ut taceam compluris alios. ne fortassis ambitiosior & nimius citandis testimoniis depræhedar: ubiq; hanc nimirum posteriorem scripturam inuenies: apparet ergo automata appellari solita: quæ ita mœcanici fabricabant: ut sua sponte efficere quippiam uelut ignata causa uiderentur. Qualia nunc aut horologia sunt aut uersatiles quæpiam machinæ in quibus imagunculas occultas uel cursitantes ludibundasque miramur. Quales etiam uel fontes uel ignes ipsi quodam artificio temperamento speciq; noua certis interuallis aquas flammæ uel iaculantes. Automata enim uelut ultroneum & spontale possumus latine interpretari. Sic Homerus in secunda rhapsodia uenisse ad dædalem menelaum dicit Automatum sponte sua significans non cuiuspiam uocatus: quasi a semet impulsus: sicut Eustathius quoq; exponit: qui deinde a iunioribus αὐτοματὰ uocari: quæ forte quadam fiant quasi ματην hoc est temere. καὶ ὁσ ἐτύχην. Et paulo post idem si addit propemodum: Talis autem sententia etiam illa mœcanicorum nominauit automata. Cæterum philosophus Heron in pneumaticis: aquam exprimi ita in sublime automaton id est spontalem de sphaera cœcaua: quâ scribit sicuti comitem quoq; cōfingit quæ se ad auiculas: itidem fictas cōuertat αὐτοματῶσ. Quin ædiculam quoq; docet construere: cuius accenso igni fores item αὐτοματῶσ id est sponte aperiantur: extincto claudantur ut omnia quo diximus intellectu sint audienda.

Peri locus: & item Senecæ declaratur: deq; manumittendi festuca seruis: & circumactu. Caput. 99.

**P**erius in satyra sexta sic ait. Nō in festuca lictor quā iactar ineptus. Vbi poeta diligentissimus manumissum hominem ex uetere cōsuetudine significauit. Est enī a Plutarcho traditū in libello: de his qui sero puniuntur a deo morē fuisse: romanis ubi quempiam manumitteret ut eius corpori tenuē festucā iniceret. Ex quo illud apud Plautū in milite. Quid ea ī genua an festuca facta. Serua an libera est: quoniam autē & circumagebantur qui libertatem nanciscebatur: fortasse ut ostenderetur licere iam ipsis pro suo arbitrio quorsum uellent moueri q; & supra dixerat Perius. Verterit hunc dominus momento turbinis exit Marcus Dama: Et a prætoribus plerumq; uindicta liberabantur: propterea & iactat iquit & lictor. nam lictores seni prætoribus apparebant. Circumagi autē solitos qui manumitterent etiam Seneca docet in octaua primi libri ad Luciliū epistola: philosophiæ iquit seruias oportet ut tibi cōtingat uera libertas. non differtur in idem qui se illi subiecit: & tradidit statim circumagitur. hoc enī ipsum philosophiæ seruire: libertas est. Circumagif hoc est manumittif liberatq;.

Cur muri partem discere q; ait Suetonius hieronica soliti.

Caput. 99.

**S**uetonius in Nerone. reuersus iquit e græcia Neapolin q; in ea primū arte protulerat albis equis introit dissecta parte muri: ut mos hieronicarum. est ita ille. nemini autem est dubiū sacrorū certaminū uictores hieronicas appellari: sed moris istius causam tantū adhuc iuenio apud Plutarchū libro symposiacon secūdo in hanc sententiā Quod autē inq; uictorib; curru uehementibus permissum partem muri diuidere atq; deicere: hunc sane habet intellectum non magnopere ciuitati muro opus esse. uiros habenti qui pugnare possint & uincere.

Quæ sint apud Maronem silentia lunæ quæ uel tacita uirgo apud Oratium superque iis Seruiana & Acroniana refutata sententiæ.

Caput. c.

**V**ergilius Æneidos secundo Tacitæ inquit per amica silentia lunæ. Seruius igitur. sciendū autē est ait septima luna captā esse troiam: cuius simulacrū apud argos est pstitutū. hinc est q; dicit. Oblati per lunam: & alibi. Per cæcam noctem. tacitæ lunæ aut more poetico noctē significat aut physica ratione dixit. nā circuli septē sunt Saturni: Iouis martis: Solis: Veneris. Mercurii: Lunæ. Et primus hoc est saturni uehemēter sonat: reliq; secūdū ordinē minus. Sicut audim; in cithara cuius ultima chorda minus sonat. hastenus seruius libenter igitur ab eo quesierim: cur amica luna: latet ac fallere conatib;: aut num lunā quoq; silentē apud. M. Catonē: & itē apud Plynium ad eandē referat harmoniā planetarū: qd; autē citharæ ultimā chordā sonare ait minus: hoc ita deniq; procedet si ultimā nō iā pro imā sed p summa capiat: quæ græcē hypate uocat: unde grauior excitat sonus. Sicuti ab extrema altera & tenuissima q; eadē libētius ultimā dixerim acuta uox pfertur: quæ plus sonat ob id uidetur: quia prorsum tenditur. ut in libro de musica secūdo scribere ait Theophrastū Porphyrius in cōmētariis illis quos in harmonica Ptolemæi scriptos reliquit. Sicuti grauis ob id iquit minus auditur: quia circa diffunditur. Quod autē & apud Macrobiū legimus: & item apud alios Saturni orbem cuius cōuersio sit cōtatiō edere acutissimū sonum: minime hoc arbitror a Platōe uel in thimæo uel in repu. probabitur: qui tardissimū scribit esse saturni orbē quanq; hoc fortasse ad lōgiore sui cursus ambitū referetur: sed Aristoteles certe in libro secūdo de cælo tardiores ob id ait esse superiores orbēs: q; ipetu stelligeri octauis orbis magis retardent: ut ergo uel Alexandri uel Simplicii uel itē iuniorū de eo opinionē ptermittā. si uerā plæ Macrobiū sententiā uis colligerē: ad cursum referas diurnū: q; sine dubio celerrim; in sup; & cōtatiōssimus iueniet: sed nos hac ab legata cōmētatiōe arbitror. Serui minimeq; necessarii subtilitate poti; accipim; tacitæ lunæ silētia lunā ipsam quā uocāt silentē hoc est minime tum quidē lucentē ut latere istidie magis possent pulcra nimirū & elegāti trāslatiōe ab aurib; ad oculos nā sicuti silētiō nihil audif; ita nihil tenebris cernitur. Plynius igitur libro naturalis historiæ sextodecimo. Diem inquit coitus lunæ ab aliis silētis lunæ ab aliis interlunū appellari. Tum idem libro duodeuigesimo: & hoc ait silēte luna seri iubet. M. Cato etiā in libro de re rustica: Nūc sterces euehi luna silēti: nunc itē silēte luna: ficos: soleas: mala: puros inferi. Postremo etiā prata primo uere iubet eadē luna silēte stercoreari. ridiculū aut fuerit aut hæc Ca-

toniana



romana: Plynianaq; referre ad siderum musicā: aut in uetustissima usq; receptissima locutiōe desiderare istiusmodi ambages: equidem lunam hic silentē: ut dixi: pro minime tum lucente accepim fuerat tempus græcis obseruandum. Neq; ita tamen interpretor: ut ad uiuum refecem atq; ipsum deniq; lunæ coitū plane intelligā: cū nox tota tenebrosa: nam hoc utiq; refellitur: qm̄ poeta mox ait: Oblati per Lunam. Nondū igitur luna lucebat: cū illi a Tenendo sub uesperam nauigabāt sed lucere tum cœpit: cum iā urbē occupauerant. Non igitur aut sera fuerit: aut pernox luna tum nec lunæ quidē omnino coitus: sed tēpus arbitror potius q̄diu illa nō luceret. Etenim plura sæpe q̄ uideatur nox apud poetas aliqua complecti. Ob hoc igitur illud in nostro rustico. Quidq; silens moneat quidq; intermenstrua Phœbe. Nec ab surde tamen præter epitheti rationem temporariam lunæ acceperis amica silentia: quoniam in auspiciis quoq; silentium uocari Cicero scribit: quod omni uitio caret: iam apud Actonem q̄ pulchrum: q̄ ingeniosum: qui enarrans Orati locum libro carminū secundo. Dum capitolium. Scandet cum tacita uirgine pontifex. Tacitam uirginem intellexit. quasi claram sacerdotii nobilitate: & ut hoc ineptis per suadeat. autoritate etiam abutit Maronis: qui dixerit: Thacitæ per amica silentia lunæ. Ceu si tacita luna sit hic etiam proclara accipienda. uidelicet non & apud Dionysiu; saltem romanæ historiæ authorem: & apud Plutarchum aliosq; permultos Acro legerat ignorari prorsus ab omnibus qbus deniq; uel sacris uel simulacris Vestales uirgines tuendis præferent: ut ob hoc ipsum quod præstabat silentiu; tacita uocetur uirgo Troianam soli cui fas uidisse Mineruam.

**S**ed ut hic liber: quāq; sic quoq; nimis long<sup>a</sup> aliqua tamē ueluti Coroinde cumuletur: & nihil sit omnino inrepercussum scire lectōre uolumus: posteaq; de magno quasi populo iam tū an no superiore centuriam hanc unā sicuti nunc est nisi tantū pauculis subinde: ut sit interspersis flosculis adornaueram: & spectandā publice amicis aliq̄ exhibueram. emanasse i uulgus fabulam nō satis certo authore: quæ susurris aures istiusmodi cōpleuerit. Nihil eē mirū si quædā noua & insignia uel antea distauerit Politianus: uel nunc referre in litteris incipiat: Olim iam istæc omnia diligē tissime p̄scripta a Nicolao perotto: qui fuerit Sipōtinus pontifex in eo maxime libro cui titulum fecisset Copiæ cornu. Nā quonia; plurimu; autoritate: Sic enim quicūq; illi aiebant. apud Vrbinatē ducē cui dicatus is liber Medices suus Laurētius & gratia ualet p̄ euz uidelicet operis istius: & qdē archetypi facta est politiano potestas. Ergo ille nūc rapinator: ut hūc semel iuncauit librū: uelut istar qdā uirgulæ diuinæ: publicā prorsus materiā priuati iuris facit. & ut alter Æsopi græculus aliena supbit pluma De his itaq; p̄ aliquot iā cōciliabula iactatis: euētilatisq; rumusculis cū mihi nescio qd: ut ē officiosissimus homo: Robertus noster Saluiatus renūciasset nō litterarū modo: sed litteratorū quoq; omnium: uelut alba lina magna amator: agnouit statū iuidiæ mores quæ dū cui nocere molitur: i omnia sese uertit: & ut ille apud licētiū Proteus Spumat ap: fluit unda: fremit leo: sibilat āguis. A tenē q; ad ipsius ictus occalluerā: non sū p̄pterea studiis iratus meis tantū laboris tali mercede repēdētibus: nec ipse me damnaui q; nō hāc terretimā pestē desidia magis placassem: nec ut nōnulli forsitan cupiebāt cōcēp̄si librū. Sed qu; potius seposui paululū & omissa i præsens edēdi cura tantūq; sulcis uelut intercisuis ita librū nōnūq; sicut hortū rigās: pleniorē tamē cogitatū uelut a filiis ad panes: hoc ē a ludicris ad philosophiæ seria transtulit. Sic igit uersare altiora quæpiā animo studia: & operæ grauioris institui: quæ suo & ipso tēpore: si lecta potē ter erit res in publicā utilitatē: quo magis arguatoribus istis oculi doleāt: apparebūt. At enī ego tenera adhuc ætate sub duobus excellentissimis hoibus: Marsilio Ficino Florētino: cuius longe felicior q̄ Tracēsis Orphei cithara: ueram ni fallor Eurydicen hoc est amplissimi iudicii Platoniam sapientiā reuocauit ab inferis: & Argyropylo Byzantio Peripateticorum sui tēporis longe clarissimo dabam quidem philosophiæ utriq; operam: sed non admodū assiduā: uidelicet ad Homerī poetæ blandimenta natura & ætate procliuior: quē tum latine quoq; miro ut adolescens ardore: miro studio uersibus interpretabar. Postea uero rebus aliis negociisq; prementibus: sic ego nōnunq; de philosophia: quasi de nilo canes bibi fugi: donec reuersus est in hanc urbē maxime Laurenti medicis cum beniuolētia tum uirtutis & ingenii similitudine allectus princeps hic nobilissimus Ioannes Picus mirandula uir unus an heros potius omnibus fortunæ corporis animique dotibus cumulatus. utpote forma pene diuina iuuenis & eminenti corporis maiestate: perspicacissimo ingenio: memoria singulari. studio infatigabili: tum luculēta uberiorq; faciēdia: dubium uero iudicio mirabilior an moribus. iam idem totius philosophiæ consultissimus: etiamq; uaria linguarū litteratura: & omnibus honestis artibus supra ueri fidem munitus atq; instructus Deniq; ut semel cōplectar nullo non præconio maior Is igitur cōtinuo me: cū quo partiri curas dulcissimas: & nugari suauiter interdum solet: & quē sibi studiorum prope assiduū comitē: qui summus honor adlegit: is me institit ad philosophiā nō ut antea somniculosus: sed uegetis uigilantibusq; oculis explorādam. quasi quodam suæ uocis animare classico. Quo circa talem ego illum tantūq; uel authorē nactus uel duce; neutiquā occasione defui. quin occurri potius & arripui: sic ut assiduo p̄p̄modū summo; tractatu authorū: uelut attrito crebrius si lice pauculas saltem ueri scitillas uidear excudisse tantūq; flāmæ rebuisse fomitis: ut in nocte cæca & illumi iamiam mihi aliquid profecto fulgoris sublucescat. Sed ecce tibi interim dum totus in hoc ego: repente cornu istud in uulgus: Fit concursus. est in manibus. Effunditur. Excutitur. Quid multa? calumnia me liberat. Vidisses cōtinuo nōnullorum uultus lugubre quiddā tacētes: & quod antea nūquā soliti nescio tū quo pacto: sicut ille apud Platonē thrasymachus: erubescētes. Sed isti quidē cornu quanq; certe non uacuo: quid inesse tamē uiderim nō est huius tēporis iudiciū.

Tantū confiterit impræsentiarum non idem spectasse me: quod eius uoluminis author. nec par utriq;  
 destinatum præstitutūq; fastigium. Quod sicubi locos eosdem pro renata forte uterq; tractauimus: id  
 autem incidere alicubi fuit necesse Crassior tamen inter nos q̄ inter Pyramum Tibbeneq; paries. Argu-  
 mento sit interim uel illa Iuuenalis Cotytto. quæ tamen apud ipsum cocytos est de qua tãquam de pau-  
 pere regno cum Domitio digladiatur: uel ara itē Martialis frequēs cornibus: uel phylira: uel si qd aliud  
 istiusmodi quod opes cum meis manipularibus accensiq; committere. quin aliud euenit ut hoc ipsos  
 quo Miscellanea cessabant interuallo centū quædã adnotatiões doctæ me Hercules q̄s enī neget: & la-  
 boriosa ab homine amicissimo nobis nec huius ignaro propositi: tum bene etiam litterato non sine be-  
 niuola grataq; nostri mentione publicarentur. in quis unum casu credo uel alteru; pari ferme atq; apud  
 nos argumento cõpluscula certe germana illorum propemodū quæ uel cum fastos nasonis ab hinc no-  
 uennium ferme: uel postea cum flacci satyras interpretabamur: quam norunt omnes frequētia publico  
 auditorio dictaueramus. Perfante: si sit opus: deierem tenēs arani: cogitasse me stati si nō de meo: certe  
 de cõmuni iure cõcedere amico penit: nec aliqd ex eis agnoscere. quorū sibi ille titulū haud opinor inia-  
 ria uindicauisset. Nō enī. sic fastu turgeo sic mihi ipse faueo: ut uideri uelim tã docti hoīs ī aliquo doctor-  
 ne mihi illud in os iaciaf. Sus mineruã. Sed qm̄ sic ea se principē demū reppisse narrabat. ut ignorata pr-  
 sus: ita credo putauit: & inenarrata ad eam diem cæteris asseueraret: coactus fateor sum quod & ipse pro  
 ea quam profitetur humanitate facile patietur: simpliciter ingenueq; professionē meam suspicionib; istis  
 cõmunis ignorantia absoluere. Nam sicuti haberi iure uel in ciuilibus possim uel arrogans si nō ei quoq; q  
 tam sit & diligens & eruditus domi & ista & meliora nasci putē: Quandoquidē medio posuit deus om-  
 nia campo. sic e diuerso patrocinium famæ deserere non solū dissoluti: sed etiã: mi fallor: in semetipsum  
 pene crudelis uideri possit. Et pereant Donatus aiebat qui ante nos nostra dixerunt: Nos ei prospera fau-  
 staq; precamur & cupimus. q̄ nostra post nos aut inuenit aut certe dixit. Tantū rogamus ne pigeat in eo  
 rum cõfortiu; quæ tanto ante tã multi sub nobis exceperunt: & in quib; p uirili parte laborauimus etiã  
 nos sicuti partiaro admittere: ne non amicorum sint quod ait Euripides: cuncta communia.

Miscellaneorum Centuriæ primæ Angeli Politiani.

Finis.

Ex tertio libro obseruationum Domiti.



Ideo: a præpositione; quum in multas uariasq; significationes pateat: elegāter usurpari a. M.  
 tullio Cicerone: uel quū iter partes dissidētes alterutri addictos ac propugnatores significare  
 uult. uel quum in seruis munus operamq; discernit: superioris usus unu; exemplum satis erit  
 in Bruto ipse hæc nec uero. M. Cælium prætereundum arbitror quæcunq; eius in exitu: uel  
 format: uel mens fuit: qui quamdiu authoritati meæ paruit: talis tribunus Pleb. fuit: ut nemo cõtra ciuiliū  
 perditorum popularem turbulentamq; dementiam a senatu: & a bonorum causa steterit cõstantius ubi  
 quod a senatu ait: & a causa bonorum: perinde est ac si dixisset: pro partibus senatus: & bonorum. in al-  
 teram significationem ad Atticum scribens: nec ullam aliam ob causam pollucem seruum apedibus:  
 meis Romam nisi: nisi nam quum ex seruis aliis uterentur ad iter tantum: eos mittes: quo liberat  
 aliis ad litteras excipiendas ac describendas quas uel dictabant uel componebant. illos a pedibus. Hos  
 a manu appellabant Cicero tamen in hac significatione: ad aliquando dixit in tertio de oratore: itaq;  
 idem gracchus: quod potes audire catule ex licinio cliente tuo litterato homine: quem seruum sibi  
 ille habuit ad manum cum eburneola solitus est habere phistula: iidem quia pedibus erant seruipe-  
 des a martiale dicuntur illic. retro flexus ad pedum turbam. alibi lagenam ad pedes replet. a pedibus  
 eosdem dixit omnia quomodo retro pueris obsonia tradas: cur non mensa tibi ponitur a pedibus?  
 quo disticho Martialis amicū apud quem cœnabat amare subsanat: nam quomodo ille haberet con-  
 uiuas obsonia omnia & epulas pueris & seruis astantibus porrigebat. iis blādiens. Martialis conquerens  
 si in animo iquit tibi est tradere obsonia pueris & a pedib;: cur eos non accipis mēsa potius q̄ nos: q. d.  
 hi tecū cœnāt: nō cõuiuā: quo loco obseruandū est a pedib; p omnes casus eadē terminatione deduci.  
 Recte enī iterrogaueris: qd agūt a pedibus? nā illud necessario intelligit. Serui a pedibus: missi a pedibus  
 dedi a pedibus meis: cur mēsa non ponitur tibi. idest a te a pedibus p casu dandi est. idest pueris: & seruis:  
 nā in superiore uersu quū pueris dixit intelligēdū est a pedibus: Cicero præterea tertia actione in Verre  
 eosdem appellat circumpedes. Vbi maleoli filium pupillum a uerre patriis fortunis euersum conuenit  
 his uerbis: ut romam rediit nullam litteram pupillo: nullam matri eius nullam tutoribus reddidit: ser-  
 uos artifices pupilli quomodo haberet dom. Circum pedes autem homines formosos & litteratores  
 esse dicebat. Verres inquit cicero quomodo maleoli familiam diriperet: sibiq; per fraudem uindica-  
 ret: illius seruos aut formosos aut litteratos dicebat suos esse circum pedes: Maleoli fuisse negabat: Hi  
 seorsum astabant dominis discumbentibus. Tranquillus in caligula. quosdam summis honoribus  
 functos ad essedum sibi occurrere togatos per aliquod passuum millia: & cœnanti modo ad Pluteum  
 modo ad pedes stare succinctos linteo passus est. Idem in augusto: Talbo a manu. q̄ pro epistola pro-  
 dita denarios qngētos accepisset cura effregit: sed miror q̄re idē sibi tm̄ assumpsit ut quū uel a manu  
 uel a pedibus duab; dictionibus dicamus noie scilicet & præpositione: ipse quasi ex integra dictiōe nomē  
 deriuauerit. nā amanuēsem scripsit pro seruo a manu: In nerrone: certū dñs seruoꝝ numerū nisi indixit  
 nec ex tota cuiusq; Familia pbatissimos: nec dispēsatorib; aut amanuē sib; exceptis recepit. eadē rariōne  
 in Domitiano. Epaphroditum a libellis capitali pœna condēnauit: is est qui libellorum qui a supplicib;  
 dabantur

dabant: curā gerebat. omitto. a. aliqñ. post. significat & uarie accipi: notissima. n. sūt & occurrūt frequēter Cicero ad Atticum scribens: Varronisq; accusans ignauā bieniū: inq̄. p̄terit qua ille καλλιπιδης assiduo cursu cubitū nullū praecefferit. ubi puerbiū græcum usurpauit in hominem segnem & tarde agētem. De quo ita scribit in Tyberio Tranquillus: ut uulgo iam per iocum callipedes uocaretur: quē cū tate: ac ne cubiti quidem mensuram progredi prouerbio græco notatum est.

Idem quā Attico significaret: quid de p̄sonis introductis in libris de re. pu. statueret: scribit qd̄ monuerit & suaserit Salustius his uerbis: ea ipsa ponā: quæ in oībus codicibus extant. Hi libri quum in Tusculano mihi legerent audiente Salustio admonitus sum ab illo: multo maiore auctoritate illis de rebus dici posse si ipse loquerer de re. pu. p̄sertim quū essem nō heraclides ponticus: sed cōsularis: & is qui in maximis uersatus rei. pu. rebus essem: quæ tam antiquis hoībus attribuerē: ea nisi mirifica esse his ultimis uerbis mendā inesse certo affirmauerim. Nā si Salustius suadebat ut Cicero ex p̄sona sua de re. pu. disputaret potius q̄ ex sermone Africani aliorūq; qui multo ante diem obierāt. eum rōnē afferre oportuit cur illoq; p̄sonæ minus idoneæ essent: aut minore auctoritate in his libris de Re. pu. disputaret. Atqui si ita legimus: ut p̄posui: quæ tam antiquis hoībus attribuere ea uisu mirifica esse: nō erit p̄bantis potius q̄ disuadentis. nā si mirifica erāt & hēbant: laudē ex p̄sonarū antiq̄tate nō recte momuit: id mutādū eē: & ad Ciceronis p̄sonā trāfferendū: Quare ut sibi ipsi Salustius cōsentiāt uir prudentissimus ac doctissimus ita leges: Quæ tā antiq̄s hoībus attribuerē: ea uisum iri ficta eē fabulosum inq̄t uidebit qd̄ isti disputāt de re. pu. quū tā antiqui sint. Quod si inspexeris: q̄ lubrica fuerit uia in mēdā ab iis uerbis: quæ Ciceronē scripsisse arbitramur in ea quæ p̄uersa sūt: nobis magis atq; assentietis. Iacobus certe Cardinalis Papiensis non minoris doctriæ q̄ auctoritatis p̄iceps: hāc Ciceronis scriptionē agnoscit: eiq; oīno aridet & applaudit.

Cicero tertia actione in Verre. itaq; renūciat Rabonius illā decisionē tutorib;: accurrūt tñ ad tps̄ tutores digitū tollit Iunius patruus: isti color imitatus est uultus: oīs: mens deniq; excidit. Vbi quod ait digitum tollit: morē designat antiquū. is erat: ut qui se uel cōductorē uel emptorē ex publica uenditione: aut locatione significaret: digitum tolleret: quod Iunius fecit ne pupillus fratris filius ædem Castoris sacra rectā cōduceret: a quo Verres colūnas ad p̄p̄diculum exigere statuerat ut ita eum spoliaret bonis paternis: Digitum igit tollit id est se conductorē significat. plura de hoc scripsimus in eum uersum. Martialis: nam mea iam digitum sustulit hospitibus: & quid sit manceps: ex sententia etiam Fēsti.

Strabo in octauo ita scribit. Est aut̄ Rhiū in achiuog; solū pt̄sum lōgius p̄montoriū in falcis figurā inter? curuātū. Vñ & Drepanū. i. falcē appellant: nimirū ut ego quidē suspicor ad hoc facere allusit Martialis: quū detideret curuitatē crurū in phœbo. Ea enim ita curuata in rhiō cōmode ait lauare posse. nā & rhiū æque curuātū erat ut illi crura phœbi quadrarēt. Sales idē quoq; aspsit Quod phœbi crura dixit luanā comib; similia quare si hoc desiderare uidebit: ad ea quæ in cōmētariis scripsimus: hēs uñ accipias.

Pilea apud antiquos uariis siebant generibus suisq; erant noībus distincta. umbellā enim appellabāt: galericulum causeam: quod apud Martialem & Valerium maximum legas petasum de quo & apud Suetonium diximus in Augusto & in nostrarum obseruationum secundo annotauimus diligentissime. Pilea aut̄ aliquando siebant ex lacernis attritis. Ut illud distichon Martialis apertius intelligas: quā in cōmētariis dictauimus. Vbi pileum mittit in apophoretis si possem totas cuperē misisse lacernas. Nunc tñ capiti munera mitto tuo. Cuperem inq̄t lacernas integras misisse. Si essem diues. Nunc uero quum paup̄ sim: nisi lacernæ tñ partē: munus capiti tuo. i. pileum: quod ex parte lacernæ constat. papinius in locis. satura licis: iusq; a deo ne defuerunt cæsis pilea sata de lacernis: ubi explicat argutissime pileum fieri solitum ex lacernis incisis: quod disticho Martialis quoq; innuit.

Repetamus præterea particulā cōmētariog; nostrorū in Iuuenalē. ubi carmen exit illud in mulierem curantē cutem & expolientē faciem in gratiā adulteri: interea fœda aspectu ridēdaq; multo pane tumet facies: & pingua popeana spirat. Popeanū non unguentū est. nec enim bene olet nec iis rebus conficitur: quib; unguētat: sed medicamētum ad faciem erugandā. & expoliēdā cutem. quod ex lacte asinæ pane madido conficiebat. Popeanum appellatum: quod popea uxor Neronis principis id primo instituit. Plynus. 28. naturalis historię. Cutem in facie erugari: & tenerescere: & candorem custodiri lacte asinino putant. Motumq; est quasdam quotidie octingentas custodito numero fouere. Popeaq; hoc uxor Neronis principis instituit. balnearum quoq; sic soleo temperato: asinorum gragibus ob hoc eam comitanti bus. Hæc plinius & idem in. xi. de lacte: crassissimum asinæ. ut coaguli uice utantur: conferre aliquid & candori in mulierum cute existimatur. popea certe Domitii Neronis coniunx quingentas per omnia seculum Fœtas trahēs balnearum etiam soleo totum corpus illo lacte macerabat. extendi quoq; cutem credens. Vnde illud de othone a Tranquillo scriptum. q̄ pane madido faciem linire consueuerit: madidum lacte asinæ intelligo: ita & mulier apud Iuuenalē: quādiu domi est: totam faciem linit medicamentis: & operit: ut tenera & candida cutis fiat: atq; ita a marito amplexum & osculis interea fouetur. quum uero ad mœchum proficiscitur: deponit linteola & medicamēta: exeritq; curatam faciem: inde Iuuenalis Ad mœchū lota ueniunt cute: id est elotis e uultu medicamentis. Hæc scripsi: si qui fortasse Iuuenalis carmē parum intelligerent. de popeano ambigant: quod ego ut arbitror: primus fortasse elucubraui: ut sexcenta alia. Quæ in commentationibus nostris requirēs.

Radere non tantum est succedere pilos: sed etiam summam cutem detrahere: Iuuenalis: post hunc radentur tubera Si uer tunc erit: Carmen præterea legis duodecim tabularum his uerbis scriptum est. Mulieres genas ne radunto: ne uel lessum funeris: ergo habeto. lessum quid esset: Sex. Helius: & L. acilius uereres interpretes nõ satis se intelligere dixerunt. sed suspicari uestimenti aliquod genus funebris. L. Lessum dixit: quasi lugubrem eiulationem: cui Cicero astipulatur in secundo legum: ubi hæc legem recitabant. xii. tabularum interdicto radi a foeminis eas uetantes. pudoris hæc sedes. ibi maxime ostendit rubor in infra eas hilaritates risumq; indicantes buccæ: & altior homini tantum: quem noui mores subdolæ irrisioni dicauere nasus: Quibus uerbis aperte Plynius indicat se. xii. tabularum legem uel apud Cicero nem uel alibi legisse rationeq; affert cur ita sancitum sit: ne foeminis genas in funere alio ue dolore radere. i. dilacerare liceat: quoniam. s. in iis posita uideatur pudoris sedes: ibiq; potissimum rubor appareat. De naso quod addit. Nos ex iis uerbis in. xii. cõmētariorum in Martialem ita scripsimus. Nasuti dicuntur qui grauiore censura subsanāt aliena: & Oratius ut pleriq; solent naso suspēdis adunco ignotos: hoc est derides. in secundo præterea huius operis quum de obseruationibus ex poetis differerē. Satis hinc explicauit quare dicatur primus condidisse a plynio lucilius stilinasum.

Caudacus: ut Varro scribit. suauem significat: uel ut a magistris se accepisse Fatetur mansuetum. Cautax uero ut tradit Festus: Claudum. Appius certe Claudius Appii cæci frater qui consul fuit anno ab urbe condita. cccclxxx. primusq; fieto classe traiecto pœnos Sicilia expulit etiam Trāquillus scribit in Tiberio caudax cognominatus est.

Receptæ in usum nostrum fuerūt nõnullæ græcorū dictiones & in latinarum scire deductæ non elegantia magis causa. aut festiuitatis quam pitholeo Rhodius ac lucilius in eo secuti sunt: quã necessitas: q; latina eadem non essent: Atq; adeo unam ex iis: ut de aliis sileam: nuper obseruauit apud Tranquillum in Neronem: nam ita scribit & prodiit Neapoli primum ac ne concusso quidem repente motu terreat theatro ante cantare destitit. quam inchoatum absolueret nomen. Vbi nomen dictionem græcā usurpat quum pro ea latinam non haberet eiusdem significationis nomos enim apud græcos legem significat nomos. item in carmine & cantilena significat qualitatem & moderationē uocis qua uel remissione uel acutiore utimur Eandemq; catilenam duobus tribus ue nomis modulantur musici: & quum uno totam peregerint. altero inchoant diuerso. inde frequenter legimus apud græcos. nomos musicos. & de corina ita memorie proditum est καὶ ἔγραψε νόμους λυρικούς. i. & scripsit nomos lyricos. & de itaq; musica studiosus quum in theatro Neapoli cantaret. adeo ea gloria feruebat: ut ne terræ quidē motu deterreretur potuerit. quin inchoatum iam nomō absolueret. & ad finem produceret cantilenam eo nomo quo cantare cœperat. Quod uerbum quom parum notum esset latinisq; scriptoribus non satis usurpatum in omnibus Tranquilli codicibus lubrica menda est deprauatum: nam ubi nomon scribi oportuit: nomen ita suppositum est nullo omnino aut certe alieno sensu: q; inchoatum absolueret nomen: nos uero & hanc & alias dictiones multas alienas depræhendimus ac mendosas apud hunc scriptorem ut in commentariis in eum compositis plane ostendimus.

Harpastrū Quid sit longa cõmentatione græcis authoribus explicamus in epistolâ quarti libri syluagæ multaq; de eo docuimus quæ adhuc (ut opinor) incognita fuerūt: ea si quis uolet legere. illic requiret.

Quid. Nõne in Fabii Quintiliani codicib; librario error ppagatus est cõpluribus locis quædã certe apud hunc scriptorē nõ satis explicata obseruauimus. Ut illud quum de diuersa nominū cõpositione moneret. Cõponunt inqt aut ex nostro & peregrino ut bicliniū: Cõtra: ut epitogiū: & anticato. Vnde satis discimus: dictiones ita cõponi ut priorem partē aliquādo occupent nostra: posteriorem peregrina: ueluti in biclinio: in quo nomine bis nostrū est: cliniū græcū. Vnde bicliniū deductū est: aliquādo uero priora sunt peregrina ut in epitagio & anticatone: nã Epitogium genus uestis quod togæ supinduebat ex anti ppositione græca: & toga formatum est ut Anticato Cæsaris in Catonē. ex av ti ppositione item græca: & Cato. Mendose uero in plerisque codicibus scriptū reperies. opitergium pro epitogium: quod oppidi nomen quidem est: & inde opitergini montes appellati: sed talem non habent cõpositionē qualem hoc loco præcipit Fabius: imo nullam: epitogium sane legendum affirmauerim: quod & cõpositionis ratio suadet: & nuper legi uetustissimo ac certissimæ fidei Quintiliani libro.

Incidi nup in quasdã Laurentii cõmētatiūculas: quas in Fabiū cõposuit: in quibus cũ alia desiderari tūte stiū quo citat aliqñ fidē Atq; adeo ut unū subiiciamus ubi Fabi; de uerbis pegrinis ita scribit: nã mastrugā. qd̄ sardū est illudēs Cicero ex industria dixit. Laurētius locū idicās ubi id Cicero dixerit. hæc addit: Cicero pro scauro: quē purpura regalis nõ cõmouit. eū Sardoꝝ mastruga mutauit. Egdē Scauri cām actam fuisse apud Ciceronē legi apud Valeriu; max. & Pedianū. Oronē uero a Cicerōe pro illo habitā: Vñ hæc accipe Laurēti; p̄ref: legi nusq; meq; extare arbitror: uereorq; ne grāmaticū aliquē ignobilē secutus hæc uerba recitauerit poti; q̄ legerit usq; apud Ciceronē. Atq; (ut dicā qd̄ sentio) Quintilianus uerba Ciceronis mihi idicare uidet: quæ sunt in orone depuinciis cõsularib; hæc: Quod est primū dissimile: Res Sardinia cũ mastrugatis latrūculis p̄tore una cohorte auxiliaria gesta: & bellū cũ maximis syriæ gētib; Tyrānis cõsulari imperio exercituq; cõfestū: mastruca aut quid sit in secūdo disputauimus.

Idem

Idem undecimo institutionum ita scribit: Artem autem memoriae primus ostendisse dicit Simonides. & paulo post Simonidem poetam fuisse: neque omnino huius rei meminisse usquam poeta: idem Cicero quem Fabius secutus est Plinius uero in septimo naturalis historiae non poetam sed medicum eum scribit. uerba illius haec sunt de memoria ars postremo eius rei facta & inuenta est a Simonide medico. consummata a Metrodoro sceptio. mirandum profecto est: cur Plinius a Cicerone dissentiat aliterque scribat quam Fabius: sed mendosa est dictio apud Plinium ut ego quidem arbitror: & heri obseruavi quum de Simonide nonnulla apud Graecum scriptorem legerem: nam quum sex eiusdem nominis Graeci fuisse tradat: singulorumque res persequantur & genus de hoc ita affirmat: Simonides leopraxis filius lyricus ex inlide oppido Caeae insulae post Aristophori aetatem cognominatus melicertes ut alii codices habent melicus a suauitate carminis: nam  $\omega\epsilon\lambda\iota$  significat mel: unde melicus deducitur artem memoriae reperit inde apud Plinium scribendum contentum. Ars postremo eius rei facta & inuenta est a Simonide melico: non autem medico quum poetam fuisse: & Graeci & Latini scribant: ac Simonides Melicus sit cognominatus.

Di boni Quam pertinax menda occupauit omnes Fabii codices: librarioque & interpretum culpa: qui quum non perciperent uetustatis morem neque usquam eum obseruassent multos in errorem induerunt. Verba haec reperies in primo institutionum de grammatica: ubi Fabius de iis nominibus differit quae cum externa & peregrina sint in Romanum usum recepta fuerunt. Plurima inquit Gallice ualuerunt ut Rheda ac petitorium: quorum altero Cicero tamen altero Oratius utitur: & Mappam Cicero quoque usitatum nomen poeni sibi uendicauit: de Rheda & petitorio: quid Fabius scribat perspicuum est. Sed quod addit & Mappam Cicero quoque usitatum nomen poeni sibi uendicauit. Tam hianti compositione haec uerba structa sunt ut facile declarent aliquid impedire quo minus cohereat suo loco sed extorqueamus quem possumus sensum: quod Cicero sibi uendicauerit hoc uerbum mappam quod nomen est usitatum poenorum. Dicant obsecro interpretes ubi Cicero dixit unquam mappam suum esse uerbum: atque id sibi uendicauit: quasi Oratius Iuuenalis aliique poetae idem non usurpauerint: ita interpretantur sed ne diuinius inuento nostro gloriemur accipite ueram Fabii descriptionem: & antiquum morem discite. De quo in commentariis Iuuenalis & Martialis disputauimus. in ludis circensibus mappa a praetore demitti solebat aurigae uictori ueteri instituto Traquillus in Nerone: posita quae in hortis inter seruitia: & sordidam plebem rudimento uniuersorum se oculis in circo maximo praebuit: aliquo liberto mittente mappam: Unde magistratus solent: Martialis: creatam praetor quum uellet mittere mappam surripit hermogenes. Iuuenalis interea megalesiacae spectacula mappae. mappa igitur in circo usurpatur: inde ego contenderim ita apud Fabium legendum. Et mappam circo quoque usitatum nomen poeni sibi uendicant. Nam quom referret: quae peregrina in nostrum usum uenerint: Rheda inquit & petorium Gallica sunt: sed tamen in iis utitur Cicero & Oratius: & mappam poeni dicunt suum esse nomen: sed eo tamen adeo passim utimur: ut in circo quoque & ludis circensibus id uulgatum sit & usitatum. Hoc quom nostri homines ignorarent: ubi circo scribendum fuit Cicero supposuerunt: & ne sollicitissimus esset uindictam: uendicauit fecerunt. Sententiae nostrae antiquitatis mos: uerborum compositio: series sensus. Denique uetustissimus Fabii codex constantissime stipulatur. haec sunt Francisce ex tertio libro nostrarum obseruationum transcripta: Totum opus expecta: quum tibi perbati intellexeris in eo haec etiam pauca copiosius explicata sunt.

Vale.

Domitius ad lectorem.

Sic mihi perpetuae contingant murmura laudis  
Et bona post funus hora superstes eat.  
Ut nostros cupio multis prodesse libellos:  
Famaque non ullo tincta cruore placet.  
Me legat inuitus nemo: non scripsimus illi:  
Huic scripta est: si quem pagina nostra iuuat.

ἑλδοσ συμ λεω.

Angeli Politiani praelectio: Cui titulus Panepistemon.



Vi libros alios enarrare Aristotelis ingrediuntur: consueuere a principio statim philosophia ipsam uelut in membra partiri: quod & Themistium facere uidemus: & Simplicium & Ammonium: & alios item Peripateticos ueteres. Mihi uero nunc Aristotelis eiusdem libros de moribus interpretanti consilium est ita diuisionem istiusmodi aggredi: ut quoad eius fieri possit non disciplinae modo & artes uel liberales: quae dicuntur uel machinales: sed et sordidae illae ac sellulariae: quibus tamen uita indiget: intra huiusmodi ambitum distributionis colligant. Imitabor igitur sectiones illas medicorum: quas Anatomae uocant. Imitabor: & tabulariorum calculos. Nam & diuidam singula prope minutatim: & in summam summarum redigam: quo possit unumquodque uel facilius percipi uel fidelius retineri. Nec autem me fallit quod sit operis arduum: nec ab ullo temptatum hactenus

P ii

nus: q̄ deniq̄ obrectatoribus opportunū: quod polliceor. sed ita homo sum. Sordent usitata ista & exculcata nimis: nec alienis demum uestigiis insistere didicis: quoniam in magnis etiam uoluntas ipsa laude sua non caret: & uilissimos hoīum Plato existimat imitatores: meritoq̄ ob id a Vate Oratio seruus; peccus appellati sunt. Obrectatorū uero nulla prorsus habenda ratio: qui sic nūc desit occasio facile tamen inuenient alteram. Illud obsecro ne quenq̄ perturbet: quod ipsis artium uocabulis etiamq̄ græcis utat interdum. Siquidem pleraq̄ sic exposita reperiuntur: ut latine nondum loqui didicerint: sed & multa diuersis artibus disciplinisq̄ cōmunia semel explicata mox quasi digito notari: nutuque significari sat erit. Nunc adeste animis quæso & aurib⁹ omnes ac fauete dicenti magnam (ni fallor) & ex perspicuo breuiq̄ rerum tantarum distinctioe utilitatem: & ex erudita quadā nouaq̄ uocum diuersamur uarietate uoluptatem percepturi. Nec pompam tamen hic orationis: aut uerborū phaleras expectetis & pictæ rectoria lingua. Nam quod eleganter Manilius inquit Astronomus Ornari res ipsa negat contenta doceri.

Tria sunt igitur inter homines genera doctrinarum. Inspiratum. Inuentum. Mixtum. In primo genere Theologia nostra. In secundo mater artium Philosophia. In tertio Diuinitas sita est.

Theologia Deum speculatur ut in eo cūcta sunt ut ab eo proficiscuntur ut ad eundem redeunt: ut in eodem conuiescunt. Huius instrumentum duplex est. uetus atq̄ nouum. Quod utriq̄ in legales. historicos morales: propheticosq̄ libros diuiditur: quos Canonicos appellamus.

Philosophia spectatiua est actualis. Rationalis. Sed spectatiua pars aut res considerat materiae prorsus implicitas aut a materia penitus abiunctas: aut medias quasdam re coniunctas intellectu distrahas easq̄ uel substantias uel accidentia. Rursus hæc aut qua multitudo sunt: aut qua magnitudo. Multitudo ut absoluta ut relata. Magnitudo ut manens ut mobilis. Ex hoc igitur spectatiui generis: quasi stemmate naturalis & prima philosophia tum quæ de anima pertractat & Mathematica quattuor seu doctrinales. Arithmetica. Musica. Geometria: & spherica cum suis illis quasi pedissequis. Calculatoria. Geodesia Canonica. Astrologia. Optica. & Mechanica nascuntur.

Actualis pars mores expendit: sed aut singulorum: aut familiae: aut ciuitatis. Vnde quasi trigeminus partus Moralem Dispensatiuam Ciuilemque protulit.

Rationalis aut indicat: aut narrat: aut demonstrat: aut suadet: aut oblectat. Vnde grammatica historia Dialectica Rhetorica. & poetica emerferunt.

Naturalis aut circa ea uersat: quæ cōmuniter insunt rebus: aut circa ea quæ uidentur inesse: nec insunt. Inesse uidentur nec insunt inane & infinitum. Insunt aut uel principia uel quæ principiis adnexa: uel quæ de principiis exorta. Principia sunt aut causæ: aut concause. Causæ aut efficientes: aut finales. Concause uel formales uel materiales. Causis tamē exemplariam Plato: concausis officialem adiunxit.

Principiis adnexa. Motus. Locus. Tempus. & Continuum. De principiis orta: simplicia & composita. Simplicia uel sempiterna ut cælum uel corruptibilia: ut elementa. Composita. uel imperfecta uel perfecta. Imperfecta quæ gignuntur in sublimi. Rursus perfecta uel inanima ut metalla: uel animata: quæ aut uegetabilia: aut sensibilia authorum media. Vegetabilia ut plantæ: quæ aut herbæ aut frutices: aut arbores. Sensibilia: aut animalia quæ uel rationalia aut homo: uel ratione carentia ut bruta. Media sunt quæ græci Zoophyta uocant.

Naturalis aut phisicæ quasi alūna medicina est: quā Theophilus græcus author in theoricen practicenq̄ diuidit. Theoricenq̄ rursus in naturæ causarū signorūq̄ rōnes: hoc est physiologicon. Etiologicon. Simioticon. Itē phisilogicon in elemēta: humores: cōplexus: particulas. pates. officia. Sic Etiologicon in causas puerteres. prauas. cōtinētes quæ pcatartica. proegumena. Synectica uocat. Simioticon rursus in p̄sentū discerniculū futuroꝝ p̄sagiū: p̄teritorū memoriā. Practicen denuo salubriū dicit eē & eorū quæ curā desiderant. Alterūq̄ hygiinon. Alterū Therapeticon appellata. Quod qm̄ in uictu. medicamētis. manuq̄ sit. nūc Pharmaceuticon. nūc Chirurgicon uocat. Quod aut uictu curat. id aut senectutē gubernat & Gerocomicon: aut defectos reficit & Analepticon: aut noxā p̄cauet & Prophylacticō appellat. Medicos aut ueterinarii sequunt: quos Hippicratus græci uocat: hisdē quib⁹ medici uestigiis ingrediētes. quis alii quidā morbi sint in iumētis. Etenim Coriginosi Farciminosisq̄ fiūt equi. Malleo Pulmūculo. Exungulatione cæterisq̄ similibus laborāt. Quod genus hominē rarerer attingit.

Prima philosophia Deum mentesq̄ corpore seiunctas. ac multiplicia doctrinarum omnium principia quæ uocamus Axiomata. sed naturæ uestigiis indagat.

Aiæ uis triplex. quæ uegetat. quæ sentit. quæ rōne utit. Prima in alendo. augēdo. gignēdo continetur. Altera in sensib⁹ q̄nque. Sensu cōmuni. Phantasia. Memoria. Tertia in intellectu q̄ actu dicit appellaturq̄ mens. & eo qui p̄tate. Cui⁹ partes Opino & Dianoa. quæ nescio an recte cogitatiois uocabulo exprimitur. Expetitio uero ī rōne uolūtas: in sensib⁹ aut iracūdia est aut libido. Nemensius aut sic in libro de homie. Vis inquit aiæ triplex ē. Aialis. Vitalis. Naturalis Primi generis mens. Phantasia. Rōcinatio. memoria. Cogitatio. Tum opinio sensusq̄ particulares & quicūq̄ motus ab electione proficiscūt. Secundum genus in respiratione continetur & pulsibus. Tertio uero in gignendo nutriendo. augendo. continendo. transmutando. exercendo. Fit & illa diuisio de partibus corporis: ut in cerebro Ratio. Ira in corde. Cupiditas collocetur in iecore: quod uirtutibus est & uitiis cōmune seminarium.

Arithmetica numerum tractat: aut seorsum quæq; spectans: aut ad alium referens.

Qui seorsum spectatur par est & impar. Par aut pariter par: aut pariter impar: aut impariter par. Itemque aut superfluum aut diminutus aut perfectus. Impar aut primus & compositus: aut secundus & compositus: aut per se secundus & compositus ad alium primus & incompositus. Ad alium relatus aut æqualis. Hic aut maior: aut minor. Et maior aut simplex aut compositus. Simplex: aut multiplex: aut superparticularis: aut superpartiens. Compositus aut multiplex superparticularis: aut multiplex superpartiens. Minor maiori subiugalis æque diuidis. Illiusque numeriplogi dicunt. Huius Hypologi: quasi duces & comites. De multiplicibus duplæ triplæ. De superparticularibus Sexquialteræ: Sexquiterciæ: De superpartientibus Superbipartientes: Suptripartientes: & deinceps oriuntur: ac rata eadem ratio in compositis. Rursum qui per se cernit continens numerus: Linearis: Planus: Solidus. Pyramis etiamque curta: Quadrantalia: Asseres. Laterculi: Cunei: Parallelepipedii: Gradati: altera parte longiores & orbiculares.

Musica naturalis est & artificialis. Naturalis humana & mundana. Humana tribus animi partibus. intellectu: sensibus habitu tres efficit & rationes Diapason: Diapente: Diatesaron. Prima enim: ut Ptolemæus inquit: septem continet illa: Mentem: Imaginationem: Memoriam: Cogitationem: Opinionem: Rationem: Scientiam. Quo numero consonantia constat: quæ uocat ex omnibus. Secunda quattuor. Visum: Auditum: Olfactum: Tactum: nam in eo gustatus est: æquas numero partes quinarie partibus. Tertia rursum tres: Actum: Fastigium: Decrementum: cui quaternaria respondet. Item si partes animæ feceris rationis ire cupiditatisque sedes: in prima septem sunt: Acumen Ingenium: Sollertia: consilium: Sapientia: Prudentia: Experientia: In altera quattuor. Equanimitas. Impauiditas. Fortitudo. Tollerantia. In tertia tres Temperantia. Continetia: Verecundia: quibus triplex eadem Symphonia conflatur. Omnia autem inter se concordia iustitia nominatur. Item trinis generibus spectatiue partis & actiue tria illa congruunt Enharmonium naturali moraliq; Diatonicum diuino & ciuili: Chromaticum Mathematico & æconomico. Productio num uero mutationes uitæ motuque conuersionibus respondent.

Mundana Musica cernitur in eo quod celestium motus sicuti Phongus Diastemate constat: circularesque ambitus harmonicæ systematum referunt Apocastasis quas auctore Materno interpretari redintegrationes possumus: tum siderum ipsoque aspectus: quæ Trigono: Tetragono Dodecatemorio Dimensione sunt Diatesaron: Diapente: Tonum: Diapason: faciunt: motusque ad orientem uel occidentem grauissimis sonis: in cæli uero meditullio comparatur acurissimis Altitudines Chromaticen gignunt. Enharmonion: Diatonion: Latitudines: Tropos. Lunæ facies Tetrachordorum referunt iugationes: Quæ omnia diligentissime prosequitur Ptolemæus.

Artificii huius aut Harmonica aut Rhythmica aut metrica est. Harmonicæ partes septem: Soni Spatia: Systemata: Genera. Toni: mutationes: modulatio Sonorum potestates infinitæ. sed & quæ traditæ sunt omittentur. quoniam uitamus insolentiam peregrinatum uocum. Sunt autem Soni aut Statarii: aut Vagi. Statarii: aut grauiter crebri: aut mediocriter: aut non crebri. Vagi aut quasi subprincipales: aut quasi extenti. Rursum aut Symphoni aut Diaphoni aut Homophoni: Quorum differentia quinque. Prima in acumine: Secunda in spatio. Tertia in Systemate. Quarta in uocis ratione: Quinta in indole illa uel sensu quod græce uocatur ἠόσος. Spatiorum nimirum apotome: dein Diaschisma: tum Schisma: supra Giesis modulandi principium Mox Hemitonium. Tonus: Ditonus: Sunt autem spatia maiora: minor: Symphonia. Diaphonia Enharmonia: Colorata: Diatonica: effata: ineffabilia. Rursum incomposita: ut Diesis: quæ diu ex usu recessit: Composita ut Diatesaron: & composita & incomposita. ut Hemitonium Tonus. Item paria: imparia: rara densa.

Systemata quæ ueteres indolis initia uocitabant partim differentias habent easdem quas & spatia: partim diuersas. Nam sunt continua. Trascendentia: Simplicia: non Simplicia: Coniuncta Disiuncta: Communia: Tetrachorda. Pentachorda Octachorda. Genera tria sunt: Harmonia Chorma. Diatonon.

Toni apud Aristoxenum. xiiii. Hypodorius: & Hypophrygii duo: Hypolydii duo Dorius: Phrygii duo: Lydii duo. Mixolydii duo. Hypermixolydii unus: his iuniores duos Hyperæoliū adiiciunt & Hypolydium

Commutationes: quattuor fiunt modis. Genere: Systemate Tono. modulatione. Modulatio triplex Assumptio. Mixtio Usus. Cuius tres illæ partes Petia. Ploce. Agoge. Quam & ipsa triplex. Recta Reuertens circulans.

Modulationis Tropi tres genere: Dithyrambicus Tragicus: Nomicus. Specie plures: ut amatorii: quorum proprii sunt Epithalami. Comici. Encomiastici. Differentia modulationis genere: Tono: Tropo. Indole: quæ triplex Contracta: laxa. Media.

Rhythmus qui latine dicitur numerus Arsin habet & Thesis: hoc est leuationem ac positionem quibus uidelicet plauditur: oriturque de numeris connumeratis: dinumeratis: complicatis: ac sesquatis. Discernitur uisu ut in saltatione: auditu: ut in cantu tactu ut in uenis: Etenim medicorum doctissimus Herophilus motus omnes illos & pulsus humani corporis in musicos digessisse numeros narratur. Sunt uero numeri omnes aut iudiciales aut progressiores: aut recordabiles: aut sonantes: uel si maui corporales ut illi etiam signentur: qui sunt in saltatione & in certo motu uisibiles: partes autem Rhythmicae huius de qua nunc agitur quinque sunt: Tempora prima. Pedum genera. Agoge: mutationes: Rhythmopœia.

Metrica ab elementis & syllabis: ad pedes pergit. Etenim pedes syllabis consistunt hoc est articulatis quibusdam sonorum motibus. Syllabe temporibus tenduntur. Pedum vero disyllabi quatuor Trisyllabi octo Tetrasyllabi sedecim: qui complicati usque senas syllabas coniugationes faciunt metricas. Metra primigenia quae minime nunc a uersibus distinguimus Nouem feruntur: Diactylicum: Anapesticum: Iambicum: Trochaicum: Choriambicum: Antispasticum: Ionica duo: & Peonicum. Inque his Acatalecta: Catalectica: Brachycatalecta: Hypercatalecta: Dimetra Trimetra: Tetrametra: Pentametra. Hexametra. Paribus alia pedum temporibus: alia superantibus: alia integris: alia deminutis: alia synecphonica Composita metra aut similibus duplatis constant: aut dissimilibus: quae dicuntur Asynarteta. Sunt & quae uocantur Apemphaenonta. Poema aut uersibus unius generis aut diuersorum complexu constat duorum scilicet trium plurium: qui liber aut obnoxiususque bifarius aut trifarius ut sunt Epodica omnia. Sed ut in Rhythmis libera perpetuitate coniunctio porrigitur: sic in metris ab aliquo certo fine reuocatur at in uersibus in duo membra quadam lege sibimet congruentia tribuitur.

Geometria a puncto quae nota impartilis est lineas peruidet rectas circulares flexuosas iacentes perpendiculares alternas determinas Angulosque iustos angustos: latos Summitates Circulos: Semicirculos: & qui limites fasciati uocantur. Trilateras: Quadrilateras: multilaterasque figuras. Inque his Equilateras: Equicruras: Gradatas: Rectangulas: Acutiangulas: Obtusangulas: & quae parte altera longiores sunt: & Rhombos & Rhomboidis & mensulas. In solidis Pyramidas: Prismata: Conos. Cylindros: Cubos Sphaeras: etiamque illa quae uacant Octaedra: Dodecaedra: Icosaedra.

Astronomia quae dicuntur & Sphaerica: caeli conuersionem suspicit: ortus: obitus motusque siderum: Axes Polos Cardines: Hemisphaeria: Circulos: Septentrionalem: Solstitiale: Equinoctiale: Brumale: Australis: Signiferum: Lacteam: Meridianum: Finitorem: Coluros signaque uel duodecim: uel cum suis gestaminibus quinquaginta & triginta: Quae quibus omnibus: aut occidentibus orientibus: occidunt: Quae transuersa: Quae recta: Quae uel Austrina uel Septentrionalia: quae uersatim: quae occidentales: quae absconsa: quae recurrentes: quae stationaria: quae sit Epicyclorum: quae latitudinum: quae uel altitudinum uariatio quae cui syncetra uel eccentrica: quae facies quae magnitudines: quae Lunae ad solem schematismi: Ut intermensura edita: noua: Corniculans: diuidua primum: plenaque sit toties repetita uice: quae forma terrae: quae mundi inclinatio: quae umbrarum uarietas: quae temporum: quae dieum ratio: quot climata: & zonae: quae uocantur Antioeci: qui Perioeci: qui Antipodes: unum etiam Agricola: Gubernatores medici: Physici uentos: hymbres: aestus: pestilentia terremotusque praenoscunt.

Calculatoria seu Logistica Figuris utitur numerorum nouem quas Pythagorici excogitarunt: quorum inuentum est etiam Diagrama: quod mensura Pythagoriam etiam uocant: unde abaci Origo est: in quo digiti & articuli compositi atque incompositi cum suis collocantur limitibus. Haec sex generibus continentur: elementorum expositione: compositione ablatione: multiplicatione: Partitione: Quadrati aieris inuentione. Ordo autem sic in numeris est ut post singulares Deceni: Centeni: Mileni: Myriades: Decenae myriades Centenae myriades: Millenae myriades Myriadum myriades ueniant: Signantur autem manu sinistra ad centenos usque Dextra Centeni: Milleni: usque ad Myriadas nec ultra.

Geodesia uero quae etiam a Pappo Geometria uocatur: & ipsa in sensibilibus uertitur. Contineturque generibus: Recto. Plano. Solido: Pedatura ipsa: Porrecto: Constrato Quadrato pede: Figuraeque omnes angulares: Circularesque quantum colligantur in areaspatii: quae circuli circuductio sit: quae sphaerae deprehendit quantum etiam Strabi montis superficies Notat quae plana summas: quae Liquis: quae sit enormis. Climata etiam certum. scopuli: Flexus: Anguli: Rigores: Lineaeque omnes: rectae: alterne: Basis: Vertices: Crura: Diagonis: Perpendiculares. hypotenusae Diametri & Perimetri Tum mensurae illae miliaria: Stadia: actusque uel minimi uel quadrati uel duplicati. decapedae seu picae: Radium: Passus: gradus: cubiti Pedes semipedes: palmi unciae digiti: semunciae seu stateres: quadrates drachmae scripuli Obuli: Semiobuli: Siliqua seu Ceratia: Puncta minuta momenta suis quaeque notis gaudetia: Vocabula etiam terminis uaria imponebantur. Ut cultellatis lateribus Arcisium: spatula cuforia: gamatus Centusatus & alia. Sic & limites intercisiui: Decumani Subruncini: Scutellati: Vstrinales permulti que similes & agri ipsi Dextrati Normales Fenestrati Citrati Subficiui Tessellati praetereaque diuersi nominantur.

Canonice autem rationes harmoniarum considerat apparatus regularum segmentis excogitatis atque aures aut ait Plato praefert intellectui. Rationes enim Symphonicarum nunc monochordo canone deprehendit: nunc Tetrachordorum generibus diuisis quae neruorum nominibus undeuiginti censent qualia multa Ptolemaeus exponit in his libris quorum titulus est περιωπερ αρμωνικη κριτηριω. Haec in organo est percussionalibus: tensilibus: inflatilibus.

Astrologiae partes Gnomonicae: quae solariorum discriminatis umbris horas ueruto denotat a Vitruuio diligenter exposita: tum quae uocatur Meteoroscopie sublimitatum differentias & interualla syderum deprehendens. Praetereaque Dioptrice quae solis & lunae & aliorum syderum interpedines colligit & ordines. Hunc astrolobii pertinet inuentio: quam Ptolemaeo Synesius tribuit. Cuius partes uagina ipsa tympana continens in quibus aequinoctialis tropicorum describuntur circi quique alternis orizonti sunt Anaphoricum supra tympana quae uocatur Aranea designatur: in qua zodiacus & clara quedam sidera certantur: ut per noctem quota sit hora: quotumque temporis momentum reperiamus.



Pleriq; tamē Astrologiā uocant ipsam: quæ proprie Genethliologia uocatur Cuiusq; professores a ueteribus Chaldeis: mathematici: genethliaciq; uocantur: quæ licet utroq; iure civili: pontificioq; dānetur immo pugnetur ab Augustino: rideat Basilio tamen quia multos habent etiam nunc amatores: iure in cætera sum consortium recipietur. Diuidunt igitur zodiacum circulū in signa duodecim: singulaq; mox in partes tricenās: quas in minuta rursus sexagena. Signorūq; alia masculina faciunt: alia fœminina quædā bicorpora: quædā tropica: nonnulla itē solida Notant & quattuor illa centra quæ nos cardines: Horroscopum: mesuram: occasum: Hypogeum quæq; singulis præcedunt: Apoclimata succedunt Epanaphora. Sic domicilia duodecim faciunt: quorū torpida tria. reliqua nomē habentia boni malique genii dei deæ mortis: & utriusq; Fortunæ. Post hæc Arietem capiti: Taurum ceruici: Geminos humeris: Cordi cancrum: Pectori leonem: Virginem uentri. Libram renibus & uertebis Scorpionem genitalibus Sagittarium femoribus: Capricornum geniculis: Aquariū tibis. Pisces pedibus: Sed & alios aliis regionibus populisq; præficiunt. Inter errantes autem soli lunæq; dant primatum Saturnum soli congrue Iouem mercenariorū dicunt: quos & diurnos appellant. Domos autem singulas Soli: lunæq; binas cæteris assignant: aliaq; præterea denotant quibus singuli tristentur & gaudeant. Fines decanosq; peruident: tum qui cum sint utrinq; satellites: Trigonicus ne an Tetragonicus: an hexagonicus: an directus inter quosq; sit aspectus stellarūq; cæterarum Diathema genituræq; dominum: præsertim qui dicitur Oecodespotes & reliquorum configurationes: quæ ἀστερισμο uocantur: unde etiam de uita & morte: de morib; fortuna quæ non singulorum modo: sed ciuitatum: gentiumq; pronunciant: aut si etiam chronocratora quem dicunt: ausi mundi genituram prodere Apotelesmatum uestigiis.

Optice generis est nomen & partis. Pars ipsa causam uisibilium depræhendit: quæ per interuallū falsa creduntur: ut cū lineæ alternæ concurrere inter se uidentur & intercipi quadratorum anguli. Pars altera Catoptrice: quæ circa omnifarias anaclasis: hoc est reflexiones uersatur. Tertia Scenographice indicans quo pacto nec abnumera: nec deformia fingamus in imaginibus quæ cernuntur interuallorum scilicet & altitudinum causa. Sed quæ generis locum tenet: ea lineis utitur uisus & angelus. Ita radiorū projectio nes inquiri per unum: pluraq; perspicua super figuras corporum diuersas: item umbras & lucis figuraciones: & quæ directe uisioni quæ reflexe faciunt in posturam speculis adhibitis speculorūq; omnium affectiones: planorū globosorum: columnariorum: turbinalium: cauorum: conuexerū. quæ uisibus: quæ rebus accidunt: etiam cum per medium perspicui altius cernimus ut sub aqua post uitrum Postremo quomodo uis ipsa oculis insita medii cuiusdam diuersitatibus adficiatur: ut in Iride contingit: & omnio triplicē uidendi rationem pertractat. Directam: reflexam refractam.

Mechanica sequitur: cuius ut Heron Pappusq; declarant: altera pars rationalis est quæ numeroq; mensurarum fideq; naturæq; rationibus perficitur. Altera chirurgice: cui uel maxime artes illæ: Eraria / Edificatoria: materiaria: picturaq; adminiculantur. Huius autem partes manganaria: per quam pondera immania minima ui tolluntur in altum Machanopoetice: quæ facile aquis antliis extrahit: organo poetice quæ bellis accommodata instrumenta fabricat Arietes: testudines: Turres ambulatorias: Heleporis: Sambucas: Exostras: Tolleones: & quæcunq; græco uocabulo Poliorcetica uocantur. tormentorūq; uaria genera: quæ libris Athenæi: Bitionis Heronis: Pappi: Philonis: Apollodoriq; cōtinentur: ut latinos omiserim Mox & quæ Thaumaturgice Cuius exempla sunt Hydraulica: organa quæq; per se uentorum flatu resonant: & quod uas Dicæometron uocabant: & quod uoces auium uariarum exprimit. Et quod itidē merū mox dilutum uinum mox aquam calidam: mox frigidam: copiosam: tenuemq; uicissim fundit. Et Siphones extinguendis incendiis. Et medicinales Cucurbitulæ sine ignis ministerio cutem præhendentes. Et pilæ sponte saltantes: Et lucerna suas ipsa producens. stupas: Et animal quod a structore dū se catur in mensa bibit interim: crepituq; suo quodam & uoce sitientis repræsentat imaginē: mileq; alia id genus: quæ breuitatis studio præterimus. Hic igitur ut in capita quædam conferatur: aut ponderibus utitur & spiritu: quorum præponderatio mouet æquilibrium sistit: sicuti etiam Timæus definit: aut neruis & funiculis animatos quasi tractus ac motus imitatur: Aut circa illa quæ subnatent aquis: Aut itē circa aquarum uertitur horologia: Quorum quidem generum primum docet in pneumaticis Heron: Alter idem in Automatis & Zygiis Quartum rursus in hydriis. tertium uero in Ochumenis Archimedes: Est in eadem mechanice serie: quæ centrobarica pars dicitur: Ex qua reliquæ pendere dicuntur: & Sphæropoeia: qualis illa Archimedeæ Claudiani laudata uersibus: Suppeditat eadem architecturæ quoq; scanforias: tractiles & spirituales machinas:

Moralis pars ciuilitatis est: in qua de bonis agitur diuersis: Quoq; numero etiā Virtus est seu rationalis animæ sit: seu rationi obtemperatis. Tractantur igitur affectus & ptates & habitus animi. & in his excessus. defectus: mediocritates: arbitriū: electio: appetitus: eiusq; partes: Cupiditas: furor: uoluntas. Hinc & uirtutes: fortitudo: æquanimitas: continentia: Temperantia: liberalitas: magnitudo animi: magnificentia: honestas: grauitas: urbanitas: ueritas iustitia: scientia: etiā prudentia: intelligentia. Estimatio: Solertia: Sagacitas. Comitas: herodica uirtus. uoluptas. prosperitas. Amicitia beniuolentia. Concordia Amorq; sui: Parsq; illa tractatur: per quam quisq; sibi satis est: aliaq; deinceps ad fœlicitatem pertinentia Dispensatiua triplex: Domini: matris: Patris: Ea quærit. seruat: adornat: utitur: Regiaq; est: Satta-

atis qui  
ibi octo  
rimige  
bicum:  
atalecti.  
Paribus  
mposita  
uocant  
scilicet:  
Rhyth  
uersibus

centes p  
micircu  
Equilate  
ngiores  
ltos: Cu

es Polos  
ilē: Signi  
is quque  
Quæ uel  
stationa  
uæ facies  
diuidua  
uarietas:  
tripodes:  
pnolesit.  
ge iuentū  
rticuli cō  
m expositi  
autem sic  
næ myria  
enos usq;

urq; gene  
is angula  
edit quata  
a etia; cer  
goni; Per  
nimumi uel  
i uncia; di  
ia: Puncta  
cultellatis  
Decumani  
ati Citrati

ytatis atq;  
canone de  
ēsenē qua  
iωo. Hæc

a Vitruuio  
a syderum  
git & ordi  
a ipsa sym  
Anaphori  
lera cernun

Plerique

pica: Ciuilis: Idiotica.

Ciuilis triplex: Regum optimates. Respublica. Cuius excessus totidem: Tyrannis: Oligarchia: democratia. Diuiditur a Platone trifariam: quemadmodum & anima. Nam rationi congruere philosophos: iræ milites: cupiditati. uoluit Artifices. Ephilosophis Principes. Magistratus. Sacerdotes. Senatores: Iudices leguntur: qui leges uel ferant: uel exerceant. Itaque locus hic est in quo ius ciuile non quidē in titulos. quid longum foret nimis: sed in summa genera partiamur. Ius igitur ciuile Romanorū tamen si uoluminibus quoq; aliis continetur: tamen Pandectis ipsis in suas partes distributis: utpote omnia genera complectentibus plena digestio resultabit: Septem igitur in his articuli sunt: quorum primus ea continent quæ græce τὰ πρῶτα uocantur. Secundus iudicia. Tertius res. Quartus hypothecas. Quintus testamenta quæque testamentis accedunt. In sexto tituli continentur bonorū possessionis uarii neq; nō operis noui nunciacionis: dāniq; infecti: & pro edificiis dirutis: & eorū insidiis: & de aqua pluuiā arcenda: De publicanis: Donationibus: manumissionibus. Liberaliq; causa. Tum de domini & possessionis acquisitione. deq; his q̄ iudicati uel in iure cōfessi sunt De bonorū detentionibus. Et ne qd in fraudē creditorū fiat. interdita: Exceptiones: Temporum prolixitates & actiones: Vltimus stipulationes: Fideiussiones: Acceptilationes: & titulos illos Ad municipales: De decurionibus & muneribus. De publicis operibus: Nundinis: Pollicitationibus: Cognitionibus: Censibus: Verborum significationes. Iuri regulis.

Pontificiū ius quasi succentium ciuile est: & ad eius exemplum quatenus ratio patitur diuidendū. Res militaris uiris & armis constat. Viri Dux & Milites. Et qui militum causa. In Duce Scientia. Peritia Authoritas Fortuna requirit. In milite robur & disciplina. Hi uel equites uel pedites diuersis ī acie nominib⁹ distincti. Militū cusa fabri tubicines: Liticines: lixæ: Calones Arma qbus oppugnamur aut defendimur. eaq; de qb⁹ in mechanica diximus inter quæ etiā naualia continent In quo genere Liburnæ classes & Iuforiæ sunt. Huc autem tironum delectus & exercitatio. Positio castrorum & munitio. instructio acie: quæ Tactica Græci uocant: qualis est Orthia: Epagoge & Cœlembolos & phalanges Variæ: ac Di phalangia Amphistomi Antistomi Peristomi. Omoestomi: Eterostomi. Inflexæ: Incuruæ: Quarta: Lunatæ: Laterculi: Roftra: & alia id genus. Oppugnatio. propugnatio. postremo Strategemata ipsa: qualia Frontinus exsequitur.

Restant artifices uarii qui sic inter se pmixti sunt ut singuli singulis generib⁹ subici nequeāt Itaq; pri⁹ de his artibus breuiter dicemus: quæ sunt a scriptoribus celebratæ: quales Agricultura: pastio: uenatio: Architectura: Graphice: Coquinaria Theatrica nonnullæ. cæteras uelut aceruatim postea numeratur:

Agriculturæ principia Aqua: terra: Anima. Sol: Finis: utilitas & uoluptas. partes. Fundi: cognitio. Quæ in eo sunt opus: Quæ faciendæ: Quo tēpore: In primo Forma: Genus. Quantitas: Tutela Forma naturalis: aut artificiosa. Naturalis campestris collina montana: Artificiosa ad speciem. fructūq; Genus Terræ. macrum: pingue: mediocre. Quantitas ad iugo ad centuriam & saltū. Tutela. Naturalis: agrestis militaris. fabrilis. Secunda pars homines & instrumenta reliqua habet: Hoies serui aut liberi. Reliquū instrumentum: semiuocale & mutum. Tertia pars quæ præparanda. & ubi quæq; faciendæ. Quarta circuitus solis annuos & cursus lunæ menstruos habet.

Pastio aut ruralis aut uillatica prior in minore & maiore pecore uertitur & quod propterea paratur. Minora pecora ouis capra Sus. Maiora Boues: Asini Equi. Tertium genus. mulicanes. pastores posterior. Auaritia leporaria & piscinas habet. In auariis aut quæ terra sunt contentæ ut Pauones. Turdi. Columbæ. Turtures: Gallinæ aut quæ uocant Amphibia ut anseres Anates In leporariis duplex genus. In altero. Apri: capræ. Lepores: In altero apes cochleæ Glires piscina dulcis aquæ pisces habet aut marinae

Venationis laudes & præcepta Xenophon græce scribit & Oppianus: Apud hos quales esse uenator quibus uti retribus laqueis: telis: armis instrumentis. canibus quoq; pacto. quo tempore: cōtra quæ quas feræ debeat. ostenditur.

Architectura rationem continet & fabricam. constat autem ordinatione & dispositione. cuius partes corographia: orthographia Scænographia Eurithmia Symmetria: decor Distributio. Hæc publicorū aut priuatorum ædificiorum: defensionis: Religionis oportunitatis causa. In quibus omnibus habēda ratio firmitatis: utilitatis. uenustatis.

Graphice pictoribus. Statuariis Celatoribus Scalptoribus Fictoribus Encaustisq; communis est: sic artibus conferens authore Nicomacho: quæ admodum philosophiæ conferū mathematicæ. Hæc Symmetriam dimensione colligit & finitione. Dimensio perficitur Hexempeda & normis. Hexempeda pedibus: pedes unciolis. Vnciolæ minutis. Norma aut stans: aut basis. Finitio colligitur organo cuius partes orizon: radius perpendicularū sunt. Ex his autem singulorum membrorum relationes ad totam corporis proceritatem: atq; alterius ad alterum inter se proportionem cernuntur quales sint: quo conueniāt quo differāt. His adiicit pictura colores & umbras: quibus oculos: capillum: uultus: lumina: tractusq; regionum representet in affectibus exprimēdis: animiq; sensibus laudatior.

Coquinariæ capita græca referā qualia ponit Apitius. Ea sunt epimeles: artoptus. cepurica Pædeæ: ospriion trophetes. polyteles. tetrapus. thalassa. halieus. hanc Plato adulatricē medicinæ appellat.

Theatrica Scænicos Gladiatores Gymnicos Agitatores habet.

Scænici

Scenici ut hypocritæ Comœdia. mimi: Tragœdi Thimelici: saltatores: Chironomi. Speciesq; saltationis primæ: cordax. scinnis: emnelia. In quo genere etiam Pyrrhici In Thymelicis aut citharœdi: Citharistæ: ribicines Adiiice si placet & Choragos. Et si qui sunt præterea theatri operarii.

Gladiatores ut retiarii: secutores que qui millones: threces: famnites: hoplomachi: Numerari Aridari Probactiões Dimacheri: orbela: Tum equestres esse darii. & ut quidam adiciunt. Velites. Laquearii His etiam adiunge lanistas ipsos a quibus erudirentur. Et item ludarios uenatores & bestiariorum.

Gymnici: stradiodromi: dolichodromi: diaulodromi: pugiles. palestitæ: acrochiristæ. sciamachi: Xustici. pancratiastæ. qui saltu. qui disco: qui Pentathlo: quiq; iaculo nobiles transfinē scammatibus expedito.

Agitatores ut ruffati. albatii. prassini: ueneti quibus aurati purpurei luteiq; adiecti. Tum desultores: & qui Troiam luderent. Et inter aurigas bigarii. trigarii. quadrigarii. seiugarii.

Restant artes aliæ confertim dicendæ: solaq; cõtentem nomen culatura: quæ pars uictui seruiunt. in his aucupes sunt aumiota piscatoresq; alii: urinatores. aquarii Cetarii: macellarii cupedinarii. salsamētarii: lanii: factores: condimentarii: obsonatores. uinarij: pistores. pistrinarij. filiginarii: Sitonæ dardanarii. lupinarij: Caupones tabernarii. hospites: stabularii. Popinarij. popinaruq; institores biberarii. botularii crustularii. Sed & structores & lactarii & pomarii. herbarii & seplasiarii. & medicamentarii omnes: omnisq; deniq; forensis turba: quod genus & olitores fecitoresq; sunt.

Post hos & ipsi corporis agentes curam tonsores: balneatores. pilecripi. alipili. mediastini. mango- nes. alipræ seu pedotribæ Ciniflores Arcularii Propolæpigmentarii. Coronarii: cosmetæ: funerarii. li- bitinarij: designatores: præficæ.

In tertio quasi genere numerentur αὐτοχέει ποβιοτοί illi quales fabri. sunt omnes Tignari cemen- tarii materiarii. Ferrarii. ferrarii. Tum plaustrarii. carpentarij & uehicularii sed & Pegmarii & Auto- matarii: Tum aurifices. Inauratores Brattearii. monetales Argentarii Vascularii Musuarii Gemma- rii. dolearii. figuli. Tectores. Imbricarii Carbonarii Calcarii Laterarii Fornacariiq; Cæteri Lapida- rii Lapidæ Serrarii Tomatores Loricarii Telorumq; artifices & claustrorum. Postremo etiam Fribu- larii omnes Vitrearii Sulphurarii.

His adiiice Lanarios Sericarios Linteones Bracarios. Follones textores infectores lanificas Lanipen- dias Carminatores Pannicularios Sagarios Palliones interpolatores farcinatores: patagiariorum: flaneati osuiolarios: manulearios: molochinarios: semisonarios Libularios Plumarios Polymitarios Phrygio- nes & qui netū aurū itexunt & netrices & itē funicularios Reticularios Caligarios cerdones. Sutoresq; omnes Calceolarios Crepidarios Solearios Veteramentarios. & item zonarios.

Deniq; his Notarios Pragmaticos Scriuarios Exceptores: Ab actis a memoria: a libellis Subadiu- uas Calculatores. Commentarienses. Ab epistolis Scribas Librarios Bibliopolas Chartularios Ca- psarios Nomenclatores.

Præterea Nautas Gubernatores Remiges Epibatas Pausarios Proretas. neulcos Helciariorum Vectores Nauicularios Ratiarios.

Ad hæc Stratores Tabellarios cursores cisiarios Muliones: agafones proxenetas uictimarios: mansue- factarios institores omnes Item præcones: coactores uenalicarios: foricarios.

Nam quid ego Nummularios commemorem: accarios: mercatores negociatoresq; alios?

Quid & illos Nugatorios artifices Petauristas circulatorios funiambulios Neurobatas Tichobatas Saccularios Pilarios.

Sed etiam uideo de fece haurimus. Itaq; mox paulo meliora.

Sequitur grammaticæ quæ uel methodice uel historice uel mixta est. Methodice in loquēdo & scribē do est. Historice in legēdo & enarrando. Cōmunis in iudicio. Grāmatics infantia. Grāmaticistice a græ- cis a Varrone litteratio uocaf. Hic litteræ syllabæq; cum suis uel fastigijs uel longiudinibus: Hic oratio nis partes & proportio & inæqualitas. Et uitia duo Rusticitas & stribiligo & orthographia: & item pe- des metaplasmi: tropi: schemata: glossemata. Nota. suspensio. distinctio. clausula. Vocis elatio. depres- sio. flexus. concitatio. mora. Posturæq; tractant: & qui legendi. qui reiciendi. quid in quoq; probandus. qui cuiq; præponendi: quæ sit in his œconomia: quod ue decorum. præterea rhetorum progymnasma ta quidam grammaticis attribuerunt.

Historia uel fabularis uel ad fidem. Fabularis aut uoluptatis ut in argumentis comicorum: aut adhor- tationis gratia. Hæc aut argumētum habet ex ficto. ut in Æsopis fabulis: aut ex ueri soliditate: quæ aut per turpia contextitur. ut in quibusdam poeticis figmentis: aut pio tegitur uelamine quod solum genus philosophi ueteres admiserunt. Ad fidem historia de locis est ut geographia uel de temporibus ut chro- nice. uel de natura ut animalium plantarum uel de gestis rebus ut annales: historiæq; cæteræ: quarū ele- menta sunt personæ causæ. locus. tempus. modus. instrumentum materia: res. stilius in historia fufus & continuus non perihodicus nisi cum prosopopeias asciscit in contionibus.

Dialecticam primus latinitate donauit. M. Var. quæ sex normis utitur. Etenim de loquēdo de eloquē do de proloquendo. de proliquo summa. de iudicādo: de his quæ dicenda sunt quærit. In loquēdo sunt illa. genus. species. differentia. proprium. accidens. definitio. totum pars diuisid. partitio. tum no-

hiade  
hiloso  
Senato  
n quidē  
re tamer  
nia ge  
us ea cō  
tus testa  
q nō ope  
enda: De  
adquisi  
reditoris  
affiones  
peribus  
uidendū.  
itia. Peri  
ī acie no  
ut defen  
rnæ clas  
nstructio  
riæ: ac Di  
æ: Oua  
itegema  
Itaq; pri  
uenatio:  
meratur:  
cognitio.  
a Forma  
p. Genus  
s: agrestis  
eliquū in  
rta circui  
a paratur.  
es posteri  
Gurdi. Co  
genus. In  
it marina  
ē uenator  
quæ quas  
ius partes  
publicorū  
us habēda  
unis est: sic  
Hæc Sym  
mpeda pe  
o cuius par  
l totam cor  
conueniāt  
tractusq; re  
a Pædester  
pellat.  
Scenici

mina illa quæ sunt æquiuoca. uniuoca. pluriuoca uerba quæ sua: quæ ue aliena rebus. Ad hæc Substantia. qualitas: quantitas: ad aliquid. facere. pati. situs. quoniam ubi habere. Tum opposita quotiens dicuntur. quotiens illa Simul. prius. motus. in eloquendo autem illa. quid nomen. quid uerbum quod ex his iunctum. quæ subiectiua sententiæ pars. quæ declaratiua. qui modus utriusque quatenus nomen accipiat aut uerbum. quatenus perfecta sententia proloquium sit in proloquendo autem. Quæ differentie proloquiorum: quantitate qualitate. Quid uniuersale: quid particulare: quid inde finitum: quæ sint aientia. quæ negantia. quæ uel habeat singula: quemadmodum iter se affectæ sint uniuersales: particulares: dedicatiuæ. abdicatiuæ: de quibus conueniunt: icogruæ suppare: alterutra. In summa proloquiorum: Quid sumptum: Quid illatio Quid rōcinatio: Quid conclusio: quæ prædicatiua rōcinatio: quæ cōditionalis: & quid interfit: Quot & quæ formula: prædicatiui cōditionalisque generis Quot in quaque formula modi sint Vtrum idem ordo sit & eiusdem ordinis: quæ ratio. Post in conditionalibus quot primi necessarii sint modi: quis ordo: quo differant in iudicio refellendi regulæ sunt: quibus cauilla & captentulæ discernuntur: Reliqua pars in locis est: qua uel maxime oratores utuntur: Et in diuisionibus item & in finitionibus ars ingens.

Rhetoricæ materia duplex Vbi & unde fiat oratio. Prior in questionē diuiditur & causam. In ea partes officii considerantur & orationis. Officii sunt illæ. Inuentio: dispositio: elocutio: memoria: & pronuntiatio. Inueniuntur quæstiones: genera: Naturæ causarum & ductus: tum illa quibus fiat fides: Quæstiones quæ principales quæ ue incidetes. In principalibus an sit: quid sit: unde status fiunt illi rationales. Coniectura: finis Qualitas. Mox & legales: Equibus alii propagantur & iudicatio emergit. Causarum genera: Demonstratiuum deliberatiuum: Iudiciale. Rursus honestum: admirabile: humile anceps: obscurum: Natura simplex: multiplex: Ductus ex consilio nascens Simplex: subtilis: figuratus: obliquus: Mixtus. Fides conciliando fit docendo: permouendo. Conciliamus in principali. Docemus in narratione. Permouemus in epilogis. Conciliamus ex persona & re. Persona uel auditoris uel rei uel oratoris: uel aduersarii. Re uero honesta & utili. docemus argumentis artificialibus: aut inartificialibus. Priora uel insunt negotio: uel negotium attingunt. Insunt a toto parte Nota Attingunt a coniugatis: genere forma: simili Differenti contrario: coniunctis. Antecedentibus: consequentibus repugnantibus: causis Effectus: comparatione maiorum: Minorum. Parium. In artificialibus uero Scriptura. authoritate: necessitate. Commouemur miseratione. odio: Inuidia: Metu spe Ira: & similibus Dispositio naturalis est ordinem tenens: & artificialis pro ratione causæ permutans. Elocutio fundamentum habet & fastigium Fundamentum latine & plane dicere. Fastigium copiose & ornate. Cuius ratio duplex in singulis & copularis uerbis. Signa propria & Translata. Propria antiqua & noua. Translata inopia: decorisque gratia. Copulara Constructio: Conclusio. Figuris. Ita coagmenta: perfecta uenusta. quæ rursus uel cōtinuata & fusa: qualis in historia uel perihodica quæ rursus uel mēbris cesisque constat & ambitu: uel monocolor est Memoria uero Naturalis & Artificialis. Hæc partitione constat: & locis & imaginibus. Pronuntiatio autem Voces uultus: gestu cultu & habitu oris continetur.

Orationis partes Exordium. Narratio: Propositio: Argumentatio: Peroratio: Exordium attentus docilem beniuolum præstat auditorem. Narratio aut Historia: aut Fabula: aut Argumentum: aut Iudicialis assertio. Cuius elementa Personæ: causa: Locus: Tempus materia: res. Esse autem dilucida: uerisimilis breuisque debet. Et est aut ipsius cause: aut incidens aut continuata: aut partilis: & narramus augentes. Attenuantes. Prætereuntes. Docentes: monentes: Gratiam uel inuidiam comparantes: & item digredientes. Propositio aut nostra est aut aduersarii: aut cōmunis aut principalium aut incidentium: aut Simplex aut Coniuncta. Rursus aut Simplex: aut per inductionem. Postremo uel nuda uel rationi subiecta: uel summatim uel partibus. Argumentatio aut confirmat aut repræhendit. Peroratio Enumeratione constat Indignatione: Miseratione. De poetica breuius dicendum: quod & sæpius hoc ipso loco ea perorauimus & in nutriciis eidem satisfecimus: & multa cum superioribus disciplinis habet communia. Prima species illius est quæ metro heroico: fabula allegorica historica uetusta & suo quodam dicendi genere utitur. Altera eorum qui uersificatores appellantur. Tum Lyrici: Tragicæ: Comici: Satyrici suis & ipsi partibus distincti: Mos Elegiaci & utriusque Satyræ scriptores & Iambici. Bucolici: Asmatographi Monodi. Epigrammatumque authores: Tū illa obscuriora Poematū genera Ithyphellicem: Maneris Borimus. Lytiefes. Et item qualis Centaurus ille Chætemonis quæ cōmuni uocabulo poemata dicuntur. Triplex autem genus Dramaticon: Exegeticon Mixtum. Characteribus: autē cōstant Longo: breui medio: florido. Quippe finitimus Oratori Poeta est. ut Cicero inquit Sicut numerus astrictior. ita uerbis licentior.

Reliqua diuinitio est: quæ Prophetia quoque dicitur a nostris: Hæc ut ait sacer Chrysofostomus: aut spiritalis aut naturalis. aut artificiose: aut popularis: aut damnata est: & profana. Spiritalis Ecstasi uoce. parabola afflatu uisione. Visioque ipsa triplex Oculis: imaginatione: mente. Naturalis: Brutorum: furentium: dormientium. Bruta enim sicut Hirundines: Formicæ. Grues Alcedones Erinacii aduentantem præsentiant himen. Furor est autem sicuti Plato ait quadruplex: Vatum Poetarum: Bachorum: amantium. Visa dormientium aut insomnium sunt aut somnium. In somnio Phâstasma occurrit quod uisum Cicero appellat: & Epialtes qui latine incubus dicitur Somnium: Viso. & Oraculum: quæ græce ἀραμα & ἄραμαστις λέγουσιν dicuntur. Insomnium diuinatione caret. Ex cura animi corporis. & fortunæ. Somnia uel

nia uel mundan  
nia inter  
ticon: A  
principia  
res uenti  
nec: cate  
genere l  
qui uola  
omnia a  
nantes  
Nomin:  
primis q  
ut q̄ pro  
Alphite  
tia Tyro  
proffus

Ar



nelcio  
atq; af  
quid in  
dētibu  
comā l  
git. Va  
bula o  
credas  
es null  
sibi oc  
ret. Sef  
& sua r  
uerum  
ta me  
tis nut  
prodiu  
sophu  
quod e  
nam h  
neq; h  
us pud  
petitur  
eo age  
sis nō  
ntis n  
renatu  
ratitat  
us. Ign  
Supra  
regiā c

nia uel Vheorematica uel allegorica sunt. Hæc autem uel propria: uel aliæ uel communia uel publica mundana: quorum coniectura fit naturalis lege cōsuetudine. arte: nominibus: definitione: Qui uero somnia interpretantur Coniectores dicuntur a nostris. Extantq; libri adhuc Daldiæi Artemidori: Onitocriticon: Artesiosa est qua medici: qua consiliarii: qua gubernatores utuntur. Nam & medici morborum principia momenta: finesq; præsciscunt: & consiliarii: quid expediat in posterū coniectant & gubernatores uentorū tempestatūq; præuident uarietates. Popularis dicitur: quæ uulgo nota: sicut hiemem: deinde: ceterasq; deiceps temporum perihodos futuras Etrema illa est quæ malo adscribitur demoni quo genere Pythia: Dodonidesq; sūt & item dinaculi cæteri: ut Omoplatoscopi ut etiam qui extat pelcudū: qui uolarus: qui cātus auium: qui monstrat: qui tonitrua: qui fulgura: qui sidera: qui sortes: qui symbola omnia auspicia qui sternumenta: qui mustelarum: qui murium uel stridores uel occurfus: quiq; aures tinantes oculos salientes: Foliorum crepitacula: pomorum semina in sublimē iactata Bacilla: Cortices Nomina: imagines: Phialas: specula & mille id genus alia obseruabant. Tū illa quoq; pars damnata: imprimis quæ uel malos Genios cōsulit uel deos euocat manis cuiq; Magicæ nomen fecimus ut q̄ Pytōes ut q̄ profitebantur Engastrimythoe: ut itē Necyomantia: Sternomantia: Alectromantia: Pyromantia: Alphetomantia: Aleromantia Crithomantia: Aeromantia: Hydromantia Geomantia Astragalomantia Tyromantia: Gyromantia. Sed & Chiromantia & item Conscinomantia: multaq; id genus alia uana prorsus & deridicula quæq; iam merito silentii nos admonent.

Angeli Politiani prælectio in Priora Aristotelis Analytica.

Titulus Lamia.



Abulari paulisper lubet Sed ex re: ut Flaccus ait. Nam fabellæ etiam: quæ aniles putantur: non rudimentum modo: sed & instrumentū quādoq; philosophiæ sunt: Audistis ne unq; Lamia nomē? Mihi quidē etiā puerulo Auia narrabat: esse aliquas in solitudinib; Lamias: quæ plorātes glutirent Pueros. Maxima tūc mihi formido Lamia erat: maximū terricolū. Vicinus quoq; adhuc Fesulano rusculo meo Lucēs Fonticulus est: ita enī nomē habet: secreta ī umbra diletescens: ubi sedē eē nūc quoq; Lamia: narrat mulierculæ quæcūq; aqua tū uentitat: Lamiam igit hanc Plutarchus ille Choronaus: nescio doctior: an grauior: habere ait oculos exēptiles: hoc ē: quos sibi eximat: detrahat cū libuit. resumat atq; affigat: quēadmodū senes ocularia specilla solēt: quibus hebescenti p ætatē uisui opitulant: Nā & cū quid inspectare auēt: insertant q̄si forfici nasum. Et cū satis inspectarūt: recūdūt in theca Quidā uero etiā detribus utuntur aque exemplilibus: quos nocte nō aliter reponūt: q̄ togam sicuti uxorculæ quoq; uestræ comā suā illam depēdulā & cinnos. Sed enī Lamia hæc: quotiēs domo egredis: oculos sibi suos affigit. Vagaturq; per fora: p plateas: p quadriua per angī portus: p delubra: p thermas: p ganeas: p concilia bula omnia: circumspectatq; singula: scrutatur indagat. nihil tā bene obtexeris: ut eā lateat. Miluinos eē credas oculos ei: aut etiam emisficios: sicuti Plautinæ aniculæ: nulla eos pterit quālibet idiuidua minuti es: nulla eos euadit: quālibet remotissima latebra. Domū uero ut reuenit: in ipso statū limine demit illos sibi oculos: abicitq; ī loculos: ita semper domi cæca semp foris oculata. Quæras forsitan: domi quid ageret. Sessitat: lanā faciens: atq; interi cantilat: Vidistis ne obsecro unq; Lamias istas uiri Florentini: quæ se & sua nesciunt: alios & aliena specularunt. Negatis? Atqui tñ sunt in urbibus frequentes etiamq; in uestra uerum presonatæ incedunt homines credas. Lamia sunt. Harū igitur aliquot prætereuntē forte cōspicant me substituerunt: & quasi noscitant: inspexere curiosius ueluti emptores solent mox ita inter se detortis nutibus confusurrarunt. Politianus est: ipsissimus est: Nugator Ille scilicet: q̄ sic repente philosophus prodiit. Et cū dicto auolarunt: quasi uestpæ dimisso aculeo. Sed qd̄ repente me dixerunt prodiisse philosophum: nescio equidē: utrum ne illis hoc torū displiceat philosophū esse qd̄ ergo profecto nō sum: an quod ego uideri uelim philosophus: cum longe absim tñ a philosopho. Videamus ergo primum quod nam hoc sit animal qd̄ homines philosophū uocant: tū spero facile intelligetis: nō esse me philosophū neq; hoc dico tñ. quo id uos credam credere sed ne qs fortasse aliquādo credat: nō quia me nominis isti us pudeat: si modo ei possim re ipsa satisfacere sed quid alienis titulis libēter abstineo Ne si forte suas re petitum uenerit olim: Grex auitū plumas: moueat cornicula risum. De hoc igitur primū mox etiam de eo agem: utrum ne esse philosophum turpe: ac malum sic qd̄ nbi docuerimus nō esse: tum de nobis ipsis nō nihil: deq; nostra hac professione loquemur. Audiui equidem fuisse olim quēdam iuue natis magistrum: candidatum semper & capillatam femore etiam aureo conspicuum. natum sapiens: ac renatum. Nomen ille erat: Ipse. Sic discipuli certe uocabant sui. Sed eos discipulos. ut ad se quēq; receperat statim prorsus elinguabat. Præcepta uero si ipsius audieritis: risu scio disfluētis. Dicam tñ nibilo feci us. Ignē aiebat: Gladio ne fodicatus: Stateram ne transfilitio: Cerebrū ne comedito Cor etiā ne comedito Supra sexarium ne sedeto. Maluā transferro. Sed eam ne comedito: Aduersus Solem ne loquitur Viam regiā declinato: Per semitas ingreditor: Cum lecto surges: stragula complicato: Vestigiūq; corporis cō

fundito: Anulo ne gestato: Ollæ quoque uestigium turbato in cinere: Hirundines intra domū ne admittito: Contra solē ne meito: Speculū ne spectato ad lucernā: Dextere pedē priorē calciato Sinistrum priorē lauato: Unguium criniumque tuorum præsegmina. ne conmingito: sed in ea despuito. Hic idē faba quoque sic semper abstinuit. ut Iudæus Porco: Siquē autē aliquando Gallū gallinaceum candidula pluma inuenisset: eū uero protinus: in germani fratris diligebat loco. Ni cachinnos metuam: qui iam clanculuz puto ebulliunt: habeo aliud quoque quod narrē: sed narrabo tamen: uos ut iubet ridetote. Bestias docebat: tā feras: quā cicures: Et fane Vrfa daunia quædam fuisse memoratur: magnitudine horribili feritate formidabili Pestis acerbā bouum atque hominū. Hanc ad se hic uir: si modo ipse erat uir blāde uocauit manu pmulsi: Domi habuit aliquādiu pane afuit: & pomis Mox dimisit: adiurās. ne quod aīal post id attigeret. Illa uero in montes suos: & siluas abiit mitis: nec animantium deinde obfuit cuiquā. Vultis ne etiam de Boue audire. Bouem Tarenti: in agro quodā pascuo forte conspicatus: uiridem adhuc fabaciam segetem: morfu truncantem rogauit Bubulcū: moneret bouē suū: ne illā depasceret: Huic Bubulcus illudēs: Atqui inquit bouarim: loqui nescio: tute si scis potius moneto: Non cunctatus ipse accessit propius: & in aurez boui illi diutule locutus impetrauit: non modo ut impræsens sed ut etiā imperpetuum pabulo fabacio abstineret. Itaque Bos ille Tarenti deinde molliter consenuit: in Iunonis fano sacer habitus. cibisque hominum uesci solitus: quos illi obuia turba offerebat Hic igitur ipse: tā potentosæ sapientiæ pfeffor: ac uentiditor: interrogatus olim a Leonte Phliastorum tyranno quid hominis esset? philosophum se esse respondit. Iterum rogatus quid sibi illud uellet inauditum antea nomē: Ea enī sibi ipse tunc extempore confinxerat: Vitam ait hominum perinde esse: ut mercatum: quod maximo ludore apparatu totius græciæ celebritate habeatur. Multos enim eorum fluere. mortalis: alios alia causa: Quosdam enim ut mercimonia sua uederent: & friuola: quæ tentoriola etiā passim: & umbacula quasi laqueos: & retia tendunt pecuniolæ: Quosdam rursus ut sese ostēteret: ac suas exhibeant dotes. Ibi ergo pariter uiuantur: & qui discum procul expellit: & qui pondus robuste attollit: & quæ spatii plurimum trasilit: & lucta plurimos deicit. & qui cursu longissime præuolat. Ibi & Eunerepus periclitatur: & Paturista iactatur: & Saccularius Præstigiatur: & Venenarius inflatur: & Diuinaculus hallucinatur: & Aretalogus nugatur: & Circulator illudit: & Gladiator eludit: & Orator blanditur: & Poeta mentif. Postremo alios liberalius institutos. coire ad ludos eos aiebat: ut loca uiferent: ut ignotos homines: artesque: & ingenia: & nobilissimorum opera artificū cōtemplaret. Ita igitur: & in hanc uitam diuersis homines studiis conuenire: quorum alios pecuniæ desiderio: deliciarumque teneri: Alios principatus: & imperii cupidine sollicitari: Alios gloriolæ stimulis agitari: Alios uoluptatum blanditiis titillari. Sed inter omnis præcellere tamen eos: & esse quæ honestissimos: qui regē pulcherrimarū speculatione contenti sint: Cælūque hoc spectent: solemque & lunam: & siderum choros: Solem quæ sit ipse fons luminis: Lunam: quæ inde lucē hauriat tam uariā: tā inconstans: Sydera quoque: uagentur: alia hæreant: alia in uestigio semper omniaque nihilominus rapiantur qui tamen ordo pulchritudinē habeat ex illius participatu: quod intelligibile primū sit quodque ipse numerorum rationumque naturam interpreta batur: quæ per uniuersum decurrens: & cōmeans: arcano quodam uel ornatu: uel ordine: cuncta deuinciret: Quotcunque igitur pulcra: diuina sinceraque primo. hoc est in fonte ipso sint: eundemque tenorem peragentia: horum esse sciētiam quandam quæ sophia nominatur id nomen latine sapientia est: Eiusque philosophiæ studiosum modo esse philosophū. Olim autem apud seculum præscum. sapientes appellari consueuerant: etiam qui Secularias: quasdam callebant artes. Vnde Vates Homerus fabrū quoque lignarium sapientem uocat. Sed extitit Atheniensis quidā senex: altis eminens humeris: ut aiunt: quem etiam Putant homines Apolline fatum. Hic sapientis esse negauit eas artis: quæ plerisque uitæ inseruiant: siue illæ necessariæ: siue utiles: siue elegantes: siue ludicæ: siue auxiliaries sint. Propriā autē philosophi esse supellestiliē dixit: numerorum scientiā: Quos inquit a natura hominis si remoueris: & iam ratio perpetuo perierit. Numeros autē ille nō corporeos accipiebat: sed ortū ipsum potestatemque patris: & imparis: quatenus rerum naturæ consentiant Post hoc etiā Deorum atque animantiū genituræ quæ Teogonia Zoogoniaque uocentur & item siderum cognitioni uocatur dicebat. Lunæque circūmitū: quo menses includantur: quo plenilunia fiant: ac Solis anfractus indagatur: brumas & solstitia peragentes uicissitudinesque dierum: & noctium: commutationesque tēporū quadripartitas: Ad hæc stellæ: quinque uagantium errores minime unquam errantes earumque cursus: prægressiones: stationes: Tum fixa certis locis astra quæ mira quadā tamen celeritate. cū cælo ipso in aduersum rotentur: & rapiant. Huic accedere aiebat oportere eā: quæ ridiculo nomine Geometria uocetur: In qua numerorū similitudo conspicitur a Planis ad solida progrediens: ubi ratione cernuntur rationes ex quibus tota sonorū scientia conflatur: Illā tamen imprimis necessariam esse artem: qua uerum a falso dinoscitur. qua mendaciū refutatur: sicuti e diuerso: esse occupatissimā uanitatem: quæ artificium hoc nō sequitur. sed simulat: uerūque colorem fūco mentitur. Ut autē peruenire ad intellectū naturæ eius tādē philosophus possit quæ semper est quæque sub corruptione generationeque non fluitat hanc ei quā diximus terēdam esse aiebat uiam: disciplinaque has difficiles an faciles omnino perdiscendas: aut certe Deum fortunamque inuocandā. Sed enim talem hunc philosophum nasci etiam affirmabat oportere: idē senex: e matrimonio sacro: hoc est ex optimis parentibus. Nō enim ex omni ligno sicuti dicitur: Mercurius fit: Ut autem rami: & surculi: prauis tortuosisque natura: minime unquam redigi ad uigorem

gorem f  
currunt  
est uilissi  
sunt. Si a  
bantur:  
corporu  
aiebat h  
esse: & h  
quod in  
res aduc  
confrag  
as. Sed c  
datum  
lut infig  
sopho c  
ros sopl  
si sciren  
sed in hi  
tenus o  
auri spl  
anium  
la: quas  
dicabit  
scilicet:  
sed ant  
Atque ut  
Talem  
peffor  
hac qu  
rariore  
rior C  
zibusia  
an mal  
August  
Domit  
nenses  
tas Am  
erat ph  
nis con  
quoda  
enim n  
Magis  
mur se  
homo  
librum  
oris au  
quæ ec  
aut uiri  
Socrat  
pro qu  
teris o  
tis con  
mirum:  
Nonno  
lum ui  
simus:  
ac rum  
illa est  
dum u

gorem suum queunt: quis manu tractentur: & emoliantur. Sed ad naturalem illam statim prauitatem re-  
currunt. Sic hi qui parum nati honeste parum educati ingenue sunt continuo ad humum spectant: hoc  
est uilissima quædam ministeria adamant: nec in sublime animos attollunt: nec recti unquam: nec liberi  
sunt. Si autem Elei Pisei uel apud quos Olimpia celebrari solita neminem se nudare ad certam illud patie-  
bantur: nisi qui parentes: & stirpem generis: docere possent: labe omni carere. Nec tamen ibi animos: sed  
corporum certamen agebatur. nec præmium aliud petebatur: quàm corona ex oleastro: cur non idem quoque  
aiebat hic senex: in uirtutis certamine obseruetur. Porro hunc & ipsum: ueritatis indagandæ studiosum  
esse: & habere quæ plurimos eiusdem studii socios: adiutoresque uelle. scilicet qui norit: euenire idem in philosophia:  
quod in uenatu: Siquis enim feram solus uestiget: is eam: uel nunquam: uel ægre depræhendet. Qui uenato-  
res aduocet alios: facile ad ipsum cubile perueniet. Et in hac igitur ueritatis quasi uenatione: loca abrupta  
confragosaque sunt plurima: arboribus clausa circum: atque horrentibus umbris: quæ lustrare solus neque-  
as. Sed quæ admodum Gentilitiæ quædam familiarum notæ feruntur: ut Seleucidarum ancora: Pelopi-  
darum eboreus humerus: Aenobarborum rutilia barba. Sic philosophi omnes habere hoc in primis ue-  
lut insignæ debent. Vt sint mendacii censors: ueritatis amatores: quæ aliquod mendatum quoque philo-  
sopho congruit: Vt cum seipse & sua extenuat: Quali Socrates ironia fertur eleganti usus: aduersus illa  
ros sophistas: ut qui ab homine refellerentur: imperitum agente facilius intelligerent: quàm omnino nihil ip-  
si scirent. At uero si qui etiam sibi illa impudenter affingunt: unde absunt longissime molesti ubique sunt.  
sed in his præcipue studiis. Enim uero pecuniarum quoque abesse amor debet. Nec ultra quærendum quæ qua-  
rens ocium suppeditetur philosophiæ. Non enim uir bonus mihi erit unquam: qui uelut oculos honesti: ad  
auri splendorem summiserit: quique de partione turpi: fidem suam prodiderit: & integritatem. Nam sicuti  
aurum igni uita auro etiam homines explorantur. Sed nec arcana cuiusque curiosius: & scrupulosius: ut il-  
læ: quas diximus lamia: rimabitur. Nec scire uolet secreta domus: atque inde timeri. Etenim sapientem iu-  
dicabit: & sopum: qui unquamque hominum duas gestare ait: manticas: seu uocare peras malumus: anticam  
scilicet: & posticam: hoc est alteram in pectus: alteram in tergum propendulam: Plenamque utranque uitii  
sed anticam alienis: Posticam cuiusque suis. Inde homines: uidelicet sua uitia non cernere: aliena cernere.  
Atque utinam obuenterentur aliquando hæ mantice: ut sua quisque intueri uicia posset: aliena non posset.  
Talem nobis igitur: ueri ac legitimi philosophi adumbravit imaginem senex ille atheniensis: qui toto etiã  
pectore supra cæteros fuit. Eumque semper quæ diu uiueret: mortem commentari aiebat. Solumque tamen in  
hac quoque uita felicem esse & beatum. Cæterum inueniri omnino tales: quæ paucissimos: & pene albis esse coruis  
rariore. Nunc si me talem: uel dicam: uel etiam opiner: esse qualem modo philosophum descripsi: stul-  
tior Corcebo sim. Nam & disciplinas illas uix attigi: quæ philosopho competunt. Et ab his quos dixi mo-  
ribus: ac uirtutibus absun longissime. Sed fingite esse me talem. Nam ob id queso culpatus: An uana:  
an mala ars philosophia? Ita certe uisam scio nonnullis olim: præsertimque potentioribus. Agrippina illa  
Augusta: Neronem filium dicitur: ob id a philosophiæ studio reuocasse quod inutilis esset imperantibus.  
Domitianus urbe philosophos: atque Italia pepulit nullum ob crimen: nisi quod philosophi erant Athe-  
nienses Cicuta Socratem: parentem prope ipsum philosophiæ subtulerunt. Fortunatissima olim ciui-  
tas Antiochia: maledictis insectata & cauillis est Romanum principem Iulianum. nihil ob aliud: nisi quod  
erat philosophus: ac barbam qui mox erat ueterum philosophantium: nutrebat. Quid quod & libros om-  
nis comburere philosophorum Tyrannis olim barbarus destinauerat. Et fecisset: Nisi eum Algazales pio  
quodam commento: sed parum tamem specioso reuocasset ab incepto. Verum de his non miror: Scelesti  
enim moribus: & facinorosi: luxuriaque & delitiis corrupti: supercilium ferre non poterant philosophiæ.  
Magis illud miror: toties eam a doctis quoque: & alioqui bonis: fuisse exagitatam. Et quidem quod idigne  
mur secundo populo: hoc est magno successu: magna exagitantium laude: Nam & Romanus Hortensius  
homo eloquentissimus: atque idem nobilissimus: cum philosophiam uituperasset: meruit ut eius nomie  
librum Cicero inscriberet: & illustriorem eum traderet posteritati. Et Dion ille Prusæus: qui prior tulit:  
oris aurei cognomentum: nulla in oratione: cum quidem plurimas ediderit: eloquentior habetur quàm in ea  
quæ contra philosophos est. Et Aristophanes. antiquæ author comediæ nulla in fabula: tantum ueneris  
aut uirium creditur exferuisse: quantum in illa. cui titulum fecit Nubes In qua lepidissime philosophus  
Socratem descripsit: saltum pulicis metientem. Sed & Aristides: ex ea oratione: quam aduersus Platonem  
pro quattuor Atheniensium proceribus scripsit: multo illustrior mihi: & celebrior uidetur factus: quæ e cæ-  
teris omnibus: quas composuit plurimas: cum tamem sit illa expertus artificii: nec ulli rhetorices forme sa-  
tis congruat. Verum tamen: arcana quadam pulchritudine floret: & gratia: nominibusque ipsis: & uerbis  
mirum quantum delectat. Quid ille autem Phlasius Timon: qui Sillos amarulentem composuit opus  
Nonne magnum sibi & ipse nomen ex irrisu philosophorum comparauit. Cæterum non continuo ma-  
lum uideri debet: quo d est a quibusdam reprehensum: Nam & dulcis sapor omnium creditur præstantis-  
simus: qui tamen aliquibus etiamque ualentibus parum gratus. Sermunculi isti hominum: uidelicet:  
ac rumusculi: similes umbræ sunt. Vt autem crescente umbræ uel decrescente: corpus tamen ipsum: cuius  
illa est umbra neque crescit neque decrescit: ita nec melior fit quisquam: dum uulgo laudatur: nec item peior  
dum uituperatur. Quod si philosophum non est: secundum animi uirtutem uiuendum non est. At si

cut animo uiuimus: ita animi uirtute bene uiuimus. Quæ admodum sicuti oculis uidemus: ita oculorum uirtute bene uidemus. Qui bene uiuere igitur non uult: is ne philosophetur. Qui turpiter uiuere uult: is philosophiam ne sectetur. Veniunt ecce in mentem Pythagorei Archytæ dicta quædam: prorsus aurea de libro eius: qui de sapientia inscribitur: selecta. Quæ nisi molestum est: latine ad uerbum referam: Sic inquit. Sapientia in rebus omnibus humanis excellit. Ut in sensibus uisus: In anima mens. In sideribus Sol. Visus enim longissime tendit: plurimasque rerum formas amplectitur. Et mens quasi regina: quod tunc opus est: ratione: excogitationeque perficit: ac uisus quidam uisusque est rerum præclarissimarum. Et Sol ipse: oculus est: atque animus naturæ totius: per quem scilicet omnia cernuntur: gignuntur: augentur fouentur. Homo uero animantium omnium longe sapientissimus. Vim quippe habet illam: qua speculari omnia possit: ac scientiam prudentiamque ex omnibus: elicere. ut in quo Deus ille maximus: ratione quasi uniuersam imprefferit: ac signauerit: ubi rerum species omnium distinguerentur: significationesque nominum forent: & uerborum: sic ut loca: etiam certa uocum: sonis assignata sint. Hastenus Archytas: Mihi autem uidetur & illud: qui philosophari nolit: etiam felix esse nolle. Nam si tunc felices sumus. cum bona adsunt nobis plurima: sed adsunt ita: ut & profint. Nec profunt autem: nisi utamur. Bene autem ut utamur: scientia una facit: Scientiam autem philosophia: uel affectat: uel possidet: profecto ut felices efficiamur: philosophandum est. An quæso nostra curabimus: hoc est corpus: & opes: nos ipsos hoc est animum post habebimus? Ut autem medicina corpus: ita animum curat philosophia. Sed cum tres animi nostri: seu partes: seu uires: ratio: ira cupiditas sint. Prior illa diuina: posteriores. quasi brutæ: num quæso ipsam quidem cupiditatem: id est beluam multorum capitum: præterea quæ iram: ceu furentem Leonem: molliter educabimus? quasque corroborabimus? Rationem autem: quæ proprie homo est: fame cõfici: & esse imbecillam: semimortuamque patiemur? Ut scilicet: huc atque illuc: a monstris geminis: uelut ille fabulis Hippolytus raptetur? & membratim quasi discerpatur: ac dilanietur. Quod si uitam refugimus solitariam: ciuilem uero sequimur: & urbanam: nonne intelligemus esse artes in ciuitate: quæ uitæ commoda suppeditent. Esse alias item quæ illarum utantur opera. Rursus alias quæ famulentur: alias quæ imperitent. Inque his utpote nobilioribus etiam bonum ipsum præcipue reperiri. Sed quæ sola iudicium teneat rectum: quæque ratione ipsa utatur: atque uniuersum bonum contempletur. ea certe uel uti uel impetare omnibus suapte natura potest. Talis autem præter philosophiam nulla omnino est. Cur igitur pudeat philosophari? At inquires: difficilis nimium philosophiæ cognitio est. Immo uero: si uestigiis indagetur: nulla pene ars ingenua cognitu facilior. Semper enim quæ priora sunt: notiora posterioribus. Et quorum natura melior: eorum quoque facilior intellectus: quæ quorum deterior. Sit huius argumentum facilitatis & illud: quod ad maximum incrementum breui peruenit philosophia: nulla etiã propostita recede. Et quotus quisque est ingeniosorum: cui non otium sit in uotis: ut philosophari liceat. Hoc autem profecto non fieret: si philosophari labor: ac non potius uoluptas esset. Quid: quod exercere id studiũ semper meditarique possumus: ut quod nullis extrinsecus indigeat instrumentis ut cui nullus incongruens sit locus? Vbi: ubi enim fueris: presto erit ueritas. Sed ut non difficillima: præceptum philosophia est: ita nec obuia cuique tamen: & exposita. Vigilantibus enim se: non dormientibus ingerit. Nos autem ita ridiculi sumus: ut uilissimæ æruginis gratia: etiam trans Herculis columnas etiam ad indos nauigemus. Philosophiam uero ut adipiscamur ne per hyemem quidem uigilias saltim pauculas toleramus? Sed quod uoluptatem diximus esse in philosophia maximam. quo facilius intelligere possitis: fingite aliquem uobis: cunctis affluentem delitiis: qui nihil omnino sapiat: qui prudentia penitus uacet. An quisquam uiuere huius uitam uolet? Equidem non puto: sicuti nec semper ebrius: nec semper esse puer: nec dormire semper: ad morem Endymionis eligat quispiam. Quamquam enim aliqua etiam in somnis gaudia sunt falsa illa tamen adumbrata imaginaria: non uera: non solida: non expressa sunt gaudia. Cur autem & mortem prope omnes expauescimus? Quoniam puto cuique terribile quod ignoratur: ut quod obscurum quod tenebrosum est. Sicuti contra amabile. quod intelligitur: ut quod apertum: quod illustre est. Inde etiam arbitror situr parentes nostros potissimum ueneremus: quorum uidelicet beneficio factum sit: ut hunc solem: & stellas: atque hanc publicam lucem itueamur. Quin rebus etiam delectamur potissimum: quas consuetas habemus: eosque maxime diligimus: quibuscum diutius uersati sumus. Ac uulgo amicos ipsos etiam notos appellamus. Si igitur quæ nota sunt delectant: cur etiam nosse ipsum: ac sapere non delectet. Ad id: maxime proprium philosophiæ est. Aut igitur nihil agendum in hac uita: nihil expetendum est: aut in sola philosophia tanquam in portu requiescendum. Subiciamus quæso oculis hominum uitam. Quid ea est omnis præter inanem umbram? uel ut significantius ait Pindarus umbræ somnium? Homo bulla est tanquam inquit prouerbum. Nam quantum uiribus ab Elephanto: quantum celeritate uincimur a Lepusculo. Gloria hæc autem fastosa: quæ nos plerumque agit precipites: ut nihil aliud est: quam meræ nugæ? Ut nihil aliud quam nebula. Procul enim si spectes: magnum quiddam esse putes: ubi propinques euanescit. Fortis porro & dignitas corporis pulchra: ob id nobis & honesta: quod hebeti sumus obtutu. Nam si Lyncei essemus: ac penetrare oculis in corpora: & introspicere possemus: etiam formosissimum quemque nauis abundi aspiceremus: adeo nobis multa uisu tetra & foeda: prorsusque deformia occurrerent. Quid obscenas commemorem uoluptates: quibus penitentia semper comes. Age uero quid in rebus nostris

oibus

omnibus  
nostra fi  
in carcer  
absurdu  
nisque sen  
ille Ver  
Mortua  
Compl  
Torme  
Compl



sophan  
si comp  
pulus ce  
gratis n  
iusque pr  
cat unu  
est philo  
aut sen  
dia. Cai  
Quid e  
quantu  
gnosci  
sunt ar  
siderib  
erat ar  
beasque  
Quasi  
cillulæ  
fendat  
deat. E  
atque eff  
ingeru  
effusiu  
tus pl  
debo. E  
Nescit  
silla. Q  
bet e po  
monili  
stravit  
nibus  
illius a  
ac cæli  
inferio  
iore cõ  
Itaque ni  
tur. Ar  
deride  
at in st  
Nec ef  
ista qu  
Plator  
pam f  
rem sp  
culis: a



omnibus: uel solidum uel diuturnum. Nam ut stare aliquid: aut durare nonnunquam putemus: imbecillitas nostra facit: atque æui breuitas: ita quod ueteres opinati quidam sunt. Animas nostras in corpora tanquam in carcerem cōiectas magnorum scelerum pœnas luere: quanquam non omnino uerum: tamen etiam nec absurdum plane uideri potest. Nā cum sit anima iuncta. agglutinataque corpori: ac per. omnis artus. omnique sensuum quasi meatus extēta & explicata. non alio mihi uidetur supplicio affecta quam quo Mezetius ille Vergilianus miseros ciues suos afficiebat. Ita enim de eo canit poeta noster.

Mortua quin etiam iungebat corpora uiuis:  
Componens manibusque manus: atque oribus ora  
Tormenti genus & sanie: taboque fluenti:  
Complexu in misero: longa sic morte necabat.

**N**ihil igitur in rebus humanis: studio: curaque dignum: præter illam: quam pulchre uocat Hora-  
tius diuinæ particulam auræ quæ facit ut in hoc cæco rerum turbine tamen uita hominum  
tuto gubernetur. Deus enim est animus nobis. Deus profecto. Siue hoc Euripides primus  
dicere ausus: siue Hermetimus: siue Anaxagoras. At nulla: inquis proposita est merces philo-  
sophantibus. Ego uero ne desidero quidem mercedem: quoties ipsum quod agitur: sibi est merces. Ergo  
si compedia in Theatro age: aut Tragedia: si Gladiatores in foro committentur omnis eo statim po-  
pulus confluemus spectatum nulla illecti mercede. Naturam uero ipsam rerum pulcherrimam spectare  
gratis non poterimus. At nihil agit philosophia: tantum contemplationi uacat. Esto: Modum tamē cu-  
iusque præscribit officio. Sic autem & uisus in corpore: quod ipse opus nullum peragit dum tamen aut indi-  
cat unumquodque: aut iudicat: ita opifices adiuuat: ut non plus: manibus debere illi se quam oculis sentiāt. At  
est philosophus homo rudis & secors. Et qui ne uiam quidem sciat ipsam qua itur in forum. Nesciat ubi  
aut senatus habeatur: aut populus coeat: aut lites dirimantur. Leges: decreta: edicta ciuitatis ignoret stu-  
dia. Candidatorum. Conciliabula. Conuiuia. Comestationes: ne somniet quidem. Quid alicubi agatur.  
Quid cui bene cesserit: aut male. Cui sit uxorie. Cui paternæ maculæ: cui suæ magis profecto ignoret: quam  
quantus numerus Libyæ harenæ lasarpici feris iacet Cyrenis. Adde quod nec uicinum quidem suum co-  
gnoscit. Nec sit utrum sit albus an ater: utrum sit homo an belua. Sed nec illa ipsa cernit interdum quæ  
sunt ante pedes. Itaque irrisus ab ancilla Thressa Thressa Milesius Thales dicitur quod nocturnis intētus  
sideribus in puteum dici derat. Stulte enim inquit illa: o Thales cælū uidere studes: qui non uideris quod  
erat ante pedes. Ergo si hominem hunc adducas in curiam: aut ad prætorem: aut item in concionem: u-  
beasque de his dicere: quæ tractentur quæque ante oculos: interque manus sint: hæsitet: titubet: stupeat: caliget  
Quasi uolucris sit implicata uisco: quasi ad Solem uespertilio: risumque de se præbeat non uni Thressæ An-  
cillulæ: sed lasciuis ipsis pueris abacum conscribellantibus: ita ut ab eis uix barbam quoque illam suam de-  
ferat baculo. Quod si quis eundem conuicio feriat. Tacet. Mutus est: nihil habet omnino quod respō-  
deat. Etenim aliorum nescit errata. nec in cuiusquæ uitia inquisiuit: Tum si quis laudat sese: præmodum  
atque effert ausculat ipso Siquis Regem Tryannum uel aliquem beatū prædicat. Siquis latifundia mille  
iugerum possidere se iactat. Siquis generis claritudinem repetit a Tritaio. Desipere hos omnis putat &  
effusus rider: Nescio utrū quia nimis insolens: an quia delirus. Talis profecto est inquisiens præclarus iste  
tuus philosophus: non minus credo a te sine causa quam sine fine laudatus. Quid ad hæc dica. Quid respō-  
debo. Equidem cuncta esse fateor ueriora ueris. Nescit forum philosophus. Nescit lites. Nescit curiam.  
Nescit hominum conuenticula. Nescit flagitia. Partim aliena putat hæc a se. Partim minuta nimis & pu-  
silla. Quo circa despicit ac tube hominum sordidæ: relinquit. Ut quibus idoneus esse possit: etiam quili-  
bet e populo. Themistocles ille Dux magnus: quum cæsas a se in littore Barbarorum copias inspectaret  
monilia forte quædam: & armillas aureas iacentes conspicatus præteriens ipse comiti cuidam suo mon-  
strauit Et Tolle inquit illa tibi. Non enim tu es Themistocles. Ita ergo & istis abstinet philosophus. Ut  
nilibus: ut parum se dignis. A deo quoque interdum nescit ea: ut etiā nescire se nesciat. Peregrinatur enim semp-  
illius animus: & multa leuatus aura: quasi ille Dirceus Horatii Cygnus. Tendit in altos nubium tractus:  
ac cæli terræque mensor: & naturæ conscius: dum totum lōge: & late circumspicit orbem. Effugiūt curas:  
inferiora suas. An uero ille aliud Regem putabit quam subulcum. aut opilionem. aut busequam. Sed eo pe-  
iore cōditione: quo peioribus imperat Peiores enim bestiis: etiamque inmanibus imperiti sunt homines.  
Itaque nihil ille aliud mœnia ciuitatum quam septa aliqua putabit: & caueas: quibus efferrī ille greges includā-  
tur. An ei magna esse uidebuntur: agri mille iugera: cui terra ipsa puncti instar uidetur. An is non eum  
deridebit: qui se generosissimum putet: quod a uos quinque forte aut sex nobiles numeret & diuites. Cū sci-  
at in stemmate cuiusuis: & serie generis prope innumeros inueniri & seruos & barbaros: & mendicos.  
Necesse regem quenquam: qui non sit e seruis natus: nec item seruum cui non origo sint reges. Omnia enī  
ista quæ distant longa ætas miscuit. Sed imaginem uolo uobis elegantissimam referre. Iam blīchi illius  
Platonici: quem ueteris Græciæ consensus uocare diuinissimum solet. Finge inquit tibi speciosam quæ-  
piam speluncham: recedentem quam maxime introitus. Cuius excelsæ ad lumen pateant fauces. In eius au-  
tem speluncæ penetralibus fac esse homines: qui ab ipsa usque infantia illic sederint habiti semper in uin-  
culis: atque his ita restricti: ut neque ad fauces illas conuertere se: neque commouere quoquam. Sed nec intueri

quicquam ualeant: nisi quod e regione sit. A tergo autem: supraque eos procul maximus quispiam luceat ignis. Interque ignem ipsum: & quos diximus uinctos uia sit quasi sublimis: & alte pensilis: iuxtaque uiam paries. Tum per eam uiam gradientur plurimi: uasa instrumentaque alia manibus gestantes: & animalium effigies uel lapideas: uel ligneas: uel materia quauis alia: quae tamē gestamina omnia dum transeuntur extent supra eum quem diximus parietem. Qui autem homines illa baiulent: alii quidē taceant ut sit: alii inter se colloquantur. Denique sit Scena ista omnis: quasi cum praestigiatores interiecto uelo: supra id uelum minutas quasdam nobis ostentant imagunculas: quasiq; pupas ridicule loquaces: ac gesticulatrices rixantes inter se: concursantesq; per ludicrum. Quid autem sibi. inquit: uult imago haec tam exquisita: tamque absona. Dicam. Credamus nunc eos homines: quos dixi immobiles & astrictos uinculis esse haud absimiles nobis. Quid igitur hic uidebunt? Se quidem certe ipsos non uidebunt. Sed nec inter se uincti uinctos: nec item gestamina illa. Nam & sunt ipsi in tenebris: & respectare nequeunt. Puto autem uidebunt umbras eas tantum: quas ille ignis: quem diximus in aduersam speluncam frontem iaculetur. Quod si colloqui etiā illos inter se cōtingeret: credo umbras ipsas ueras plane esse res dicerent. Ceterum si uocis etiā imago illa ludibunda: quae graece Echo dicitur: colloquētib; iis qui praetereant in ipsa illa antri fronte resonet ac resulet. An cēses alium loqui putaturos q̄ ipsam illam umbram: quae transeat? Equidem non arbitror: Immo uero opinor nihil omnino esse uerū: suspicatos praeter umbras. Sed agendum. Soluamus nunc eos: & eximamus uinculis: atq; a tanta: si possumus: insipientia uideamus. Quid eueniet. Credo ubi quicquam ipsorū manicas: atq; astricta uicla leuari iusseris: ubi surgere ocius ac respicere & ingredi: & spectare lucem coegeris: angetur primo & radiis oculos perstringetur: nec aspiciere illa poterit quorum imagines hactenus aspexerat. Quod si quis hunc hominem sic alloquat. Huius tu. Nugas ante hac uidisti. Res ipsas nunc uides. Praeterea si res ei ostendens ipsas interroget: quid unaquaeque illarum sit. Nonne hunc tu putas haesitandum diu & ancipitem: ueriora fuisse illa tamen penitaciter crediturum: quae prius cernebat: q̄ quae nunc ostendatur? Quid si quis eundem cogat egredi aliquando ad puram lucem: nonne oculos ei credimus dolituros? Nonne aduersaturum radios? Coniecturumq; se in pedes: quantum queat: ut ad simulacra illa sua reuertatur quamprimum. Quis dubitet. Age si quis per ardua illum & accliuia ui protrahat ad lumen. nonne indignabit homo & reluctabit. Moxq; sub auris plane euectus torquet aciem prorsus. ut ille Hercules. Cerberus. nec ferre diem: nec illa intueri: quae dicantur bona poterit: nisi paulatim quidem assueuerit. Ergo umbras primum cernet. Dein solis in aqua simulachrum. Tum corpora ipsa fulgoris immunia. Post haec autē etiam in caelum tollet oculos. Ac noctu primum suspiciet lunam & stellas. Mox etiam interdum ad ipsum solem dirigere audebit obtutum. Cogitabitq; secum scilicet hunc esse qui tempora distinguat: quiq; anni uices peragat. Hunc eorum quoq; esse authorem quae ipse antea in antro illo retrospectare erat solitus. Credo quid hic uolubabit animo: quid faciet: quoties carcerem caecum: quoties uicula: quoties uere umbratilem sapientiam recordabitur. Equidem puto gratias dis aget magnas: ingentes: quod inde se emerit tadem: Dolebitq; uicem sociorum: quos in tantis reliquerit malis. Quid si etiam in spelunca laudari: premiisq; affici & honoribus consueuissent: quicūq; simulachra illa: acutius uiderent: aut qui facilius meminissent: quae priora ex his posteriora: quae uel simul excurrissent: aut aut itē qui quasi addiuinarēt quae proxime subitura his foret: an euenturum putamus unquam: ut honores illos: ut laudes ut praemia nostra iste concupisceret. aut his deniq; inuideret qui consecuti illa fuissent. Nō puto. Quin potius credo. Ultra Sauromatas fugere ei liberet: & glaciale oceanum q̄ uel regnare inter istos. Verum redeat iam hic idē quasi post liminio ad illam ipsam sedem inamenam & caecam. Nonne ipse iam cecutiet a sole profectus in tenebras. Nonne si certamen forte ibi ponat: quis omnium acutissime umbras easdem cernat. superabitur hic nocet: & erit omnibus deridiculo. Sic ut uno ore uincti: illi clament Caecum reuertisse in speluncam socium. Periculo sumq; esse inter foras. Tum si qui soluere interdum aliquem ex ipsis tentent atq; ad lucē p̄ducere resistat ille scilicet quisquis fuerit manibus ac pedibus: & trahentium sese. etiam si possit in oculos inuoluet unguibus. Interpretarer sane imaginis huius sensum: nisi apud uos loquerer Florentini magno homines ingenio magna solertia. Nunc illud tantum admonebo. Uinctos in tenebris homines nullos esse alios quā uulgos & ineruditos. Liberum autem illum clara in luce: & exemptū uinculis hunc esse ipsum philosophum: de quo iam diu loquimur. Atq; utinam is ego essem. Non enim tam metuo inuidiam: crimēque nominis huius ut esse philosophus nolī: si liceat. Sed audire iterum uideor lamias illas ita mihi ad haec tam multa: tamq; alte repetita: breuiter & aculeate respondentem. Frustra Politiane laboras ut auditoribus his probes: ac declares philosophum te non esse. Nihil est quod metuas. Nemo tam stultus ut hoc de te credat. Nec autem ipse: cum te repente prodidisse philosophum dicebamus: quod te ut uidemus uerbum nimis urit: hoc uidelicet sentiebamus esse te philosophum. Nec ita imperitae aut p̄posterae sumus: ut philosophiam tibi obiectaremus pro crimine. Sed illud indignabimur. Facere te ne grauiore utamur uerbo: subarroganter q̄ triennio iam philosophum te profitearis: ac nunquam scilicet ante id tēpus operam philosophiae dederis. Ob id enim nugatorē quoq; te diximus: quod illa diu iam doceas quae nescias: quae non didiceris. Audio equidem nunc uero & intelligo quid dicatis: quid sentiat bonae Lamiae? Sed uicissim uos quoq; audite me parumper: si uacat. Ego me Aristotelis profiteor interpretem. Quae

idoneum

idone  
Regi:  
apud  
preter  
est in  
Cous  
Didi  
Hipp  
medi  
storic  
ita r  
hic o  
Critic  
re: sec  
bi. Q  
enim  
tanq  
des il  
bicin  
cean  
latin  
soph  
uos:  
me a  
lim:  
inde  
eti q  
mal  
nec  
stati  
cum  
tu i  
iam  
mili  
usq;  
stam  
est p  
in ei  
stor  
der:  
cusi  
Sed  
ferre  
sistq  
tem:  
is: L  
& p  
min  
bi si  
agg  
mis  
ma  
hoc  
ples  
stot  
stat  
run  
frō  
deb

idoneum non attinet dicere: sed certe interpretem profiteor: philosophum non profiteor. Nec enim si Regis quoque essem interpretis. Regem me esse: ob id putarem. Nec apud nos Donatus poeta & Seruius: apud graecos Aristarchus & Zenodotus continuo se poetas profitentur quoniam quidem poetas interpretentur. An non Philoponus ille Ammonii discipulus. Simpliciusque condiscipulus idoneus Aristotelis est interpretis? At eum nemo philosophum uocat. Omnes grammaticum. Quid non grammaticus etiam Celsus ille Zenocritus: & Rhodii duo. Aristocles atque Aristaeas. Et Alexandrini item duo Antigonus: ac Didymus: & omnium celeberrimus idem ille Aristarchus. Qui tamen omnes: ut Erotianus est author. Hippocratis interpretati sunt libros: sicuti alii quoque quos Galienus enumerat: nec eos tamen quisquam medicos esse ob id putat. Grammaticorum enim sunt haec partes: ut omne scriptorum genus. Poetas. Historicos. Oratores. Philosophos. Medicos. Iureconsultos excutiant atque enarrant. Nostra aetas parum perita rerum ueterum nimis breui Gyro grammaticum sepsit: At apud antiquos olim tantum autoritatis hic ordo habuit: ut Censores essent & iudices scriptorum omnium soli grammatici. Quos ob id etiam Criticos uocabant. Sic ut non uersus modo: ita enim Quintilianus ait. Censoria. quadam uirgula notati: sed libros etiam qui falso uiderentur inscripti: tanquam subditicios submouere familia permiserint sibi. Quin authores etiam quos uellent: aut in ordinem redigerent: aut omnino eximerent numero. Nec enim aliud Grammaticus graece quam latine litteratus. Nos autem nomen hoc in ludum triuiale detrusimus tanquam in pristinum. Itaque iure conqueri nunc litterati possent: & animo angere: quo nomine Antigenides ille tibicenangebatur. Ferebat Antigenides parum aequo animo: quod monumentarii Ceraulae Tibicines dicerentur. Indignari litterati possunt: quod Grammatici nunc appellentur: etiam qui prima doceant elementa. Caeterum apud graecos hoc genus non grammatici: sed grammatiste. Non litterati apud Latinos: sed litteratores uocabantur. Verum alias de grammaticis. Nunc ad me redeo. Non scilicet philosophi nomen occupo ut caducum: non arrogo ut alienum: propterea quod philosophos enarro. Rogo uos: adeo esse me insolentem putatis: aut stolidum: ut si quis iuriscōsultum me saluet: aut medicum. Non me ab eo derideri proflus credam? Commentarios tamen iamdiu quod sine arrogātia dictum uideri uelim: simul in ius ipsum ciuile: simul in Medicinae authores parturio: & quidem multis uigiliis. Nec illud inde mihi nomen postulo quam grammatici. Hanc mihi rogo appellationem nemo inuideat. quam semidocti quoque aspernantur: ceu uilem nimis & sordidam. Euge inquit Lamiae. Concedimus ut uocere grammaticus: non tamen ut & philosophus. Quomodo enim ut philosophus: qui nec magistrōs habueris. nec id genus unquam libros attigeris. Nisi si fungino esse genere philosophos credis. ut una eos pluuia statim procreet. Aut Terrigenis illis similes: quos poeta de Glebis protinus & sulcis cum clypeo producunt & Galea. Num forte illud dices te tibi ipsum fuisse magistrum: sicuti de se aiebat Epicurus. aut notu inspiratam tibi diuinitus philosophiam. sicuti Aesopo fertur Virgent me nimis haec lamiae: itaque non iam cum illis agam. Sed uobiscum: quos mihi fore arbitror equiores. Nec autem allegabo nunc uobis familiaritates: quae mihi semper cum doctissimis fuere philosophis. Non etiam extructa mihi ad tectum usque loculamenta ueterum commentariorum. Praesertimque graecorum: qui omnium mihi doctores praestantissimi uideri solent. sed ita uobiscum paciscar: Si nullus in nostris aut scriptis aut sermonibus odor est philosophiae. Nemo audisse me philosophos: aut eorum attigisse libros arbitretur. Sin plurima sunt in eis quae seftam redoleant aliquam. Tunc me si non peperisse ipsum talia saltem didicisse credite a doctoribus. Quod si uituperantur hi: qui multa spondeant antequam praesent. Cur ego uicissim non lauder. qui prius hoc praestiterim: quantulumcumque est quam omnino unquam sponponderim. Oues inquit Stoicus: Epictetus in pascua dimissae: minima apud pastorem suum gloriant uesper: multos se pastas gramine. Sed lacei affatim uellusque praebent. Ita nec quisquam praedicare ipse debet quantum didicerit. Sed quod didicerit afferre in medium. Quod ego proculdubio & fecisse hactenus & facturus deinceps uideor approbantibus multis: quantum sacra ferro ingenti percussus amore. Quare quantum libros Aristotelis de moribus iapidem: proxime autem Porphyrii quantum uoces: & Aristotelis eiusdem praedicamenta: cum sex illis Gilberti Poretani principibus: Libellusque: qui dicit Perhiermenias. Tum uelut extra ordinem Sophisticos Elechos intactum ab aliis operibus & pene inenodabile sum publice interpretatus. Vocante ecce me nunc eundem ad se resolutoria duo uoluntina quae Priora uocant. In quibus ois recte ratiocinandi regula continetur. Qui quod libri spinosiores alicubi sunt. Et multis rege uerborumque difficultatibus iuoluntis: tamen ob id eos etiam libetius: alacrius: animosius aggredior: quod fere in oibus Gymnasiis a nostrae aetatis philosophis: non quia parum utiles: sed quia nimis scrupulosi praetereuntur. Quis mihi igitur iure successeat. si laborem hunc interpretandi difficillima quaeque sumpsero? Nomen uero aliis philosophi reliquero. Me enim uel grammaticum uocatote: uel si hoc magis placet: philosophastrum. Vel ne hoc ipsum quidem: Caeterum uolo ut hic iam noster sermo simplex ut uidetis: & humi repens: quemadmodum a fabella coepit. ita desinat in fabellam. Siquidem: ut Aristoteles ait etiam philosophus natura Phylomithos. id est fabulae studiosus est. Fabula enim admiratione consistat. Admiratio philosophos peperit. Sed audite iam fabellam. Aues olim prope uniuersae nocturnam audierunt: rogantque eam ne posthac in aedium cauis: nidificaret: sed in arborum potius ramis: atque inter frondes: sibi enim uernari suauius. Quin eidem. quercum modo enatam pusillam: tenellamque adhuc interdebant: in qua scilicet molliiter: ut aiebant & sidere ipsa aliquando noctua & suum sibi construere nidum

posset. At illa: facturam se negauit. Quin inuicem consilium dedit iis: ne arbusculæ ille se crederet. Lata enim quandoq; esse uiscum: pestem uidelicet auium. Contempserunt illa: ut sunt leue genus & uolaticum: sapiētis unius noctuæ consilium. Iam quercus adoleuerat. Iam patula. Iam frondosa erat. Ecce tibi aues illæ oēs gregatim ramis inuolitant: lasciuunt subsultant colludunt cantilāt. Interea quercus ea uiscū protulera: atq; id homines animaduertent. Implicitæ ergo repente ibi omnes pariter miselle ac frustra eas sera penitentia subiit: q; salubre illud consilium spreuissent. Atq; hoc esse aiunt: cur nunc aues oēs: ubi ubi noctuā uiderint: frequētes eā quasi salutant: deducunt: sectant: circūfidūt: circūuolitant. Et enim cōsiliū illius memores: Admirātur eam nūc ut sapientē: stipantq; dēsa caterua: uidelicet ab ea sapere aliqñ discant. Sed opinor frustra: imo uero etiam interdum cū magno ipsarū malo. Nam ueteres illæ noctuæ reuera sapientes erant: nunc multæ noctuæ sunt: quæ noctuarum quidem plumas habēt & oculos & rostrum: sapientiam uero non habent. Dixi.

### Baptistæ Egnatii Veneti Racemationes.



Vper Phaone fabula quædam haud sane haftenus cognita explicata.

Ex Sapphus ad Phaonē epistole carmina præter omnium haftenus sententias enodata.

Notæ quædam literarum ex Cælii ad Ciceronem epistola obscuriores illuminatæ: necnon Frontini hac ipsa super re: libello de aquæ ductibus correctæ adq; de hieroglyphis ægyptiorum literis scitu quædam digna. ibiq; Ausonii locus de litera lacedæmoniorum explicatus.

L. Flori locus a corruptorum malignitate pulcherrime uindicatus.

Ex primo tertiæ decadis a fine libro stoicosis quod corrupte legebatur & corruptius corrigebatur: castigatum.

De Iulo martisi & antro uulcani: & rupibus æoliis longe secus ac interpretes opinentur declaratus locus.

Restituta iurisconsultorum pandectis uerba duo, quæ deerant: simul & alibi luxata lectio reparata.

Carmina ex duodecimo thebaidos alioqui obscurissima explicata. necnō Quidii ex Metamorphoseos sexto & Vergi. Georgicon primo præter commentatorum sententias.

Ex digestis de origine iuris complures mendæ sublata: ibiq; quorundam historiæ tractatæ.

Quod Gracchus non gracchus & unde originatio sit, nominis & alia quædam perpultra.

Quæ sit uirgo æolia quam in iuuenū mutatus cognouerit: neptunus ex Ouidii sexto.

Ex Valerii maximi sexto emendata lectio. adq; inibi de charonda legumlatore & eius legibus scitu digna recitata complura.

Quis taurominium siciliæ oppidum condiderit: unde ue hoc nomen oppido inditum.

Quis cotys thraciæ rex fuerit. ibiq; Valerius maximus emendatus: & apud Ouidium ex secundo libro de ponto explicatus epistolæ sensus.

Plinius in fine quarti castigatus ubi de gadiris est mētio. de quibus quædam etiam adduntur non ingrata.

Fabellæ tres per quam elegantes de myrto una: de pinu altera: de daphne tertia: latinitate donatæ.

Quid sit lubricare orbem lacedæmonium pedemate apud Iuuenalem ex polluce copiose declaratum.

Ex Metamorphoseos ultimo carmē illud & spissi littoris anco n: explicatum. & q; ancon proculdubio legendum sit probatum.

Emendata uox apud Valerium flacum. ibiq; dealcone & phalero historia ad poetæ sensum explicandum necessaria.

Utrum apud Virg. omnipotentis olympi an omnipotentis sit legendum.

De diebus ex philosophorum scholis secretissima quædam in lucem data.

Caput. 1.

Caput. 2.

Caput. 3.

Caput. 4.

Caput. 5.

Caput. 6.

Caput. 7.

Caput. 8.

Caput. 9.

Caput. x.

Caput. xi.

Caput. 12.

Caput. 13.

Caput. 14.

Caput. 15.

Caput. 16.

Caput. 17.

Caput. 18.

Caput. 19.

Caput. xx.

Caput. xxi.

Clar  
phia p



scias: p  
ne pra  
toris: f  
non g  
schola  
nora r  
alteru  
non u  
interi  
mina  
magi  
rei: qu  
ries: u  
re aff  
stolar  
spere  
inuiti  
re qu  
pede  
cent.  
moc  
so ni  
bis c  
char  
Cetr  
rium  
gran  
stilul  
eare.  
gibu  
Tol  
mia.  
præf  
part  
mul  
rote  
sopf  
tiis f  
limi  
dis  
exh  
ung  
nati  
eruc  
riof  
pue  
cifu  
pot  
nati  
mu  
noi  
tan  
noi

Clarissimo & eruditissimo uiro Francisco Bragadeno patritio Veneto sacrae theologiae & philosophiae professori eminentissimo Baptista Egnatius Venetus. S.



X infinito hoc acuario studioque genere: in quibus praclarissima nostrae tempestatis ingenia: uir & nobilissime: & eruditissime desudarunt: nullum aut multiplice eruditione utili: aut maxima uoluptate iucundius: hoc uno quod uolumus hoc nunc continet: crediderim. Hoc idem rursus tantum laboris: tantumque difficultatis autoribus suis adferre expertus adseruerim: ut satis ne scias: plus ne utilitatis: uoluptatisque legentes capiant: an laboris: difficultatisque autores: dum modo id bene praestent: adeant. Adque utilitas quidem inde perquam facile probetur praecipua: quod non unum tantum; aut toris: sed multorum deprauatissimos hi restituunt locos: non uulgatissima quaeque: sed eruditissima erunt. non grammaticae tantum scrupulosas saepe quaestiones aut poeticae altissima sensa: sed iurisconsultorum quoque scholas: & philosophorum familias omnes: neque non omnium liberalium disciplinarum dogmata secreta rimantur: perscrutantur: indagant. Quod si multum ille literariae rei contulisse putatur: qui unum alterumue poetae obscuriorem locum illuminarit: quantum hosce fructus adferre dixeris homines: qui non unum alterumue: sed complures: & eos mehercle quae difficilimos explicasse student locos: ut tamen interim: uel ab historiis remotioribus petita: uel a fabulis abstrusioribus multa ducta: quaedam ueluti lumina dent in medium. Voluptas uero tanta: ut non facile aliud quoduis stadiorum des genus: quod te magis capiat: magisque teneat. Cudat ille in aliquem autorem commentarios. Quid tandem hoc totum est rei: quod uel nomine ipso non statim sordidum quid praeseferat: hoc praesertim tempore: quo itempe ries: uel potius rabies tanta quosdam inuasit homunculos: ut dum gloriae auidiores post mortem uiuere affectat: faciant: ut ne uiuere quidem: uiuere se testati uiuentibus possint. Scribat alter dialogos: edat hic epistolaram ingentia quauis uolumina. An ex hoc scribendi genere parem se uoluptatem lecturis allaturae speret: est sane dialogis suapte natura nescio quid humilioris fere: & quodammodo plebeiae notae: ut uel inuitus humi serpere cogaris. Sunt enim certi quidam illorum in scribendo terminis: quibus circumscribare quibus includare: ut sint illi quilibet rerum uarietate referti: si lo tamen orationis tenuiore: ueluti planipedes ultimum in fabulis locum occupent. sibi sibi extremum in theatri pompa spectaculum uendicent. Huc adde quod conscribunt ita quidam dialogos ut eorum scribendi rationem minime teneant. Et dum modo lutulentam uerborum congeriem fundent lectori factum satis putent. Epistolae uero quid quae so nisi tritum: nisi consuetum habent: quod scilicet domestici parietes cotidie restrepant: domesticis uerbis claudas: domesticis quoque scribas tuis & familiaribus: ut haec sit ex praecipuis una maxima epistolici characteris commendatio cum usitatis maxime uerbis utare. At uero annotationum istud inuentum (siue Centurias: siue Racemationes ut nos appelles) Quid nam in sese nisi plane nobile: nisi excellens: nisi uarium continet. Quod opus nisi herculeis lacertis confici posse: sperandum est minime. licet in hoc tibi grande aliquid semper intonare: licet altius tolleres: licet clarioribus notis insignire. ac quandoque pro rebus stilum deprimere. depressum rursus cum semper sis uariis attollere. Nulli dantur certi limites quos tu eare. Nulla sunt tibi praescripta certa spatia quae non transgrediare. sic fit ut omnibus omnium solutus legibus nunquam ciuem: sed peregrinum prorsus hominem nobilem: in quem omnium conuertantur oculi semper agas. Tollunt humo sese: & alta semper animo meditantur huiusmodi homines: cum a se nisi magna: nisi sublimia. aut expectari norint: aut requiri. uarietas uero rerum tanta: ut hac una ratione: etiam si nihil aliud praestent: placere impensius possint: neque solum placere: sed & tenere. neque uero tantum tenere: sed & in quacumque partem uoluerint mouere ualeant. Explicatur nunc poetae alicuius obscurior sensus. Emendatur praeter multorum sententias inueterata lectio. Declaratur abstrusior saepe fabula. nec his contenti trarseunt ad oratores ab oratoribus deinde ad historicos. rursus ab historicis iurisconsultorum scholas excutiunt. philosophorum decreta pandunt. ut non alium iustius proteum quam hosce dicas uiros. Qui ne cogerentur minutis semper insistere: hanc potissimum excogitarunt rationem. ut de magnis semper tractantes & difficilimis: maximi ab omnibus & ingeniosissimi aestimarent. Qua tamen in parte tantum abest. ut hoc mihi laudis uel unquam petierim uel sperari ut abunde factum satis & mihi & amicis putem. si post tantum laboris exhausti. post non paruas uigilias. studio tantum & industriae non detrahant meae. Eos uero: qui quae diximus ad unguem (ut arbitror) praestiterit: & laudent. & probent. Reliquos sane qui non tam Centurias conficerentati sunt: quae loquentiae cuiusdam ostentasse ineptias. in se sententur: proscindant: ne studioque hanc partem quae eruditissimus quisque: & candidissimus hactenus tractauit: indoctissimus: & maleuolentissimus temerariopraesumat ausu. illud tantum dixerim. hoc me nunc opusculi uoluisse edere: quo amicorum: & Ioannis praecipue Bembi: patritii Veneti uiri studiosissimi precibus aliquid condonarem: quoque experire: quantum sub cistuis octo dierum horis (neque enim) deum immortalem testor (plus mihi temporis impressor dare aut potuit: aut datum uoluit) praestare possem. Quod si modo hoc consequar: ut aliquatulum iuuisse linguam latinam dicar: & maximum me laborem fructum meorum reportasse sentiam: & post hac indies ad maiora multo conficienda: quae iam nunc uolunt animus: accingar. Tibi uero patrone mihi: ut graece: quod latine non possum: dicam  $\phi\lambda\omicron\sigma\omicron\phi\omega\tau\alpha\tau\epsilon$  & sanctissime notatim haec dico nuncupoque Racemationes. ut nunc tandem si possim aere me tuo: quo pene sum obrutus: uel tantillum leuem: ut quae hactenus non dissoluimus non uoluntatem defuisse: sed facultatem: intellegas. Vale.

t. Lati  
uolati  
Ecce ti  
rcus ea  
selle ac  
nc aues  
tant. Et  
ea saepe  
res illae  
& ocu



Commentarios in Sapphus ad Phaonem epistolam: præclara duo nostræ tempestatis excudere ingenia: Georgius scilicet Merula: & Calderinus Domitius. Alexandrinus ille patriæ: Veronensis Domitius. Vterq; mediis fidius: si iudicium requiras meum erudite multa: multa ingeniose: tum de græcorum: tum de latinorum hausta fontibus in medium protulere: Cæterum quoniam unus/alter ue: non omnia nosse potest: animaduertimus nos historiam super Phaone: uel potius Fabellam lepidam sane: neq; non necessariam admodum: prætermisissam. Eam si in præsentia explicemus: haud quidem ingratam: iniucundamq; studiosis adulescentibus rem facturum nos credimus: dum qualicumq; græcorum tradidere monumenta: latinis nostris nostra opera: studioq; ueluti per quosdam traduces legendam dederimus. Hanc igitur ad hanc ferme sententiam Ælianus omnimodæ historiæ duodecimo de scribit. Pulcherrimum mortalium omnium Phaonem a Venere olim lactucis occultari. Esse uero & alios aliter qui scripserint. fuisse Phaonem ex eorum hominum genere: qui traiciendis uultro citroq; uiatoribus. nauigiolis impensiorē dantes operam: uictum sibi diurnum quæritarēt. accessisse tandē aliquādo & Venerē. quæ se ut in alterā trāsportaret ripā: nulla iterū promissa stipe rogaret. Quod cum ille libentius effecisset: nescius quam transfucheret deā esse: tum uero a Venere longe preciosius accepisse munus: q̄ si uel amplissimum manuprecium exegisset. Alabastrum namq; cum accepisset unguine quodam Plenam. quo semel perunctus formosissimus repente mortalium cunctorum adparuit: mulieres omnes lesbias in eius exarsisse cupidinem. præ cæteris uero impatientissime adq; ardentissime a Sappho illum Scamandronymi poetria perquam celebri adamatum. Cum qua cubantem uelut adulterum captum necatumq; fuisse. Illud uero nec possum: nec uolo dissimulatum. extremam hanc particulam de Phaonis uidelicet nece: nō satis ex græco cōstare codice. Interfectū quidem illum tanq̄ mœchū certum est: sed cum amica hac sua necne: haud adfirmare uacillāte codicis fide ausim. Adq; hanc eē Sappho: quam diuinus quoq; Plato sapientem uocet: sunt qui putent. sunt qui alteram lesbiā & ipsam psaltriam hanc credant. quæ amoris impatientia ex Leucate sese postmodū in mare deiecerit. Satis enim cōstat Æliano ipso & Sudæ scriptis duas extitisse: quarum una poetria: perq; celebris altera & psaltria & metrix fuerit. Cui quoq; Fabellæ Luciani ex mortuorum dialogis ad hunc ferme sensum subscribit testimonium. An & tibi forte fortuna quispiam: ut Phaoni Venus olim dicif: cum illam traiecisset ex Chiosic adulescens pulcher in primis & amabilis oblatu est?

Ex Sapphus ad Phaonem epistola carmina præter multorum hactenus sententias enodata.

Caput. 2.



Ecce mihi Pierides subeunt Dryades ue puellæ  
Nec me Thespiadum cætera turba iuuat.

Duos hosce uersiculos commētariū: unus ut notissimos: ut altioris nescio quid doctrine cōtinentes enarrat alter. sed uterq; (quod omni cum modestia dictum uelim) tam peruersè legit q̄ falso (nisi fallor) interpretatur. Quid enim amabo (ut Merulam interim omiserim non multum infundantem) superstitiosa illa Domitii ualet explicatio? quam ille ingeniose magis comminiscitur q̄ uere? Adque ut omnia demus: Quid (quæso) cōmertiū musis cum Dryadibus: nisi philosophari alti? tunc Domitio uisum? Quid sordidum illud turbæ nomen ad musas (Quid subsequentes uersiculi duo) uilis Amynthone: uilis mihi candida Cydno? non oculis grata est atthis ut ante meis. Sed. missa hæc omnia fecerimus: Quid ad hoc respondebunt. quod codices omnes Naidæ ue puellæ. non Dryades habent? Quod & Merula fateatur: sed repugnante syllaba substitutas a se nescio quas Dryadas Roboreas plane deas: & syluestres non negat. Remitemus igitur illas rus unde Venere. Nos uero & ipsius Sapphus græcis uersiculis freti: & ueteres codices secuti: sic legendum adfirmamus. Nec mihi Pyrino subeunt Mnaisue puellæ  
Nec me Lesbiadum cætera turba iuuat.

Hæ nāq; fuere Tribades Pyrino uidelicet & Mnais. quas & ipsa Sappho citet hisce uersiculis. *μαλακή κεκορημένον στοργός: και παλιν: αμρφοταρον μναιδος και της αλωσ τυρινωσ* subne-  
stit autē q̄ *περι διαλεκτωρ* scripsit autor *εστιν η μναισ αυτη και η τυρινωσ ονοματα κυρια.* sunt autem Mnais & Pyrino nomina ppria. Nominis autem prioris Tribados erit illa inflexio: quæ græcis & latinis usurpatur monimētis frequēs. ut Dido Didus; Sappho Sapphus. sic Pyrino Pyrinus. de qua inflexione & Quintilianus & grāmatici certatim. sed & illud Thespiadum quis non uideat legendū Lesbiadum? cum & codex uetus hoc innuat. & prompta fuerit omnia deprauantibus in uersio: qui malunt cuncta corrumpere: quam sese fateri aliquid ignoraf. sed super hoc nihil addam amplius. si lectorē prius rogato ut candide cuncta libret: nec aut quorundam autoritate imponi sibi patiatu: aut meliora semp inueniri non posse diffidat. Quam nostram emendationem eo magis probamus: q̄ Flaminius noster candidus omnium doctorum laudator: adq; idem in pangendis carminibus celebris autor: calculus stam

sim adposuit suū. ut iam scrupulum semp fatigatus super hisce carminibus fuerit: habeat nullum.

Notæ quæ ad litteram ex Cælii ad Ciceronē epistola obscuriores illuminata: necnō Frōtini hac ipsa super re libello de aquæ ductibus correctæ: adq; de Hieroglyphis Ægyptiorum literis scitu quædam dignitatibus Aufonii locus de littera Lacedæmoniorum explicatus. Caput. 3.



IX ab Ouidio auocari æquo nos patiebamur animo. In cuius mehercle opera ad sexcētas annotationes pene: cum plus ocii: quietis ue studiis impetrare licuerit meis edendas: confecisse me iam nunc non tam audacter q̄ uere profiteri possum: cum locus un⁹ ex Cælii octauo ad Ciceronem epistola: cuius initium est Quod. M. Marcellus. N. F. me ad se uel inuitū traxit In qua epistola sunt hæc in fronte statim adpositæ notæ. D. E. R. I. C. quæ sane (ut uideo) sic omnes hæc: nos torserunt: ut cum multum in illis percipiendis insudarint: tandem uelut animum desponderēt: aut inenarratas reliquere: aut qui morbus iam late serpit: cum minus intellegerent: tanq̄ nihili cassasq; eraserunt. Est quidem hac tempestate quorundam ea inscitia: dicam an insania: ut quæ nō ipsi intellegāt statim inmutari: statim tolli iubeant. æque ac si Cēsores apud quos ne oscedo quidem tuta a multa fuerit: omnes notare: omnibus equum adimere: uel non adscripta causa ualeant. Nos uero quos non istæ prurigo uel potius rabies (ut alia sint) tenet: perquisitis diligentius multorum scriptis: aduertimus eas notas ex ueterum frequentiore usu sic adscribi sæpe solitum. quæ cum id temporis notissimæ essent: nunc desuetudine aut obscuriores: aut superflue (si diis placet) æstimantur. Interpretantur autem notæ illæ ad hanc ferme rationem. D. de. E. ea. R. Re. I. ita. C. censuerunt. tamen etsi Probus est autor (Hic credo cuius Gellius libellum de notis citat) pluribus maiores nostros usos: ut scilicet semper ita plebiscitis & senatusconsultis singulares hæc adscriberent litteras. Q. D. E. R. F. P. D. E. R. V. I. C. id est. Quod de ea re fieri placeret: De ea re uniuersi ita censuerunt. ut facile in eam sententiam ueniā q; & Cælius hæc omnes adposuerit. sed sequenti seculo a scriptoribus: quod bis repetitum uidebatur: abrasum: amputatumq;. Quod uitium: sed non æque tamen insigne & Frontini libellum de aquæ ductibus occupauit quibusdam in locis: quos tu adhuc modum restituas omnes iam facillime. Adq; hæc Romanæ urbi scribendi ratio probata. est illa uero Ægypto. ut animalia depingentes quicquid uellēt significarent. Prætermitto uero quæ Diodo. quæ ue alii quidam. Hoc dixerimus quod libello hac super re quæ doq; legimus sane q̄ admirabile: q; cum cū ingratum hominem notare uoluissent: columbæ effigiarent effigiem: q; animal hoc cum primum adoleuit matrem rostro incessere adq; impetere sit solitum. sed & cum tardum. Formicam Vespertilionis ala cōtectam figurabant. q; credant formicam nunq̄ inde exire quo uespertilio semel accesserit. sed & illud Augusti Cæsaris Tarde festina q̄ scite: q; Delphinum perniciosissimum alioqui natantium: Anchora innexum pingebant. sed ut de tota hac literæ ratione quæ sparsum apud autores inueniuntur breuiter aliquid uelut apis colligam: placet & Aufonii ad Paulinū epistola nondum illum soluere: quæ nā. s. sit illa littera qua lacedæmonii Philippo Regi negarūt. est autē carmē Vna fuit tantum qua respondere Lacones Litteræ: & irato Regi placere negantes.

Tu igitur scito istam illam fuisse & græcam. quam nemo nō uel paulo modo humanior in græcis non significare apud græcos nouit. Lacedæmonii namq; Philippo Regi petenti nescio quid quod præstare nolent: sic rescripserunt ἀπερητήσασ & i. quæ petiisti non. Plutarchus in Laconicis Apophtegmatibus autor. sed de his sati superq;. Credimus enī iā & sup Cælii notis: & Frōtini: nec nō Aufonii litera: ut dubitandū sit nequaquam: explicatum pbelle locum. Cæterum & illud addimus ueluti corollarium. Ducas illas in eadem Cælii epistola notas N. & F. nonis Februariis significare. quod addidimus ne quis hoc ita quoq; attendere ausit: ut has quoq; quæ admodum in epistolis Mediolani nuper impressis priores illas eraseret: sic eradat aliquis. Nisi dixeris Nobilis Familiæ potius: quod displicet: interpretandum.

L. Flori locus a corruptorum malignitate pulcherrime uindicatus.

Caput. 4.

**I**usdem feræ notæ quod nunc substituam: erit sed tanto maioris momenti quantum nescio quis iam ex professoribus publicis: dum Florum impressoribus plumbeis typis formandum daret: manu propria in margine adnotauit. uide quid sibi uelit immiscatur: ut facile id eueniat: q; dum credula adulescentum turba: quæ sæpe magis homines: nomine: q̄ nomina hominibus expendat: autoritate quorundam loquentium: quæ nulla esse debeat: nititur: in capitales prolabitur errores. quibus nos ut occurramus: pro uiribus dabimus operam: ne carcinoma hoc quod iam late serpit. & in integras corporis crassetur partes. adque eo cōsilio præstandum hoc suscepimus: ut igni ferroque: quando aliter non datur: obstinamus. Est igitur apud Florum ubi de triumuiratu Cæsaris Antonii: & Lepidi agitur legere ad hunc ferme modum in codicibus impressis: Senatorum exitus sædit truces: miserabiles: toto terrarum orbe fugientium pro indignitate rei: immiscatur Cæsarem unculum suum: lepidus. L. Paulum suum fratrem proscripterit. Hactenus Florus.

Annotauit igitur quidam hac in florū parte autographo suo: Vide quid sibi uelit inmiscatur eā qui annotationem magni muneris loco ueluti diuinā quādam uirgulā dedit & ridicule quidem uidentum admonuit. perinde ac suspicatus sit ille esse uerbi inmiscatur id significatum. ac si diceret: permutat. quod uerbum si latine. si barbare dictum aliquando repperit tunc ego manum de tabula. sed lectio ex duplici ueteri codice: utroque manu scripto: altero: qui in cœnobio diuæ mariæ a caritate uisitur: altero Benedicti Prunuli præceptoris olim mei: uiri & humanissimi: & sanctissimi: sic restituenda. pro quibus quis pro indignitate rei non ingemiscat: Cum Cæsar auunculum suum: Lepidus. L. Paulum proscripserit: quæ pura: integra: aperta iam omnibus (ut arbitror) uideantur. sed & in eadem lectione paulo supra ubi legitur apud confluentes jungunt manus. & exercitus consultant. libentius se consalutant legerim: Cæterum is autor candidissimus alioqui: non hic tantum: sed ab omni fere parte lacer: mutilus: & inuersus. Quo magis istorum requiro prudentiam qui epistolis in frontispicio adpositis: polliceri profligato pudore ausint. longe correctissimum: quem longe corruptissimum exhibent: prodire.

Ex primo tertiæ decadis a fine libro stoicosis: quod corrupte legebatur: corruptiusque corrigebatur: castigatum.

Caput. 3.

**V**ix hac in parte uel possum: uel si possum: libet a quorundam hominum: insectatione stilus continere. cum uideam quosdam tam præfracti pudoris homines: ut cuncta quidem temere auideant. nihil pensi: nihilque considerati. dummodo multa edant: habentes. quasi uero credas: huiusmodi homunciones summum (ut ita dixerim) eruditionis finem in eo statuere: ut quæ plurima funditent: non ut quæ optima pensitate emittant. Des quidem interdum his ueniam: quæ ingenue multa sese ignorare fateantur. Des hisce. qui siquid emendant: ratione id aliqua si non uera: at uenissimi fallere student. At qui bonos libros peruerentes: nec quid sibi uelint quæ corrigunt: uel potius corrumpunt satis intellegentis: omnia de se polliceantur: quique siquid annotatiunculæ somniant: id ueluti per Apollineo haberi contendunt oraculo: nec minore piaculo refragari sibi posse putant: quæ si nunc ipse dixit reuisceret: hi uero tanquam nihil non aufuri: εὐκοπακᾶσ (quod aiunt græci) reiiciendi. Quod temeritatis genus licet ex hac Liuiana lectione: quam prisco candori (ni fallor) restitimus cuius coniectare. legitur ad hunc modum apud Liuium in omnibus fere codicibus primo tertiæ decadis a fine libro. Excito deinde Scipione Hybernus stoicosis Tarracone: Iberum rursus cedit. ubi cum stoicosis omnino corrupte legatur: quidam ex nostris professoribus: quem citra tamen nomen: paulo post tamen nominandum castigamus: adscripsit in margine. uide ne legendum sit hosticosis. ab eo quod osticū dicimus. quæ non sit pacatū. Quo in loco si quem elicere potest sensum saltem uerisimilem: iam nunc haud recuso cymbalū illi orbis: quod ille iam de se prædicat: adpellare. Sed præterquam quod sensus uest nullus: quis uerbū hoc nisi barbarè admittat? Quis Liuianæ maiestati sordidū hoc uerbu; adscribi ferat: Nos uero multo studio: sed & pari labore: perquisitis ueteribus exemplaribus industrie: cum tandem inciderimus in illud quod in cœnobio diui Ioannis a uiridibus Patauii custoditur: sic legendum adserimus: Excito deinde Scipione Hybernus: hostis cis Tarraconem: Iberum uersus cedit. ut sit sensus: cum audisset Asdrubal Hybernus Scipionem: statim ille qui Iberum traieciisset: & Citra Tarraconem cum exercitu tunc esset Scipionis aduentum haud ferens: Iberum uersus cedit: aliter nec uerborum structura: nec sensus quadrat.

De Iuco Martis: & antro Vulcani: ac rupibus æoliis Iouge secus: ac interpretes opinentur declaratus locus.

Caput. 6.

**Q**uoniam publice in Diui Syluestri proximis hisce mensibus Iuuenalis Satyras simul & ad Atticū epistolas enarrarem: adque in fronte statim hæc occurrissent carmina.

Nota magis nulli donus est sua: quam mihi lucus Martis: & æoliis uicinum Rupibus Antrum: hæsitauit (fateor) primo quid sibi Satyrus: & eruditissimus: & nasutissimus per lucum Martis: & Antrum Vulcani rupibus æoliis uicini uellet. Et quoniam scirem: cōmentarios iam in illum esse quinque: libuit quid hi in medium afferrent. exquirere. ubi statim ueluti iurati testes testimonium dicerent omnes aduertimus idem sentire. Probum tamē: quem primus Georgius Vallæ uir eruditissimus dedit in lucem nescio quid uoluisse dicere. Cæterum quoniam mihi nec cum puer adhuc essem: persuaderi poterat illud: ut in eam adduceret sententiam: quæ Iuuenalis is nostrer tantum figurationi poeticæ uoluisse indultum: ut per lucum Martis urbis originem: de qua sæpe Iuuenalis recitarentur intellexisset: diligentius euoluendis: lectitandisque ueterum libris dare cepi operam. Tandem ueluti fato factum ita dicas: ne locus is tam scædus: ueluti uestibulum ingressuris occurreret: incidimus in libellum quendam: cui titulus est: de urbis Romæ regionibus. Hūc autē libellum: cuius fere autor P. quidam Victor: dono mihi dederat Fabritius Varanus: præsul Cameris: uir de lingua latina bene meritissimus: patronus uero mihi præcipue singularis. quo nescio an quempiam aliquādo in eliciendis poetæ sensibus acutiorem: in corrigendis quæ falsa & adulterina sunt: perspicaciorem dixeris. Cui quidē insuper tanta uel uorsata uel prosa oratione facilitas: & copia: sed in primis uero uorsata: ut cum in multis multos uel



ros uel potius omnes uincat: hæc una in te certamen tantum secum reliquum faciat. in hoc uero libello est legere. In regione quarta Antrum Vulcani: quemadmodum & in Regione secunda Cyclopi: & octaua Caci. quo factum est: ut ego per lucum Martis: & Vulcani antrum auditoria intellegam. In quæ se recitaturi cōferrent. Locū uero in urbe fuisse lucū Martis dictum: docet Varro de lingua latina primo his uerbis. Exquilæ: alii has scripserūt ab excubiis dictas. Alii quod excultæ a Tullo rege essent. Huic originis magis concinūt luci uicini: q̄ ibi lucus Fagutalis: & Lariuz: Querquetulanum sacellū: & lucus Martis. hæc Varro. quod autem dixit uicinum rupibus æoliis antrum. Intellegas statuā illic Æoli equestrem fuisse Colossæam in Colobo positam. de qua Probus: ut rupes adpellatit statuam Colossæā: qua figura & Papinius molem geminatam dixit prima Syluula. ubi iam dicas & Probum ipsum mihi subscribere: qui per lucum Martis: quæ recentiores Commenti sunt: ne suspicari quidem uideatur. Illud tantum addam: cum dixerit Conuulsa marmora clamañt: & assiduo ruptas lectore columnas: eleganter ad modū & acute adlusisse ad eos qui rupti conuulsiq̄ Plinio & aliis dicantur: quos ob assiduum clamorem morbus is fere inuadat: quasi & marmora & columnæ idem pati uiderent minia recitatione potuisse: quem locum cæcutientes nos admonuit iuuenis & græce & latine adprime doctus Paulus de Canalis: patriti? Venetus: flos delibutus: ut ille de Cethego uetus poeta. quē uere: si uixerit: quod Superi feliciter annuāt Phœnicem unicum futurum spero. Tam pertinax illi studium: tam acre sublimeq̄ ingenium. tam te max memoria. tāta præterea est morum probitas: quē nunc parcius laudare cogor: ne fortassis aut amore labi: qui certe sit q̄ maxim⁹ alicui uidear. Aut iudicio: q̄ omnes indifferēter amicos semp' laudē: sed dicant hi quid lubeat. Amicum enim hominem: cum præsertim uera dicam: nunq̄ laudare satis mihi posse uideor. Neq̄ uero in amicis: dum uere laudes: superflua ulla uideri potest laus. Sed & ipse paulopost: Cū lecta potenter erit rex: libris: quos de deorum genealogia pene ad exitum deduxit: an uera prior ipse dixerim: significabit facile. De quo tamen iam illud succinere Propertio possum. Cedite Romani scriptores cedite graui. Nescio quid maius nascitur iliade.

Restituta in iuriconsultorum pandectis uer-

ba quæ deerant duo: simul & alibi lu-

xata lectio reparata.

Caput. 7.

**T** quoniam Iuriconsultorum quoq̄ lectio nostris hisce studiis plurimum confert. non alienum a re futurum arbitrati sumus: si uerborum: quæ desiderant duo i principio de origine iuris uelut amissam possessionem liberali adferuerimus manu. Sunt autem Pomponii uerba hæc de iuris origine. Hisdem temporibus & Tribunum celerum fuisse constat. Is autē erat qui equitibus præerat. & ueluti secundum locum a regibus optinebat: quo in numero fuit reges eiiciendi uerba hæc duo dubio procul. s. autor Brut⁹ reges eiiciendi: desunt. Aliter nec sensus: nec ordo uerborum cōueniat. q̄ autem Brutus per ea tempora Tribunus celerum fuerit: præter alios autores audiunt Liuium ab urbe condita primo. Ergo ex omnibus locis urbis in forum curritur: quo simul uentum est: præco ad Tribunum celerum: in quo tum magistratu forte Brutus erat: populum aduocauit: sed & lectio: ubi de numero magistratuū infra agitur: corrupta. hæc enim sunt uerba. ergo ex his omnibus Decē Tribuni Ple. Cōsules duodecim: & octo Prætores: & sex Ædiles in ciuitate erāt: ubi tu nisi diuissim legas: male legas. Cōsules scilicet duo. Decem & octo prætores paruus hic lapsus. sed longe minoribus hic præcellēs Dux centurias subcenturiauit suas.

Carmina ex duodecimo thebaidos: alioqui obscurissima explicata: nec non Ouidii ex metamorphoseos sexto. & Vergi. Georgicon primo: præter cōmentatorū sententias.

Caput. 8.

**M**ocant me ad se iterum poetæ tres linguæ nostræ columina: ut laborantibus suppetias feram quiq̄ locus quosdam uel obscuriores illuminem: uel corruptiores emendem. rogēt. Quod ut præstem pro suscepti operis instituto: libenter adgredior. Carmen est ex duodecimo thebaidos huiusmodi.

Ipse quoq̄ in pugnas uacuatur collis. ubi ingens  
Lis superum: Dubiis donec noua surgeret arbor  
Rupibus. & longa refugum mare frangeret umbra.

Cætera quidem in hisce carminibus faciliora: sed quid sibi uoluerit: cum dixit refugum mare frangeret umbra: hic uero gordiano nodo: nodus implicatior. qui ut non tam uolente discindatur. quam facile dissoluatur: abstrusior multo: q̄ ut opificum istæ uulgius norit: recitāda fabula. ut post hac seruiot non usquequaq̄ credendum sciant hi q̄bus præter Seruii commentarios: nihil aliud pene legisse contigit. Huius autem fabellæ textum Varro sic struit. Enata forte in Athenarū arce oliua arbore: sed & aquarū scaturigine mox emanāte: Cecropē per id tēporis Regem animo ad hæc prodigia obnoxio: sane q̄ tetritum. Et ne futurarum forte calamitatum hæc portenta forent prænuncia: scitatum Apollinis oraculum missos certos homines qui & ostenti causam perquirerēt & auerūcandæ deorum iræ: siquid illi minitarentur ostento: rationem discerent. legatis uero post sciscitationem respondisse pythiam: iussisseq̄ interim bono ut essent animo. neq̄ enim ostētum ad calamitatē aliquā significādā factū: sed deorum duorum contentione certantium inter se uter eorum Athenis imponendi nominis autor esse de-

beat. per oleam enim Mineruam: per undam Neptunum significari. Quare integrum iam nunc atheniensibus esse: utrius dei nomine ciuitatem adpellandam uellent: decernere. His a legatis Cecropi redditis: tunc uero ab illo mares & foeminas (nam cum temporis & mulieres publicis consultationibus intererant) ad ferenda super hac re suffragia conuocatos. Maribus igitur pro Neptuno: foeminis pro minerua in suffragia euntibus: uicisse foeminas una plures: & ut ferre semper usu uenire aduertimus uicit meliorem partem numerosior. Hoc facto Neptunum indignatum: tantam aquarum effudisse uim: ut atheniensium terram omnem una maris occuparit facies. Ac ut expressius dicam: omnia pontus esset. Quae ut placarent: triplici supplicio uictrices pauloante mulieres adfectas. ut ne quis athenias eas uocaret: ut nullus nascentum materno censeretur nomine. Ne ue illarum post hac ulla ferret suffragia. Quare scite admodum & eleganter: hanc innuens fabellam Papinius: frangeret. i. uinceret: trepidum mare. id est uictum Neptunum. qui erupere aqua iusserat. longa umbra: hoc est oliua uictrix: qua uictrix excitat Palas: dixit. Neque enim Seruio eruditissimo adsentiar gramatico: qui Georgicon libro primo ait. Hac in contentione equum a Neptuno: dum terram percussisset: excitatum quod nusquam sit (quatum meminitisse ualeam) legere. neque enim in hac equum contentione sed in terra thracia: cum scopulum percussisset: quem primam tellurem a Vergilio nuncupatam crediderim enatum equum scriptum inuenimus. Quare falluntur illi (ut opinor) qui de atticæ terræ uetustate: hac in parte sensisse uatem enimentissimum suspicati sunt. Quod si Nasonis ex metamorphoseos sexto: q's in me carne citet: citet is qui in corrupta exemplar incidit. Sic enim carmen illud omnes haftenus & legerunt: & interpretati sunt. Medioque uulnere saxi. Exiliuisse ferum: cum fretum legendum sit. Quod ab eo saltem: q' proorsa oratione fabulas complexus est: didicisse potuerant. Qui siue is Donatus: siue quiuis alius: fretum apud Ouidium non ferum legit: cum ad hunc modum ille. Itaque tellæ suæ intexuit contentionem Athenarum: inter se Neptunumque habitant: qui lacu falso in arce edito: suam possessionem uendicabat. Hæc ille. Quibus uerbis datur intellegi quod fretum: non ferum legerit. neque enim tam ueridicem illud fore uerisimile sit: ut ab Ouidio dissentiret: quem præ manibus tunc haberet. Sed & autor is qui de agricultura multa collegit: salisam aquam in hac contentione: non equum excitatum tradit.

Copiores sublata mendæ ex digesto: libro primo de iuris origine: ibique corruptissima dictio de ædilitio edicto restituta. declaratusque Gellius sup eadem dictione.

## Caput. 9

**E**terum tñ abest ut pompæ hac in parte studere aut potuerim: aut uoluerim: ut cum decem Centurias expleret: sed honestiore fortassis exemplo q' alii quidam: qui studii hoc tractarunt genus licuerit: q' plurimos hostes una eadēq' æie placuerit: p'figare: ne per partis hostem istudando: & plus temporis isumã: & memet magis fatigem. Corrige igitur primo de origine iuris ubi de Simphronio agit σ'οφ'ον pro sophin. sed & Paulo infra: ubi de P. Rutilio agit. & particula supfluit. uerba aut adpoluim: ut difficultatis min' sedulo occurrat lectori: Ab his p'fecti sūt (inqt) P. Rutilius: & Rufus: q' Romæ cōsul: & Asiæ p'consule fuit. Paulus uerginius: & Qu. Tubero ille stoicus P'fæ auditor: ubi P. Rutilius Rufus iunctim legendū. Is aut ille est Rutilius: qui in exiliū publicanorū: quos in Asia proconsule offenderat: factione pulsus: cum redire posset: noluit. quo quidem iudicio Respu. p'ne conuulsa fuit: Panætii in stoicis auditor: in quibus multum profecit. Quare non absolutus omnino Orator habitus. q' illa disciplina a forensi toto illa dictione abhorreere quodammodo uideatur. ut suis tñ parietibus inclusat in umbra degere contenta uideri possit. habuit is quidem uehemens ingenium: & acre: ut cum repulsam a Scauro in consulatu tulisset: designatū illū cōsulem ambitus reū egerit sed postea absolutus Scaurus. Rutilium in iudicium uocauit: Magnum de iure respōdendi munus sustulit. qua in parte multum lacetorum quoque in dicendo habuisse existimatus est cum alioqui ieiunus & minus corporis: minusque coloris haberet. Tantæ uero seueritatis uir: ut a publicanis arcessitus in iudicium: lumina tunc Ro. fori Crassum scilicet & Antonium adhibere noluerit: uix passus ut Cotta fororis filius: adulescens adhuc pro se diceret. Diceret & Mutius enucleate ille quidem: & p'esse pro more: sed ne quaq' ad causam. Dixit tandem uehementer & copiose ipse pro se extremus omnium. Vnde Ouidii illud. Nec graue magnanimi robur mirare Rutili: q' scilicet ab exilio reuocatus in patriam redire renu- it. & epigrammaticus poeta. famæ Rutilium suæ reliquas. De quo Asconius quoque & Valerius maximus. Sed & Senecæ epistolarum libro tertio uerba libet subnectere Damnationem suam sic tulit Rutilius: tanq' illi molestū nihil aliud esset: q' q' male iudicaretur. Exiliū Metellus fortiter tulit. rutilius etiam libenter. Alter ut rediret Reipub. præstitit. Alter reditum suū Syllæ negauit. Qu. autem ille Tubero ut hoc quoque obiter absoluam: quem stoicum Pomponius appellat: nō is est a quo Ligarius reus actus sed L. Pauli Macedonici ex filia nepos. uita seuerus & moribus. & pro disciplina quam coluit stoica durior. A deo ut contra testimonium. P. Africani auiculi sui iudicari. Constans sane ciuis: & Gracco in primis infensus: quod Gracci in illum oratio iudicet. Sed hæc fuerint esto missilia quæ nulgus quoque ut leuiora suscipiat. In quæ tamen ueluti pictorum parerga: si tempestiuis modo degressionibus utare: non alienū quāq' sit diuertisse: ut cū intra senatoria. & equestria nobilior spatio ceciderit: habeat & popularia ipsa quibus principis largitio iucundior cunctis fiat. uerum ad rem. corrigito & infra Lucilius Balbus: ubi Balbus Lucius. & ubi de serui agit & respondisse scriptum est: Tu uide ne respondentem melius. Quid & illud qualis error: quod ubi patet cæcina legendū est patercina legitur. de quo Cicero in epistolis sed & Seneca tertio naturalium quæstionum facūdus hercle uix cæcina si habuisset aliquando in eloquētia nomen

nomen. & nisi Ciceronis cum præcessisset umbra. filii autem Plini. (ut arbitror) decimo meminit his uerbis: capite de hirudinibus. Cæcina uolaterranus equestris ordinis quadrigarum dominus: comprehensas in urbem fecit cum adferens: uictoriae nuncias amicis mittebat: in eundem nidum remeantes: illito uictoriae colore. Cæteque hæc & his sibi innumerabilia. Nihil enim credideri ex supellectile hac libraria quæ gothica supfuit in uadatiōi corrupti: hisce digestorū libris iueniri. Quale quoque sit hoc quod de ædilitio edicto in hæc uerba legit. Quæ sit est an balbus & blesus: & an tripus: sique quod tardius loquitur & Varrus & uaticus sanus sit: & opinor eos esse sanos. Cætera quod haud sane difficilia. sed quod sibi & an tripus uelit ne Apollo quod dicitur: (ut inquit Acursius quoadmodum) solueret: quæ dictio corrupte quoque. sed minus aliquanto in Nocturno Atticæ Gellii. quarto legit: nam athiphus gellius. nos uero apthiphum emendamus. Aphthæ enim sunt quas non aliter fere Plinius quod oris ulcera in infantibus nuncupat. Albescit his summa cute lingua tonsillæ Columella. & a gingiuis incipit ad uiam faucibus descendunt. Sunt & alia oris ulcera. sed minus utique sæua: adque in adultis maxime. Unde Apthiphum eleganter illum adpellauit Iurisconsultus qui apthi hoc est ulceribus laboraret. quæ dictio iam doctissimo cuique (ni fallor) adprobabitur. Reliquos namque (ut ille inquit) nauici facio.

Quod Gracchus non Gracchus: scribendum sit. & unum nostris originatio facta: & alia quædam ppulcra. Caput. x.

**M**ulta hac nostra tempestate sunt: quæ uitiose uel proferant omnes fere: uel scribant. Namque ut interim omiserim quod quotidie non cotidie Quintiliano: Victorino: Prisciano: ueteribus codicibus scribimus: quod coniunx: potiusquam coniux: Quotus quisque nunc Gracchum cum aspiratione non scribit. At Togatorum ille omnium eruditissimus exiliter scribendum docuit. qui quare Gracchi dicti fuerint historiam quoque scitu dignam alioqui: & inuentu raram commemorat. Mater enim (inquit) illius qui primus dictus est Gracchus duodecim menses filium gestauit. quare quod legitimam partitionis tempus supergressa sit: cumque diutius quam sit grauidarum mulierum mos: gesserit partum: Gracchum a gestando nominarunt. Pulcher preterquam idem Varro citra aspirationem scribendum admonuit: & exiliter quoque pronuntiandum censuit. sic namque & latini sermonis exigit ratio: ne uidelicet hæc dictio aduersus latini sermonis naturam aspiretur una. paullum quoque & pausillum duobus scribendum ille docuit cum prima horum positio duplici hac enuncietur litera. ut pollum & psillum. Demus: sumus: comus superuacuo. p. uidentur adsumpsisse: cum sumo: demo: como: unde illa participia: nequaquam p. habeant. quod si Ruptum quis opponat: sciat ille in rumpo. p. esse. sed de his satis. locum enim suum: & hæc sibi uen dicabunt: cum plus ocii: & temporis ad istæ discutienda superabit.

Quæ sit uirgo Æolia quæ in iuuenem mutatus cognouerit Neptunus ex Ouidii sexto Caput. xi.

**O**mplures licet hoc tempore reperias homines: qui cum fabula aliquam abstrusiorē ignorent: haud magni id est momenti: quod nesciant quæ suæ sint peculiariter professionis: clament. Eosdem rursus si in quâ forte uel frequentiorē inciderint: de repente cristam (quod aiunt) tollere: & cantum sentias quasi a se gloriantur illud inuentum: quod si reperisset alius haud magnificendum dissimularēt. Verum meo iudicio tam necessariam in hisce studiis fabularum cognitionem contenderim: quam uiuentibus & solis luminibus: & aeris splendore. Quis enim non uideat uel hoc Ouidiano carmine: quod in Metamorphosis legas sexto: non plane satisfactum sibi ab aliquo: nisi fabellam copiosius ex aliis autoribus narret ille: Carmine autem est huiusmodi.

Te quoque mutatum toruo neptune iuuenco

Virgine in Æolia posuit. ubi tu in superiore carmine Deoidea lege: & Proserpinam intellege  $\alpha\pi\theta$   $\tau\eta\sigma$   $\Delta\eta\theta\sigma$  hoc est: cerere: quam in serpentem mutatus uitariit Iupiter. ut autor Eusebius: & Ausonius. Verum de hac plura alias. Nunc ad Æoliam uirginem redeamus. Quam: quæ nam fuerit interpretis ignorare se fateatur. Virginem autem Æoliam Arnen Æoli filiam a Neptuno compressam intellego. ex Diodori bibliothecæ quinto. qui scribit a Neptuno uitiatam in scio patre uirginem. Quod cum rescisset pater: indignatus: puellam metapontino cuidam tradidit hospiti: ut metapontum illam deferret. quo delata puella: geminos peperit æolum: scilicet & bæotum: quem bæotum dixit quod intra stabulum iecerit statim infantem natum arne. quod igitur iter boues fuerit nutritus. (nam  $\beta\omicron\upsilon\nu$  græci latini bouem) cootus & bæotus postea dictus. ut Euphorion est autor.  $\tau\omicron\nu\ \rho\alpha\ \pi\omicron\sigma\epsilon\iota\lambda\alpha\omicron\nu\ \lambda\alpha\mu\alpha\sigma\alpha\mu\epsilon\nu\eta\ \tau\eta\kappa\eta\ \mu\eta\ \tau\eta\sigma$ .  $\beta\omicron\iota\omega\tau\omicron\nu\ \lambda\omicron\gamma\omicron\omega\mu\eta\nu\epsilon\ \tau\omicron\gamma\alpha\rho\ \kappa\alpha\lambda\epsilon\upsilon\sigma\iota\ \beta\omicron\tau\upsilon\rho\epsilon\sigma\ \omicron\tau\tau\iota\rho\alpha\ \pi\alpha\tau\rho\omega\sigma\iota\ \beta\omicron\omega\nu\ \alpha\pi\epsilon\theta\eta\kappa\alpha\tau\omicron\ \kappa\omicron\tau\pi\omicron\iota\sigma$ . Qui filii mox a Metapontino adoptati: cum adoleuissent seditione facta liberæ urbis libertatem inuasere. uerum non multo post abire coacti: æolus quidem tyrtheni maris insulas tenuit: æolicas postea de suo nuncupatas nomine. bæotus uero ad auum reuersus æolum: cum ab illius obitu auitum tenuisset imperium: subiectam quidem regionem de matris nomine arnen: populos de suo bæotos dixit. fuit uero & bæotiæ oppidum arne nomine. Lycophronis autem interpretis Isacius: arnen nutricem facit neptuni cum hac fabella. quam & apud alios autores græcos inuenio: quod dum saturnus neptunum perscrutaretur filium: negasset arne se scire ubi nam gentium esset: quo facto quæ ante si noessa dicebatur Arne  $\alpha\pi\theta$   $\tau\omicron\upsilon\ \alpha\rho\nu\epsilon\iota\sigma\ \theta\alpha\iota$ : id est a negando dicta: a qua postea ut diximus oppidum dictum: cuius & Homerus secundo: & Lycophron meminit. Stephanus quoque hanc Æoli filiam facit. Sunt tamen qui a multitudine agnorum arnen oppidum dictum putent: quemadmodum Crates est autor. ut Cos quoque

insula a pecudum copia denominata sit. Cares enim qui aliquando insulas eas tenuere: κωυ pecudem dicunt. illud præterea uisum addere: duos præstâtissimos autores: latinum unum. græcum alterum Varonem scilicet & Strabonem non arnen hanc sed Menalippen dicere: quo nomine matrem arnes faciat Diodorus. Atqui Strabonis hæc sunt. ubi de metaponto tractat: uerba. Hic sane de metaponto & Menalippe in uinculis coniecta & eius nato bæoto multa fabulantur. Quamuis & Archilopi & Asii poetarum testimonia: in dii regis regia natum bæotum uideantur innuere. Varro autem ex secundo de re rustica: Hunc esse (de bubus loquens inquit) qui filios neptuni & menalippes seruarit. Ne in stabulo infantes grex bouum obtineret. hætenus Varro. quod undecunq; eruditissimi uiri testimonium uideatur id significare inde datum fabulæ locum: a neptuno in bouem uerso compressam Menalippen: illud non præter mittendum quatuor oppida arnas dicta. sed hanc bæotiam herodiano tarnas quandoq; dici posse uisum.

Ex Valerii Maximi sexto emendata lectio: adq; inibi de charonda legum latore  
& eius legibus scitu digna recitata complura. Caput. xii.



Valerii Maximi dictorum & factorum memorabilium libros nouem: Aldus noster uir de uitae lingua: opera: & diligentia imprimendi benemeritissimus: nostro emendatos studio: necnon eius industria: nuper ex academia edidit. Hosce nemo non & rerum uarietate suauissimos: & exemplis tum nostratibus tum alienigenis utilissimos fatetur: sed esse multa in illis: quibus quandoq; uel historiarum obscuritate: uel codicum deprauatione: lectoris interdum auocetur animus & presertim diligentioris. Quale sit hoc quod tractandum nobis pulcherrimum. Legitur in omnibus codicibus ex eius exemplorum libro sexto capite de iustitia ad hunc modum: Sed aliquanto charondæ tyrri præfractior & abscissior iustitia. Quem locum cum emendare uellem: subdubitatui primum: an corrupta foret lectio. Mox mecum qui nã charondas is fuerit agitare capui. uerũ ex bibliothecæ Diodori duodecimo: lectionem nunc emendandam ita censemus: ut charondæ thurii a thuriis Italiae oppido: quam olim athenienses Coloniam deduxerunt: legas. De cuius uita: & legibus: quoniam pulcherrima sumus atq; bitratis: quæ uelut in album nostrarum Recemationum uenirent: q̄ breuissimis res hæc clarissima percurrere poterit: explicabimus. Quod si cui latius quoq; q̄ polliciti sumus: euagari uidebitur oratio: compensebit & rerum pulchritudine quas adscribimus: & utilitate. Sic enim studuimus: quantum per hosce octo dies temporis ab hisce librorum mancipibus impetrare ad elucubrandum potuimus: ut nihil hic uulgare nihil tritum: nihil ab aliis qui huiuscemodi teneantur studio: scriptum: nihil deniq; nisi de bonis autoribus depromptum: quod & rarissime apud illos inueniatur: extet. Elegerunt igitur (inquit Diodorus) Thuri legum latorẽ: uirum præ cæteris scientia celebrem Charondam nomine: qui cum diligentius animo pertractasset omnium legum latorum qui antea floruerant: leges ex illis optimas quasq; seligens: plures autem ex sese excogitans: tandem leges Thuriis dedit: quarum nonnullas celebriores: q̄ plurimum fructus: & usus adlaturas his qui istæc aliquã legerint: suis ratus. operæ precium facturæ me credidi: si illas legentium oculis subiicerẽ. Primus igitur hos qui nouerã liberis supinduxisset: sic reiecit: ut ne ad Reipu. gubernacula rectoribus illis patria uteretur unq;. Qui enim fieri potest: ut si tibi priuatim male consulas: patriæ: publice bene consuluisse ualeas: illud identidem comici Philemonis usurpans: qui diceret: q̄ ut admiratione nõ adficiebatur: si quis semel mare esset ingressus: sed si quis iterum sic non eum: qui semel uxorem duceret: sed qui post amissam unam: alteram expeteret: damnare improbareq;: cum multo satius te iterum maritum q̄ mulieri possis credere. In calumniatores uero eam excogitauit legem: ut breui pro miraculo haberet: si quem apud Thuriis huius instituti reperisses hominẽ. Deprensos enim illos iubebat myrto coronatos per totum deambulare oppidum: ut monstrabiles omnibus facti: pro monstro postmodum uiuerent. Quo supplici genere uno: altero uel adfecto: factum est. ut uiolentas sibi met intulerint manus damnati. Usq; adeo graue uisum illis myrtea corolla cinctos tempora deambulare. Quare ignominia non patentes: fortiter in se aliquid admittente: q̄ turpiter uiuere satius ducebant. sic contigit ut quæ referta antea foret ciuitas teterrima hac hominum peste: breui liberata: felicissime degeret. Quæ si nunc lex esset: siq; ille uetus pudor: non uerendum: pauciores his temporibus: quibus iam omnia pullulant: inuentum iri calumniatores: Sed qualis illa (Dii boni) quam de malorum uitanda cõsuetudine tulit: admirabilis sane & memoriam penitus insigenda præcordiis. Sæpe namq; cum usu ueniat: ut bonus quis suo pte ingenio: malorum consuetudine malus euadat (ut enim pestilentia corpora: sic malorum consuetudo: qua uerbis: qua factis: animos inficit) pronum enim in peius hominum semper ingenium (allicientibus facile uoluptatibus: adq; inescantibus) uolens hæc omnia porro fugari: primum improborum statim amicitia renūciari iussit. Graues insuper pœnas lege sanxit: si quis aliquando cum malis consuetudinem inisset: aut in ita non statim discidisset. Publico præterea stipendio præceptores cõplures conducendos curauit: qui adulescentes & literis: & bonis morib; excolerent. Quod ita sentiret (adq; id rectissime) litteratis & bonis præceptoribus plus nos q̄ paratibus: q̄ patriæ: q̄ naturæ debere. His enim tñ q̄ uiuimus dẽre nos illis q̄ litteris q̄ bus bñ beateq; homines iuuat. Imbuat multo maxime. Iñ. n. sane q̄ necessaria: & lōge utilissima: q̄ mortui hac rōne a mortalitate uindicanf. q̄ presentes (tametsi longe absint amici) quodãmodo faciamus. Adq; ut aior medicos: sic corpore acciri publice: salariisq; honestioribus honestari uoluit. Ut præterea cognati a matre pupillo: susciperent edutcaionẽ: a patre pecunias administrarẽt: instituit. A matre namq;

nāq; cognatos si morē pupilli: cū nequaq; hāreditatē se adituros sperare possint: pupillis nō isidiaturos. A patre uero ad isidias prolabi: nō posse: cū custodiā corporis nō habeāt: q; si morbo cōtigerit pupillos & legem in hos qui aut locum ab iperatore sibi commissum deseruissent: aut pro patria suscipere arma noluisse: prudentissime tulit huiusmodi: Hos namq; homines non alia plectēdos pœna q̄ ignominio sa censuit: ut ter scilicet in die per forum muliebres induiti uestes deambularēt: quo tanto dedecore ciues deterriti: mortē celerē: ignominiosā anteferrēt uitā. Has sane charōdas sapientissime uisus excogitasse leges. Sed q̄le illud cōsiliū quo: nequādo q̄s dissoluere suas auderet leges: sane q̄ admirabili cauit? statuit etenim ut si q; legum a se latatum alicuius emendationē introducere uellet: is aduocata populi concione: primū omnium laqueo collum innecteret: qui si uel corrigendam: uel dissoluendam persua sisset legem: liber abiret: sin minus p̄postera laquei morte uitā finiret. Quo sane accidit: ut p̄ tot ānos quot postea Thuriū floruerunt ad Diodori usq; temporat: res t̄m emendatā sint. Qui huminum euetus quoniam scitu dignissimi uisi sunt: breuib; explicandos duxi. Luscius quidam iniuria alterius ciuis alte rum: qui supererat oculum amisit. lege autem sic sanciente: ut Talionis pœna plecteretur reus: priuatus est oculo qui iniuriam intulerat: uno. Hoc cum grauiter ferret luscius: ut qui sese utroq; illuz uero: qui i- iuriam intulerat: altero t̄m priuatum cogitaret: populi concionem: ut legem emendaret: magno q̄dem cogit ausu. Qua in causa: cum & amissorū oculorum orbitas obuersaretur animo: & imminētis timor interitus magis sollicitum redderet: sic eloquens adparuit cæcus: ut partim calamitate: partim: cōmisera- tione moti iudices: q; collum iam laqueo innexerat: emendādā hac ratione censuerint legem: ut qui iniuriam intulerat: utroq; & ipse priuaretur lumine. Secunda uero illa lex fuit. Mulier si quando a mari- to diuortium facere uoluerit: cuiq; p̄optarit uiro: nubito. Mulier quādam a marito facto diuortio iuniori nupsit. Id acerbe ferens maritus: ut lex emendaretur: uel mortis optione tentare potuit. Cū igitur adcusasset uxorem: cū acerbis i mulierum incōtinētiā esset inuectus: addens illud fore: ut nisi cauerēt: mulieres omnes senioris mariti relicto cubili: iunioris quærent: tandem suo quisq; malo territus: ita legem emendandā censuit: ut eatenus a maritis abirent: quatenus iuniori non nubere. Neq; contra maritus priore repudiata: uiridiorē duceret. Hoc statim facto decreto uxor. domuitionem iterum ad priorem cepisset maritum: sed & tertio quoq; lex emēdata est. Adq; hac quidem de Charondæ legibus dicta sufficiant. De illius uero interitu: quod eadem Diodorus: plura dicere supersedeo: Cæterū illud ad- uotatum uelim: hoc mortis quoq; genus Diocli cuidam legum latori Syracusio adscribi.

Quis Taurominiū Siciliæ condidit oppidum unde ue hoc nomen oppido inditum. Caput. 13.

